

CURSUS
SCRIPTURAE SACRAE
AUCTORIBUS

R. CORNELY, I. KNABENBAUER, FR. DE HUMMELAUER
aliisque Soc. Iesu presbyteris

S. P. PIUS X

UT SANCTITATI SUAE OPUS HOC DEDICARETUR BENIGNE CONCESSIT

PARS PRIOR
LIBRI INTRODUCTORII
VII
NOVI TESTAMENTI
LEXICON GRAECUM

PARISIIS

SUMPTIBUS P. LETHIELLEUX, EDITORIS
10, VIA DICTA „CASSETTE“, 10

NOVI TESTAMENTI LEXICON GRAECUM

AUCTORE

FRANCISCO ZORELL, S. J.

Cum approbatione Superiorum



PARISIIS

SUMPTIBUS P. LETHIELLEUX, EDITORIS
10, VIA DICTA „CASSETTE“, 10

1911

Omnia iura vindicabuntur

Typis W. Drugulin, Lipsiae.

PIO X PONTIFICI MAXIMO

COMMENTARIOS ISAGOGICOS ET . EXEGETICOS
IN OMNES VETERIS NOVIQVE TESTAMENTI SCRIPTVRAS
AD SANCTORVM PATRVM
ET VETVSTIORVM SCHOLAE DOCTORVM
IVNIORVMQVE INTERPRETVM
NORMAM EXACTOS
ADHIBITIS VBI OPVS FVERIT
RECENTIORVM SCIENTIARVM SVBSIDIIS
AVCTORES OBSEQVENTISSIONI
SVMMO ATQVE INERRANTI DIVINAE VERITATIS INTERPRETI
QVI SINGVLARI DIGNATIONE BENIGNITATIS
ID QVIDQVID EST OPERIS
NOMINI SVO INSCRIBI PERMISIT
PIETATIS ET IMMOBILIS FIDEI PIGNUS EXHIBENT
SEQVE AC SVA STVDIA OMNIA
ADDICVNT DEVOVENT
SEDIS APOSTOLICAE DOCTRINAЕ AD SERENDAE
SACRARVM LITERARVM AVCTORITATI
PRO VIRIBVS PROPVGNANDAE

NOVI TESTAMENTI LEXICON GRAECUM
AUCTORE
P. FRANCISCO ZORELL S. J.

Imprimatur.

Exaten, die 24. Decembris 1909.

E. THILL S. J.

Praep. Provinciae Germ. S. J.

Imprimatur.

Parisiis, die 28. Martii 1910.

H. ODELIN

V. G.

Praefatio.

In lucem prodit cum reliquis Cursūs Scripturae Sacrae voluminibus, in numero librorum introductoriorum, Novi Testamenti Lexicon Graecum. Hoc ita conscriptum est ut sit interpretando textui editionum NTⁱ, quas Tischendorf, Westcott et Hort, Hetzenauer, Brandscheid evulgaverunt, atque textui recepto quem vocant adaptatum; qua ratione plerorumque, arbitror, desiderio satisfactum erit. Textūs recepti tamen non in omnibus ac singulis locis citatis rationem me habuisse nec in varias lectiones omnes Hetzenauero aut Brandscheidio proprias investigasse hic commemorare velim, sed iis tantum locis me hoc fecisse ubi alii editores critici textum receptum deseruerant. Horum lectionis proprietates mihi in unum collectos praebebant praecipue hi duo libri: «Novum Testamentum textūs Stephanici A. D. 1550 cum variis lectionibus etc. curante F. H. A. Scrivener. Cantabrigiae et Londini M. DCCC. XCI.» et «A Concordance of various readings occurring in the Greek New Testament, London (sine anno)». Quia hoc volumen Cursus Scripturae Sacrae pars futura erat, alias hujus operis libros et auctores imprimis in auxilium vocavi et citavi. In vocabulis et sententiis significationis ambiguæ saepe, ubi poteram, etiam veterum NTⁱ versionum interpretationem consului ac proposui. Cum in ratione scribendorum vocabulorum editiones criticae et a textu recepto et inter se multum discrepant et ab eorum scriptione ego ipse aliquotiens, partim aliorum lexicographorum exemplum vel pracepta grammaticorum secutus, partim aliis rationibus inductus, recesserim, de orthographia breviter praefandum videtur, non ut in ea causa ultimam sententiam feram, sed ut, quae res in quaestione versentur et quae sint varietatum scriptoris rationes, omnibus proponam. Id quod capite separato faciam.

Ceterum, quoniam ex ipso hoc libro, quid praestare studuerim, satis patet, non habeo hic amplius quod praemittam. Id igitur solum grati officii mihi restat praestandum, ut eorum qui me in hoc volumine adornando sive consilio sive opera juverunt, unicuique maximas agam gratias, nominatim vero «Cursūs» editori, D^o P. Lethielleux, et typographo Lipsiensi, D^o W. Drugulin-Baensch, ejusque imprimis linguarum orientalium correctori et directori officinae, D^o Drⁱ Chamizer, qui in Lexico quam optime emendatissimeque typis mandando indefessam curam atque operam impendit. Denique Deum Opt. Max. precor, ut hoc opus ad intellegendos sacros libros nonnihil conferat.

Valkenburgo, pr. Kal. Aug. MCMXI.

Franciscus Zorell, S. J.

De orthographia NTⁱ prooemium.

Orthographia, cum in solis litteris et apicibus singulorum vocabulorum recte scribendis versetur et ad recte intellegendos sacros libros raro nos juvet aut impedit, peregrinum quidem in exegesi momentum habet. Nihilominus, quoniam velut ad ornamentum editionum NTⁱ pertinet recte ordinata scribendi ratio, non omnino videtur esse neglegenda. Breviter tamen in ea versabimur, iis solum rebus summatim ex ordine propositis, quae saepissime in variis editionibus NTⁱ lectorem offendunt, ac primum quidem de litteris agemus ab ipsis auctoribus librorum eorumve amanuensibus exaratis, dein de apicibus a grammaticis posterioribus additis, i. e. de spiritu leni et aspero ac de accentibus.

I. De litteris consonantibus et vocalibus.

Sunt quibus placeat omnia vocabula, quocumque demum modo in vetustis codicibus scripta sint, ad eas leges orthographiae communis revocari, quibus etiam auctorum classicorum libros subjicimus (cfr. Blass, Grammatik § 3 ss.). Alii vero codices vetustos tam presso vestigio sequuntur, ut etiam in graecis vocabulis communem scribendi modum deserere et signa ἴσογράφωνα inter se commutare non vereantur (v. infra exempla). Mediā viā fortasse rectissime ibimus, ita ut eas veterum codicum scribendi proprietates admittamus quas ex titulis et papyris primi saeculi scimus apud scribas illius aetatis, apostolorum aequales, in usu fere communī fuisse et jus quodammodo legitimae consuetudinis obtinuisse, — eas vero vocabulorum scripturas rejiciamus quae et regulis grammaticis adversantur nec in communem ac constantem scribarum illius saeculi consuetudinem abierant. Sic enim consequemur ut NT habeamus ita exaratum quemadmodum probabile est bonos scribas seu amanuenses primi saeculi scripturos fuisse.

Ita retineri possunt in NTⁱ editionibus haec:

1. Ut in papyris primi saeculi ν ἐφελκυστικόν, quod vocatur, ante consonantes saepius ponitur quam omittitur, contra ante vocales frequentius abjicitur quam additur, ita liberum esse debet editori ν secundum veterum codicum exemplum simili ratione ponere.

2. Non semper quidem, sed frequentissime scribae ν finale praefixorum εν-, συν-, παν- sequenti litterae labiali (β, π, φ, ψ, μ) vel palatali (γ, ρ, χ, ξ) non assimilabant scribebantque ἐνγράφω, συνπεφωνημένος etc. Quoniam igitur in NTⁱ codicibus uncialibus idem observatur, non est cur huic scribendi mori adoptando refragemur. In hoc tamen lexico, aliorum lexicographorum exemplum secutus, commoditatis lectorum causa omnia haec vocabula ad communem scribendi rationem revocavi.

3. ρ non duplicatum in vocabulis compositis, ut ἀπορίψαντες, ἄραφος etc. retineri item merito potest.

4. Quoniam aetate NTⁱ prorsus ισόφωνα fuerunt ει et ι, ita ut a bonis quoque scribis nonnunquam, a ceteris vero saepissime inter se perperam permutarentur ac praesertim in nominibus peregrinis frequenter ει pro ι usurparetur (Λογγεῖνος, Πρεῖμα), ει in vocabulis saltem peregrinis pro legitimo signo vocalis ι haberi potest et editionum criticarum exemplo scribi: Ἀδδεί, Ἀδμείν, Ἀρνεί, Ἀχείμ, Βενιαμείν, Γεθσημανεί, Δαυείδ, Ἐλιακείμ, Ἐσλεί, ἡλεί, Ἡλεί, Κείς, Λευεί(ς), Μελχεί, Νεφθαλείμ, Νηρεί, ράββεί, ραββουνεί, Σαλείμ, Σεμεείν, χερουβείν, Χοραζείν, Ἡλείας, Ιωσείας, Οὐρείας, Ιάσιρος, Ελεισάβετ, Ιερειγώ, σαβακθάνει etc. Hoc tamen prorsus eā lege dictum velim ut hoc ει a nobis ut ι pronuntietur et diphthongum ei pronuntiare nefas sit. Quamquam in his quoque nominibus plerumque utraque scriptio invenitur, ut Νεφθαλείμ et -λίμ, Λευεί et Λευί, Οὐρείας et Οζείας etc.; unde scriptio per solum ι non est minus legitima. In atonis syllabis ει item occurrit, Ελεισάβετ, ταλειθά, sed pronuntiatio brevior et scriptio i praevalet, Δανήλ, Μιχαήλ etc.

Etiam in graecis vocabulis ει et ι saepe commutata sunt, ut in cod. A γεινώσκω, ἐκκλείνω, κάμεινος et ex contrario καταλίψω, σημῖον, δίζω, πιράζομαι, quin etiam (pro ι brevi) ἐκάθεισεν, ἀδικεία; item in cod. B χρείσω, χείλιοι, ἔξειλάσεται, ρέψων ac vicissim δυνάμι, ἀπολίψω, γίτων, τελιόω, ἀνατίλαι etc. Editores NTⁱ generatim merito veriti non sunt haec graeca vocabula, normae generalis orthographiae subjicere. Nam quamvis probabile sit jam in ipsis primis archetypis librorum NTⁱ tales scripturas infuisse, tamen codicum 4ⁱ et 5ⁱ saeculi testimonium (antiquiores enim non habemus) nos de singulorum vocabulorum in primis exemplaribus scriptione nimis incertos relinquunt, nec unquam hae scripturae, generali orthographiae contrariae, fuerant aut legitimae aut in usu prorsus communi. Ut catalogus longus infra positus docet, haud raro editores critici indulgentiores fuere, quam par erat, in recipiendis his formis illegitimis. Videmus enim in eorum editionibus scriptum:

a) ι pro ει: α) in nominibus actionis a verbis in εύω derivatis: ἀλαζονία, ἀρεσκία, δουλία, ἐριθία, ἐρμηνία, θρησκία, ιερατία, κολακία, κυβία, λογία, μαγία, μεθοδία, φαρμακία, πραγματία, — β) in nominibus abstractis ab adjectivo in ής derivatis: ἀγαδία (pro ἀναδεια), ἀπειδία, ειλικρινία, ἐπιεικία, κακοηθία, κακοπαθία, πραϋπαθία, sim. ωφελία, — γ) in nominibus ιυρίου a nomine principis derivatis: Ατταλία (pro Αττάλεια), Καισαρία, Λαοδικία, Σελευκία, Φιλαδελφία, et sim. Σαμαρία, — δ) in aliis nonnullis vocabulis: αἴγιος, Ἄριος, δανίζω, δάνιον, δανιστής, Επικούριος, λίμμα et ὑπόλιμμα, δρινός, πανδοχίον Tdf., σκοτινός, φωτινός, χρεοφιλέτης, ἔξαλιφθῆναι, ἵδον (= εἶδον), sec. Blass etiam in μίγνυμι, μίγμα, τίσω.

b) ει pro ι: α) in terminatione ιτης: Αρεοπαγείτης, Ελαμείτης, Ιεροσολυμείτης, Ισραηλείτης, Λευείτης (λευειτικός), Νινευείτης, Σαμαρείτης, τραπεζείτης, — β) in aliis quibusdam vocabulis Αβειληνή, Αντείπας, ἐπιπόθεια, Εύνείκη t. r., τάχειον, prob. in ἔθελοθρησκεία t. r. Br., εἰδωλολατρεία, δφθαλμοδουλεία, sec. Blass etiam in οἰκτείρω.

Itidem ισόφωνα erant scribis illius aetatis αι et ε: in editione WH. NTⁱ relicturnum est ε pro αι in ἐφνίδιος, ἔξέφνης, χρεπάλη, Λασέα, — eidem huic isophoniae signorum αι et ε debetur ambiguitas quorundam vocabulorum: καινοφωνία an κενοφωνία 1 T. 6,20, προσέπεσαν an προσέπαισαν Mt. 7,25?

Tertiae isophoniae, οι = υ, in papyris frequenti, vetus in NT vestigium est v. l. J. 19,34 ἤνοιξεν vulg. ‘aperuit’ pro ἔνυξεν ‘perfodit’.

Omnia haec vocabula fuerunt, saltem in lexico, ut patet, ad legitimam et communem orthographiam revocanda.

II. De apicibus.

1. De spiritu aspero et leni.

Consuetudo singulis vocabulis a vocali incipientibus superscribendi spiritum non est saeculo 8^o vel 7^o antiquior. Generatim enim codices sine ullo tali signo

X

exarabantur, ac doctissimi solum quidam scribae nonnunquam vocem aliquam ambiguam, ne perverse intellegeretur, spiritu aspero distinguebant (ut οὐ, ἐνι, ὥρων, αλλ δ, προς ούς), cfr. pOx. 223, 852 etc. Jam si quaeritur, in NT editione secundum recentiorem morem cum aspirationum signis imprimenda quomodo haec signa ponenda sint, graeca quidem vocabula planum est omnia esse secundum leges grammaticorum scribenda et hoc solum merito considerari possit, quoniam quaedam vocabula ex ipsis manuscriptis graecis et ex transcriptionibus copticis, latinis, hebraicis, syriacis constat illa aetate cum aspiratione vocalis initialis pronuntiata esse, nonne praestet hujus pronunciationis ratione habitâ scribere ex. gr. ἐλπίς, ἐλπίζω, ἔδιος, ἔδιώτης, ἔθνος, ἔθνικός, οὐχ δλίγος etc. (cfr. Bl. § 4, 3): sic enim probabile est scribas diligentissimos scripturos fuisse, si apices posuissent.

Salebrosa vero hic quaestio editores NTⁱ graeci divexat, de aspiratione, inquam, nominum hebraicorum. Si enim consentaneum esse supponitur, ut pro Ι et γ initio vocabuli pronuntietur spiritus lenis (לְאַחֲרֵי, לְעַלְיָהָא), pro Η et Η ה spiritus asper (לְאַלְלָהָא אֶלְלָהָוֹתָא, חַנְנָה "Αννα) et pro Ι Ι, — ea quae in textu recepto et in editione critica Tischendorfii scripta est horum nominum aspiratio a genuina pronunciatione totiens discrepat, ut difficile sit dicere, quomodo illa orta sit et quo jure tolerari queat: nec mirum est, quod Swete in edenda versione LXX et eum imitantes editores LXX Oxonienses et NTⁱ editores Westcott-Hort et Hetzenauer, neglectis testimoniis codicum graecorum, omnes voces semiticæ normæ aspirationis modo commemoratae subjecerunt: imprimi enim jusserunt in NT "Αβελ, 'Αγάρ, 'Αχελδαμάχ, ἀλληλούϊα, 'Αλφαῖος, "Ανανίας, "Αννας (WH. etiam 'Αρέτας = Ἀρέτη; immerito, 'Αρέτας est enim nomen graecum), 'Εζεκίας, 'Ελισσαῖος, ἐλωΐ, 'Εμμώρ, 'Ενώχ, 'Εσρώμ, Εῦα, ἡλεί, 'Ηλεί, 'Ηλείας, 'Ησαΐας, 'Ησαῦ, 'Ιερεμίας, 'Ιερειχώ, 'Ιερουσαλήμ (immerito etiam 'Ιεροσόλυμα, haec enim evidenter est forma graecissans nominis sacrae urbis = 'Ιερο-Σόλυμα, cfr. 'Ιερο-Καισάρεια), 'Ωσῆ; cuius aspirationis singularum nominum rationem vide in hoc lexico (addi potuit "Αγαθος, cfr. בְּחִזְקִיָּה). Haec scribendi ratio cum videatur primitivâ atque genuinâ horum nominum pronunciatione niti et aptam ad uniformem orthographiam viam sternat, mihi quoque ita arrisit, ut eam in Lexicon susceperim.

Nihilominus ex altera parte hoc quoque considerari debet. Haec eadem nomina, quia sunt peregrina et quia usque ad 7^{um} vel 8^{um} saeculum sine spiritu aspero aut leni scribebantur (ΑΒΕΛ, ΑΝΝΑ, ΗΛΕΙ, ΙΕΡΕΙΧΩ etc.), ab initio quoddam jus habebant, ut a Graecis (qui genuinam pronunciationem scire non poterant, nisi quis hebraice didicerat) graece, sine ullo formae hebraicae respectu, proferrentur; ac fortasse jam inde a tempore versionis LXX Judæi et proselyti graece loquentes tali pronunciationi assueverant, ita ut jam apostoli, cum graece scribebant aut dictabant, eam noscent ac supponerent. Itaque etiam textūs recepti aspiratio suum habet jus et fundamentum; nec est plane arbitraria aut exlex. Nam si nomina propria hebraica in graeco textu bene considerantur, videmus ea a Graecis, velut naturâ duce, assimilata esse vocibus graecis ab iisdem litteris incipientibus: dicebant enim "Αβελ (ut ἀβέλτερος), "Αγαρ (ἀγαν), 'Αχελδαμάχ (ἀκέλευστος) vel 'Αχελδαμάχ ('Αχελῶος), ἀλληλούϊα (ἀλλήλους), 'Αλφαῖος (ἄλφα), 'Ανανίας (ἀνανεύω), "Αννα-ς ("Αννιος), 'Αρμαγεδών (ἄρμα), 'Ελισσαῖος (ἐλίσσω), 'Εζεκίας (ἔζεκα, pf. verbi ζέω), ἐλωΐ (ἐλών), 'Εμμώρ, 'Ενώχ, 'Ενώχ (ἐμ-, ἐν-), 'Εσρώμ (ἐσ-ρέω), Εῦα (εὐάρεστος), ἡλί, 'Ηλί, 'Ηλίας (ἡλίος), 'Ησαΐας, 'Ησαῦ ('Ησίοδος), 'Ιερεμίας, 'Ιεριχώ, 'Ιερουσαλήμ ('Ιέρων, 'Ιεράπολις), ώσαννά (ώσάν = ως ἄν), 'Ωσῆ (ῶση, cij. ao. verbi ωθέω), in LXX "Αβραμ (Ἄβρα), Αίμαν (αἷμα), 'Ελκανά (ἐλκύω) ets. — Ex veterum versionibus syriacae et aethiopica retinent litteram gutturalem initialem formae hebraicae; boheirica, georgica, slavonica nusquam aspirationem indicant (ne in graecis quidem nominibus, ut 'Ηρώδης = Ηρωδης, οκτώρ, Ηρωδ); aspirationi textūs recepti plerumque suffragantur versio latina (sec. veteres codices): *alleluja, Helisaeus, Heli, Helias, Hiericho, Hieru-*

salem etc., et sahidica: **շհլիած, շիերիչա, աւել** etc., minus saepe armenica, quae legit
Հաբել, Հագար, Երիքով, Եղջիկ, Եղիսէ etc.

Fortasse distinctio fieri potest, ita ut voces hebraicae indeclinables spiritum primitivum semiticum retinere sinantur, declinabilia vero nomina, sicut terminationes graecas et accentum graecum receperunt, etiam spiritum a forma hebraica independentem accipiant, ergo **Ἄλφαῖος, Ἀναγίας, Ἄννα, Ἄννας, Ἐλισσαῖος, Ἔδω, Ἡλίας, Ἰερεμίας, sed Ἀβελ, Ἡλεί, Ἰερειχώ, Ἰερουσαλήμ** etc.

De interaspiratione. — Etiam in mediis vocabulis a Graecis spiritus asper proferebatur (cfr. Kühner³ I § 23; Athen. 397 e), praesertim in vocabulis compositis: id quod testantur etiam vocabula graeca in linguas latinam, copticam, syriacam, hebraicam, armenicam transumpta (lat. *anhydros, exhaeresimus, enhydris, Panhormus, parhippus*; copt. **አጋጥልጥ**, **ርጥነስጥ**, **ርጥነዱልጥ**, **ርጥነዱልጥ**, **ጥጥል**; syr. **መልካም**, **መልካም** = πάραλος, **ቤት፡ዕስ**, hebr. יְרֵנֶם, arm. **սիւնհողոս** etc.) et vocabula graeca a scribis exactissime apicibus notata (pOx. 223 et 852: προῖει, ἀέκοντας, ἔξάμα[ρτών], εὐάμερος etc.). Si quis igitur rationem pronuntiandi veterum et exactissimam scribarum doctiorum consuetudinem imitari satagit, in NT^o quoque debet dicere aut etiam scribere ἄρθρας, συνέδριον, Εὔδοία etc.

In hebraicis quoque nominibus, ut patet, haec interaspiratio, quamdiu recte pronuntiabant, audiebatur. Scriptio quidem unanimis earum veterum versionum quae aspirationem litterâ indicabat, in notissimis nonnullis vocabulis tali pronunciationi suffragatur: nam codicum graecorum ΑΒΡΑΔΑΜ et ΙΩΔΑΝΗC suis litteris transcripterunt versio lat. (secundum codices veteres) et goth. *Abraham, Iohannes*, sahid. **አብራክام, ካውንኬኬር**, arm. **Աբրահամ, Յովհաննես**; lat. *Nahum*, goth. *Bethlaíháim, Mahath*, lat. et arm. *gehenna, գեհեն*: quae scriptiones, cum scientiam linguae hebraicae in scribis supponere non possimus et a Graecis spiritus asper non scriberetur, explicari nequeunt nisi ex perulgata apud Graecos pronunciatione **Ἄβραሂም, Ἰѡናናኝ, Νaoም, በηልዥሬም, ሙዳኤል, γέέኽና**. Qui semel statuit vocabulis hebraicis aspirationem suam initiale servare (**Ἄβελ, ፈሉለሳዥዎች**), non video quomodo non debeat eodem jure interaspirationem illis convenientem tribuere et saltem pronuntiare **አብቴብድ, ይሉዥ, ክፍያናዥም** etc.

2. *De accentibus vocabulorum hebraicorum.*

Ante saeculum 7^{um} p. Chr. n. mos singulis librorum vocabulis accentū superscribendi non exstitit. Quomodo singula graeca verba intonarentur, usus cotidianus docebat, ut etiam nos Germanos, Anglos, Italos. Ex hebraicis vocabulis ea quae per terminationes declinables quodammodo graeca evaserant, accentum quoque ab hebraica forma independentem et nominibus graecis ejusdem terminationis similem nacti sunt: **Ἄγαβος, Ἰάειρος, Ἰάχωβος, Λάζαρος** — **Ιωνᾶς, Βαραββᾶς** (cfr. *Zηνᾶς*), — **Ἄννας, Βαρνάβας, Ιούδας (Λεωνίδας)**, — **Μωυτῆς (Ἐρμῆς), Ἰωά(v)νης (Κλεοφάνης)**, — **Βαραχίας, Εζεκίας, Ζαχαρίας** etc. (*Κτησίας*), — **Ἡλείας, Ἰωσείας, Οζείας, Ούρείας (Αἰνείας)**, — **Ιησοῦς (χρυσοῦς)**. Qui accentū merito retinentur. Nomina vero quae, retentâ formâ hebraicâ, indeclinabilia manebant, universim in ultima vocali accentum recipiebant, Δαυείδ, Σαούλ, Ἰσραήλ etc., etiam nomina in lingua hebraica paroxytona, Βαάλ, Βηθλεέμ, Ἐβέρ, Ἐφραΐμ, Ζαρά, Θαρά (WH.), Ἰαρέδ, Λαμέχ, Μελχισεδέχ, Μολόχ, σαβαχθανεί, Σαλά, Φαλέχ, Φαρές, Χαναάν, Ωσηέ. Secundum accentum vocum graecarum δάμαρ, ἄνερ, κέρας, ἄγαν etc. multa (non omnia) nomina in ρ vel λ, ο vel ζ, ν vel μ desinentia, quorum ultimae duae vocales sunt specie breves (α, ε, ι), accentum in paenultimam rejiciebant, non solum origine paroxytona, ut **Ἄβελ, Ἐλιέζερ, Ἐβερ WH., Ἰεζάብελ t. cr., Κάϊν**, sed etiam hebraice oxytona, **Ἀβιάθαρ, Ἀγαρ, Ἀχας** vel **Ἄχας, Βελίαρ, Ζωροβάβελ, Θάμαρ, Ἰσσάχαρ Tdf. Ἰωάθαμ** etc., in LXX etiam **Ἄβραμ, Νάβαλ, Νάθαν, Θίρας** etc.

Haec accentuum ponendorum ratio rursum ab aliis censemur linguae Graecorum (nempe idiomatis hebraici ignariorum) consentanea et in editionibus SScr^{ae} retinenda. Alii contra, quoniam solā ignorantia formae genuinae horum nominum nimitur, quoniam formam veram et saepe significationem horum nominum obliterat, quoniam est in variis codicibus et editionibus tam varia et in nominibus ejusdem formae vel terminationis tam diversa (cfr. "Αβελ, Ἰαρέδ — Ιούδα, Ἐλισά — Ἀδάμ, Ἀβραμ, Ζεμβρᾶμ — Ἰωάς, Θίρας, Ναᾶς — Νῶε, Ωσηέ), eam abrogandam judicant, ut Swete et auctores editionis LXX recentis Oxoniensis: quorum exemplum in hoc lexico secutus sum. Itaque secundum formas hebraicas in ultima vocali accentu instruxi, spreto codicum et editionum testimonio, Ἀβιαθάρ, Ἄγαρ, Ἄγάζ, Βελιάλ, Ζοροβαβέλ, Θαμάρ, Ἰσσαχάρ, Ἰωαθάμ, ex contrario in paenultima Βάαλ, Βηθλέεμ, Βόος vel Βόες, Ἔβερ, Ζάρα, Θάρα, Ἐφράιμ, Ἰάρεδ, Λάμεχ, Μελχισέδεκ, Μόλοχ, σαβακάναι, Σάλα, Φάλεκ, Φάρες, Χανάαν, Ωσηέ.

De accentu nominum hebraicorum praeter graecos codices post saec. 7^{um} scriptos non testantur nisi versio latina (haec partim directe in quibusdam veteribus editionibus accentuatis, ut in editione Veneta 1511, et intonatione finali in cantu choralis, partim indirecte per formas horum nominum italicas, hispanicas et lusitanas) et slavonica. Ex quibus consideratis ac comparatis cognoscimus, etiam in linguis latina et slavonica generatim servatum esse accentum nominum graecorum declinabilem, ut *Jesús*, *Mosés*, *Zacharías*, *María*, *Éva* etc., indeclinabilia vero fuisse, ut videntur, omnia oxytona, ut *Adám*, *Abrahám*, *Jerusalém*, *Jerichó*, *Bethléem* etc., etiam ea quae in codicibus graecis habent accentum in paenultimam vocalem retractum, ut *Abél*, *Thamár*, *Eleazár*, *Acház*, *Ebér*, *Zorobabél* etc.

Elenchus abbreviationum.

Sigla quibus indicantur libri Novi Testamenti:

Mt. Mr. L. J. A. — R. 1C. 2C. G. E. Ph. C. 1Th. 2Th. 1T. 2T. T.
Phm. H. — Ja. 1P. 2P. 1J. 2J. 3J. Ju. — Ap.

Sigla additicia in citandis locis Novi Testamenti:

Br. = Brandscheid, N.T. graece et latine, ed. 3a: Friburgi Brisgoviae 1906-07.
He. = Hetzenauer, Ἡ καινὴ διαθήκη ἐλληνιστί, N.T. vulgatae editionis: Oeniponte 1896-98.
Tdf. = Tischendorf, N.T. graece, ed. octava critica major: Lipsiae.
WH. = Westcott-Hort, The New Testament in the original Greek: Cambridge-London 1887.
cr., t. cr. = textus criticus seu: ita habent editiones criticae modo enumeratae unanimiter.
r., t. r. = textus receptus (secundum editionem Scriveneri 1891 et 1906).
v., v. l. = varia lectio, seu: ita legitur in una vel compluribus ex editionibus criticis.
cr. (nTdf.) = ita in editionibus criticis, non tamen apud Tischendorf.
cA, cB = ita habet codex Sinaiticus, Alexandrinus, Vaticanus.

Si quod vocabulum in uno versu pluries occurrit, per additas litteras a, b, c indicatur, de quo exemplo agatur, ut ἐλάχιστος Mt. 5,19 b.

Exempla: Mt. 5,28 r. = Matth. 5,28 secundum textum receptum. — L. 10,41 cr. = Luc. 10,41 secundum editiones criticas (supra citatas) omnes. — Ap. 17,8 WH. = Apocalypsis 17,8 secundum Westcott-Hort.

In citandis Psalmis, quia ut plurimum de graeco textu agitur, sequor numerationem editionis LXXviralis et Vulgatae.

Sigla aeth. (versio aethiopica), arm. (armenica), copt. (coptica dialecti boheiricae), goth. (gothica), sl. slav. (slavonica), syr. (syriaca), vg. vulg. (Vulgata latina) remittunt lectorem ad harum versionum varias alicujus vocabuli vel enuntiati interpretationes.

Alia signa arbitraria:

Praefixa vocabulis graecis eorumque interpretamentis latinis signa *, ×, †, ‡, *† significant: „hoc vocabulum graecum aut haec vocabuli graeci significatio primum occurrit in LXX (*), primum occurrit apud scriptores aetatis hellenisticae (×), primum occurrit in Novo Testamento (†), non occurrit nisi in NT (‡), non occurrit nisi in LXX et NT (*†).“

In fine articulorum suspensum¹ indicat illud vocabulum semel solum in NT occurrere; additum ibidem * significat omnes locos NTⁱ citatos esse in quibus hoc vocabulum inveniatur.

Sagittis indicavi vocabulum etymologice derivari a vocabulo proxime praecedente (↑) aut subsequente (↓).

«...» Vulgatae scripturam indicat.

Sigla auctorum graecorum frequentissima:

act. Thom. = Acta Apostolorum apocrypha, ed. Lipsius-Bonnet: acta Thomae.
Ael. = Aelianus.
Aesch. = Aeschylus.
Anth. = Anthologia poëtarum Palatina.
App. = Appianus.
Aq. = Aquila.
Arr. = Arrianus.
Ath., Athen. = Athenaeus.

CIGr. = Corpus inscriptionum graecarum.
DCass. = Dio Cassius.
DChrys. = Dio Chrysostomus.
DHal. = Dionysius Halicarnassensis.
DLaërt. = Diogenes Laërtiades.
DOen. = Diogenes Oenoandensis.
DSic. = Diodorus Siculus.
Dem. = Demosthenes.
Epict. = Epicteti dissertationes.

Eur. = Euripides.	Oec. = Oecumenius.
FlJ. = Flavius Josephus (si nihil additur, citatur locus ex Antiquitatibus judaicis).	Pind. = Pindarus.
Hdn. = Herodianus.	Pl., Plat. = Plato.
Hdt. = Herodotus.	Plut. = Plutarchus.
Herm. = Hermae pastor.	Poll. = Pollux.
hHom. = hymni Homerici.	Soph. = Sophocles.
Hippocr. = Hippocrates.	Stob. = Stobaeus.
Hsd. = Hesiodus.	Strab. = Strabo.
Inscr. or. gr. = Dittenberger, <i>Inscriptiones Orientis graecae</i> .	Syll. = Dittenberger, <i>sylloge inscriptionum</i> .
JChrys. = Johannes Chrysostomus.	Symm. = Symmachus.
Len. = Lucianus.	Theocr. = Theocritus.
Lys. = Lysias.	Theophr. = Theophrastus.
M = Migne, PP. Graeci.	Thdtn. = Theodotion.
	X., Xen. = Xenophon.

Sigla editionum papyrorum:

pBer. = papyri Berolinenses (Berlin 1895 ss.).	pOx. = papyri Oxyrhynchenses (The Oxyrhynchus papyri, London 1898 ss.).
pFay. = papyri Fayumenses (Fayûm towns and their papyri, London 1900).	pPar. = papyri Parisienses (Les papyrus grecs du musée du Louvre etc., Paris 1866).
pHib. = papyri Hibenses (The Hibeh papyri, London 1906).	pRain. = papyri Raineri (Corpus papyrorum Raineri, archiducis Austriae, Wien 1894).
pLeemans, pLugd. = papyri musei Lugduni Batav., ed. Leemans 1843.	pTaur. = papyri Taurinenses.
pLips. = papyri Lipsienses (Griechische Ur- kunden der Papyrussammlung zu Leipzig, Lpz. 1906).	pTebt. = papyri Tebtynenses (The Tebtunis papyri, London 1902 ss.).
pLond., pMus. Brit. = Greek papyri in the British Museum, III 1907.	Ostr. = Wilcken, <i>Griechische Ostraca. II.</i> Leipzig-Berlin 1899.

Libri in citationibus saepe per solum auctoris nomen indicati:

Blass, Bl. (Grammatik des Neutestamentlichen Griechisch ² , Göttingen 1902).	Kühner ³ (Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache, Hannover; I et II: Kühner-Blass, Elementar und Formenlehre, 1890-92; III et IV, Kühner-Gerth, Satzlehre, 1898-1904).
Bulletin (Bulletin de correspondance helléni- que).	Krüger (Griechische Sprachlehre für Schulen ⁴ , Berlin 1861).
Curtius (Griechische Schulgrammatik ²² , Wien 1894).	Levy (Neuliebr. u. chald. Wörterbuch, Leipzig 1876-89; aut: Chaldäisches Wörterbuch, Leipzig 1881).
Dalman (Grammatik des jüdisch-palästinischen Aramäisch ² , Leipzig 1905).	Mayser (Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemäerzeit, 1906).
Deissmann (B. = Bibelstudien, Marburg 1895; nB. = neue Bibelstudien, ib. 1897; LvO. = Licht von Osten ¹).	Schmidt (Synonymik der griechischen Sprache, 4 voll., Leipzig 1876-86).
Edersheim (the life and times of Jesus ⁵).	Schürer (Geschichte des jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi, Leipzig ² 1886-90, ³ 1901-09).
Fonck (Streifzüge durch die biblische Flora, Freiburg i. Br. 1900).	
Gesenius-Kautzsch (Hebräische Grammatik ²⁷ , Leipzig 1902).	
Hagen (Lexicon biblicum, Parisiis 1905-11).	
Helbing (Grammatik der Septuaginta, Göt- tingen 1907).	

Lexica graeca:

Bailly (Dictionnaire grec-français², Paris 1897).
 Liddell-Scott (A Greek-English Lexicon, Oxford 1883).

Pape (Griechisch-deutsches Handwörterbuch², Braunschweig 1849).
 Passow (Handwörterbuch der griechischen Sprache, neubearbeitet von Rost u. Palm, Leipzig 1841-57).

Vocabula latina frequentissima ita abbreviantur:

abs. = absolute.	ex. gr. = exempli gratia.	praes. = praesens.
acc. = accusativus.	exc. = excepto.	prob. = probabiliter.
acc. c. inf. = accusativus cum infinitivo.	f. = filius.	pron. = pronomen.
add. = additur, addito.	ft. = futurum.	ptc. = participium.
adj. = adjективum.	gen., genet. = genetivus (gen. qual., gen. obj., gen. poss.).	q. v. = quod videas.
adv. = adverbium.	h. l. = hoc loco, hunc locum.	qu. = quaestio.
al. = alii, alibi.	hell. = hellenisticus.	s. = sequens (versus), sive, sacer.
alqs., alcs., alci., alqm., alqd. = aliquis, alicujus, alicui, ali quem, aliquid.	i. p. = in pausa.	sc., scil. = scilicet.
ao., aor. = aoristus.	ind. = indicativus.	sec. = secundum.
ap. = apud.	indir. = indirectus.	sent. = sententia.
art. = articulus.	inf. = infinitivus (fin. = finalis).	seq. = sequitur, sequente.
c. = cum.	M. = medium.	SpS. = Spiritus Sanctus.
cf., cfr. = confer.	max. = maxime.	ss. = sequentes (versus vel scriptores).
cl. = apud scriptores classicos.	n. pr. = nomen proprium.	SScr. = Sacra Scriptura.
coll. = collato, collatis.	NT = Novum Testamentum.	superl. = superlativus.
comp. = comparativus.	obj. = objectum (int. = inter num).	v. = vide, vel.
conj. = conjunctivus.	om. = omittitur.	τ. Θ. = τοῦ Θεοῦ.
dat. = dativus.	or. dir. = oratio directa.	_____
dat. comm. = dativus commodi.	P. (positum post ao., ft., pf.) = passivum.	χαρός 3. = χαρός, adjективum trium terminationum.
dic. = dicitur.	pf. = perfectum.	ἄχαρος 2. = ἄχαρος, adjективum duarum terminationum.
dir. = directus.	plsq. = plusquamperfectum.	
ets. = et similia.	pers. = persona, personalis.	

A

A, τό v. art. ἀλφα.

Ααρών, δ (אַרְנָן) *Aaron*, frater Mosis natu major, primus Israëlitarum ex ordine Levitico sacerdos, L. 1,5. A. 7,40. H. 5,4; 7,11; 9,4.*

Αβαδδών, δ (אַבְדָּן) a. 'interitus' Job 31,12; b. 'locus interitus, Orcus' Job 26,6 al. LXX ἀπώλεια) Ap. 9,11 nomen proprium angeli abyssi, quod ibidem nomine graeco Απολλύων et in Vulgata nomine latino *Exterminans* explicatur.¹

×ἀ-βαρῆς 2. (βάρος) 1) *sine onere, levis* [Aristot. sensu physico]; 2) + *qui non est oneri, non molestus* [p. Berol. 248, 26 ἐάν σοι ἀβαρὲς ἦ]

2 C. 11,9. 1

ἀββᾶ, WH. ἀ (אַבָּא) status emphat. vocis aram. בָּא 'pater' = δ πατήρ vel invocative 'pater!'; constanter etiam adhibetur pro 'pater meus, mi pater!' Dalman p. 157) *abba*; in NT^o non occurrit nisi forma invocativa ἀββᾶ δ πατήρ Mr. 14,36 'abba pater!', ubi δ πατήρ est vocativus (cfr Mr. 15,34 al. δ Θεός) et interpretamentum a Marco additum; idem cum suo interpretamento graeco tam intellectus quam affectus causa retento evasit formula precandi christianis, ut videtur, familiaris, R. 8,15. G. 4,6.*

Αβελ, WH. He., alii 'Αβελ δ (לֵבָה) *Abel*, filius Adami a Cain occisus Mt. 23,35. L. 11,51. H. 11,4; 12,24.*

Αβιά, δ (אַבִּיא, אַבְּיָה) *Abias*; 1) rex Juda, filius Roboam Mt. 1,7. — 2) caput familiae sacerdotalis, a quo sec. 1 Chr. 24,10 octava e 24 «vicibus» seu classibus sacerdotum nomen traxit; haec quidem ab exilio reversa non est (Esdr. 2,36 ss.), sed eae 4 classes quae redierant iterum sunt in 24 distributae pristinisque nominibus appellatae: L. 1,5 (cfr. FlJ. ant. 7, 14, 7).¹

Αβιαθάρ, δ (alii -άθαρ אַבִּיתָחָר) *Abijathar*, filius Achimelech sacerdotis summi illius qui Davidi panes propositionis gladiumque Goliathi dedit et ipse eodem munere insignitus est, Mr. 2,26, v. Knabenb. in h. l. et cfr 1 Sam. 21 et 22,20 ss.: — ἐπὶ Αβιαθάρ τοῦ ἀρχιερέως aut = 'tempore (circiter) A. pontificis', aut (ut Mr. 12,26, cfr ἐπὶ I 1 a in fine) = in illa parte s. Scripturae (*haftara*) qua de A. pontifice narratur (v. 25 ἀνέγνωτε;).¹

Αβιληνή, ἡ, ἡ sc. χώρα L. 3,1 *Abilene*, regio Coeles Syiae, cuius caput erat urbs τὰ Αβιλα, inter Damascum Heliopolinque sita.¹

Αβιούδ, δ (אַבְיָהוּד) *Abiud*, f. Zorobabeli Mt. 1,13.*

Αβραάμ, δ אַבְרָהָם 'pater multitudinis' sc. posteriorum, cfr Gen. 17,5 et arab. *rūhām* ('ingens numerus') *Abraham*, utpote gentis Israëliticae auctor, pater a Judaeis nominatur Mt. 3,9. L. 3,8 al.; ob fidem suam celebratur R. 4,1 ss.; amplior sublimiorque, quam Judaeorum erat, notio 'filiorum Abrahæ' statuitur Mt. 3,9. L. 3,8. J. 8,39. R. 4,12. G. 3,7,29. H. 2,16 al., in eo max. sita, quod ille est progenitor Christi (Mt. 1,1 al.), 'in quo est salus, vita et resurrectio nostra'.

ἄβυσσος, ου, ὅ (ap. profanos plerumque adj. ἀ-βυσσος 'fundo carens, profundissimus', ap. LXX subst. 'vorago', profundum maris vel terrae = דֶּתֶת) «abyssus», i. e. vel generatim *Orcus*, habitatio mortuorum R. 10,7, vel in specie *Tartarus*, domicilium daemonum hominumque damnatorum L. 8,31. Ap. 9,1 s. 11; 11,7; 17,8; 20,1,3.*

Ἀγαθός, ου, δ *Agabus*, propheta Christianus ex Judaea, A. 11,28; 21,10; sitne utrobius idem Agabus, propter τις 21,10 aliquomodo dubium est.*

† ἀγαθοεργέω (ἀγαθοεργός Hdt. 1, 67) 1 T. 6,18 vel † ἀγαθουργέω (ἀγαθουργός) A. 14,17 cr. pro r. ἀγαθοποιέω *bene ago, beneficus sum.**

* † ἀγαθοποιέω (ἀγαθοποιός) 1) *recte, honeste ago* (vg. *benefacio*) 1 P. 2,15,20; 3,6,17. 3 J. 11. — 2) *beneficia tribuo*, «*benefacio*», abs. A. 14,17 r.; τινά L. 6,33,35. Utro Mr. 3,4 (ubi Tdf. ἀγαθὸν ποιῆσαι). L. 6,9 trahas, nil interest (cf. Mt. 12,12).*

† ἀγαθοποιία, ας, ἡ ↓ *recte agendi studium* 1 P. 4,19; plur. *opera recte facta*, vg. *benefacta* ibid. l. v.1

* ὄγαθοποιός 2. *qui bene seu recte agit, «bonus»* 1 P. 2,14 [Sir. Plut.].¹

ἀγαθός 3. (cfr. ἄγα-μαι ‘admiror’, μέγας ‘magnus’) «*bonus*», *rectus*, *idoneus*, *excellens*. Dicitur 1) *de personis*: a) *in sua natura, indole, munere, operibus bonus, idoneus, excellens*: δοῦλος Mt. 25,21,23; L. 23,50. A. 11,24. T. 2,5. — b) *moribus bonis, probus, justus*: ἔλεγον δτι ἀγαθός ἐστιν J. 7,12; Mt. 12,35 a; substantive ἀγαθόλ Mt. 5,45; 22,10, δ ἀγαθός ‘homo bonus’ R. 5,7. — c) *erga alios bonus, benignus, benevolus*, ut saepe Κατ: Mt. 20,15. Mr. 10,17. L. 18,18. 1 P. 2,18. In Mt. 19,17 b. Mr. 10,18 b. L. 18,19 b de Deo sensu perfectissimo et universalis. — 2) *de rebus*: a) *physice bonus* i. e. talis qualem ex natura propria esse convenit, pro rerum varietate: δένδρον Mt. 7,17 s., ἔργον ‘excellens’ Ph. 1,6, ἐλπίς ‘laeta, fausta’ 2 Th. 2,16, πίστις ‘fidelitas perfecta’ T. 2,10, ἡμέραι ‘beati dies’ 1 P. 3,10; L. 8,8. A. 23,1. — b) *alci. bonus vel etiam ad alqd. bonus, utilis, proficuus*. δόματα Mt. 7,11; L. 10,42. Ja. 1,17; πρός τι E. 4,29. — c) *moraliter bonus, legi voluntatique Dei conformis, justus*: ἐντολή R. 7,12; Mt. 19,16. R. 9,11. 1 P. 3,16 b; ἔργον ἀγαθόν ‘opus bonum, salutare, virtuti consentaneum’ R. 2,7; 13,3. 2 C. 9,8 al., max. ‘opus beneficentiae’ A. 9,36; inde dominantur συνέδησις ἀγαθή conscientia recte factorum A. 23,1. 1 T 1,5, χαρδία mens proba L. 8,15, θησαυρός thesaurus recti animi Mt. 12,35. L. 6,45. — Substantive dic. 1) **τὸ ἀγαθόν**: *commodum, utilitas*: εἰς (τὸ) ἀγαθόν R. 8,28; 13,4; 15,2; ita vocatur libertas christianorum (in ciborum delectu) 14,16; *id quod est honestum ac sanctum* Mt. 19,17 a. R. 7,13; 9,11, 1 Th. 5,15. — 2) **τὰ ἀγαθά**: *bona fortunae, possessiones* L. 12,18 s.; 16,25. G.

6,6; *bona ordinis superioris* R. 3,8; 10,15; *honestae actiones* J. 5,29.

ἀγαθουργέω ν. ἀγαθοεργέω.

* † ἀγαθωσύνη, ης, ἡ «*bonitas*», *probitas animi vitaeque* R. 15,4; E. 5,9 cum δικαιοσύνη et ἀλήθεια; de 2 Th. 1,11 cfr. εὐδοκία 4. — G. 5,22 *fructus Spiritus S.*, *prob. benignitas* ut Neh. 9,25 vel *probitas* ut Ps. 51,5.*

* † ἀγαλλίασις, εως, ἡ *exsultatio*, *gaudium vehemens, praesertim quod gestu, voce, cantu proditur* L. 1,44. A. 2,46. Ju. 24; cum χαρά L. 1,14; ἔλαιον ἀγαλλιάσεως ‘oleum (symbolum) exsultationis’ H. 1,9 e Ps. 44,8, hīc symbolum caelestis gloriae Christi; veteres enim in laetis occasionibus, ut conviviis, oleo utebantur.*

† ἀγαλλιάω, solum L. 1,47. 1 P. 1,8 v. Ap. 19,7 cr., et ἀγαλλιάομαι, ao. ἡγαλλιασάμην et -ιάθην, J. 5,35 r. -ιάσθην (ἀγάλλω ‘jactor, delector re’; ιάω designat vel desiderium vel, ut hīc, vehementissimam animi affectionem: v. Kühner³ II § 328, 8): *exsulto, valde gaudeo*; et dicitur potissimum de gaudio voce ac gestibus manifestato; copulatur c. χαίρω Mt. 5,12. 1 P. 4,13. Ap. 19,4; add. ratio gaudii: ἐπὶ τινι L. 1,47, ἐν φῷ ‘qua de re’ fort. 1 P. 1,6 (vel ἐν φῷ ‘quo tempore’ ut 1 P. 4,13 ‘tempore revelationis’ et J. 5,35 ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ ‘illo splendente’), seq. particip. A. 16,34; ἡγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ . . . ‘gavisus est simul et desideravit ut videret . . .’ (germ. ‘er freute sich darauf, . . . zu sehen’) J. 8,56; add. dat. modi 1 P 1,8 (Kühner³ III § 410, 2 Anm. 4); (ἐν) τῷ πνεύματι τῷ ἀγίῳ ‘impellente (ἐν III 3 a) Spiritu S.’ L. 10,21; de lingua A. 2,26 (LXX Ps. 15,9).

ἄγαμος 2. *qui est extra statum conjugalem*, sive eum non iniit sive vinculum matrimonii contracti morte conjugis aliove legitimo modo solutum est, «*innuptus*»; dic. de utroque sexu 1 C. 7,8 τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις innuptis omnibus ac praesertim viduis; ib. 11,34 de mulieribus, 32 de viris (class. raro de viris).*

ἀγανακτέω *indignor, aegre fero* Mt. 21,15; 26,8. Mr. 10,14; ratio indignationis additur: περὶ τινος Mt. 20,24. Mr. 10,41; δτι L. 13,14; ησαν ἀγανακτοῦντες πρὸς ἐκυτοὺς c. or. dir. ‘indignabundi inter se dicebant’ Mr. 14,4 v.*

ἀγανάκτησις, εως, ἡ ↑ *indignatio* 2 C. 7,11.
[Thuc.]¹

ἀγαπάω, ft. ἀγαπήσω, ao. ἡγάπησα, pf. ἡγάπηκα, pf. P. ἡγάπημαι, ft. P. ἀγαπηθήσομαι: (affinia sunt vocabula ἄγα-μαι, μ[έ]γας, fortasse = ‘magni facio, veneror’): apud profanos = *amorem confero in alqm. vel alqd. libere ac deliberate ex bona quadam personae reive aestimatione, alqm. vel alqd. ut objectum (praecipui) amoris eligo*, lat. *diligo* (v. Schmidt, *Synonymik* 136,9; φιλέω = ‘complector alqm. amore tenero affectivo, fere ultiro in animo meo inde suborto, quod personam mihi jucundam esse sentio’, lat. = ‘amo’). Aptissimum igitur vocabulum fuit, quod a s. librorum auctoribus ad exprimendum eum amorem adhiberetur solā nobis revelatione notum, quo Deus amat et quo homines rationibus fide apprehensis et Deum et sese et mutuo inter se complecti jubentur. In LXX ἀγαπάω = בְּקַנֵּ, φιλέω raro. — In NT 1) *de dilectione personarum*; ἀγαπᾶν *diligere enim dicitur: Deus homines* J. 14,21; 17,23. R. 9,25. E. 2,4 al. (aoristus ἡγάπησεν J. 3,16. 2 Th. 2,16 al. dicitur vel de singulari quodam divini amoris documento vel de aeterno amore quo nos Deus praevénit); *Deus Christum* J. 3,35; 5,20 cD; 10,17 al.; *Christus Deum Patrem* J. 14,31 et *homines* J. 13,34; 14,21. R. 8,37. G. 2,20 al., *Ecclesiam* E. 5,25, et *quosdam speciali prae aliis amore* J. 11,5; 13,1 al. Ap. 3,9; — ἀγαπᾶν *dicuntur aut jubentur homines Deum* Mt. 22,37. R. 8,28. Ja. 1,12. 1 J. 4,10 al. (Dt. 6,5), *Christum* J. 8,42; 14,15 al.; porro *homines inter se* Mt. 5,43; 19,19. J. 13,34. 1 J. 2,10 al., *viri uxores* E. 5,25. C. 3,19; *universi etiam inimicos* Mt 5,44. L. 6,27; — *de externo dilectionis signo* Mr. 10,21; *figura etymol.* ἀγαπᾶν τινα ἀγάπην J. 17,26. E. 2,4; ptc. pf. P. ἡγαπημένος *dilectus* R. 9,25. E. 1,6. Ap. 20,9 al. — 2) *de amore, studio vel desiderio rei bonae* 2 T. 4,8. H. 1,9. 1 P. 3,10; *magni aestimo aliquid* L. 11,43. J. 3,19. Ap. 12,11 al.

***ἀγάπη**, ης, ἡ ↑ [LXX = בְּקַנֵּ; Ps. Sal. 18,4. pPar. 49,1; semel ap. Philonem Cur Deus immut. 14] *dilectio, caritas*: 1) *dilectio personarum*: *Dei in homines* R. 5,5; 8,39. 2 C. 13,13, εἰς ἡμᾶς ‘erga nos’ R. 5,8, ἐν ἡμῖν 1 J. 4,4 ‘in nobis’ vel ‘apud nos’ (J. 1,14) manifestata; Deus est Θεὸς τῆς ἡ-

2 C 13,11; δ Θεὸς ἀγάπη ἔστιν ipsa Dei natura est *dilectio* 1 J. 4,8; *Dei in Christum* J. 15,10; 17,26; Qui est υἱὸς τῆς ἡ. αὐτοῦ = Filius ab eo *dilectus* C. 1,13; *Christi erga homines*: τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἡ. τοῦ Χριστοῦ (genet. subj.) R. 8,35; ἡ ἡ. τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς ‘Christi (erga nos) *dilectio* urget nos’ 2 C. 5,14 cfr. 15; E. 3,19. J. 15,9 s.; *hominum a) in Deum*: ἡ. τοῦ Θεοῦ (gen. obj.) L. 11,42. J. 5,42. 2 Th. 5,5, 1 J. 2,5 (cfr. J. 14,21); 3,17; 5,3, τοῦ Πατρός 1 J. 2,15. — b) *inter se*: J. 15,13. R. 13,10. 1 C. 16,14. H. 10,24 al.; φίλημα ἀγάπης utpote caritatis signum 1 P. 5,14; ἡ ἡ. (ἡ) εἰς τινα erga alqm. E. 1,15. 1 Th. 3,12. 2 Th. 1,3; ἡ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἡ. 2 C 8,7 plus dicit quam ‘vestra ergo nos *dilectio*’, e vestris animis profecta, in nobis quasi sedem figens; ἔχειν ἀγάπην εἰς τινα 2 C. 2,4. C. 1,4. 1 P. 4,8 a, ἐν ἀλλήλοις J. 13,35; ἔχειν τὴν αὐτὴν ἀγάπην ‘uno inter se amore diligere’ Ph. 2,2; ἐνδείκνυσθαι ἀγάπην εἰς opere demonstrare 2 C. 8,24. — c) Quoniam sec. Mt. 22,39 *praeceptum diligendi proximi ac sui est praecepto diligendi Dei par et sec.* 1 J. 4,20 *dilectio Dei et proximi arctissimo inter se vinculo conexa sunt, ἀγάπη permultis locis ambas dilectiones simul exprimit*, nempe et in Deum et in proximum ac seipsum, ita ut modo utraque aperte dicatur, modo alterutra propter contextum *praeponderet*, modo incertum maneat utra dicatur: Mt. 24,12. R. 12,9. 1 C. 8,1; 13,1—13; 14,1. 2 C. 6,6. G. 5,6,13,22. E. 1,4; 3,18; 4,15 s.; 6,23, C. 1,8; 2,2; 3,14. 1 Th. 3,6; 5,8. Phm. 9,2 P 1,7. Ap. 2,4; haec virtus ut 1 C. 13,13 cum fide ac spe componitur, ita cum iisdem vel aliis virtutibus enumeratur 1 T. 1,5,14; 2,15; 4,12; 6,11. 2 T. 1,7,13; 2,22; 3,10. T. 2,2. Phm. 5. Ap. 2,19; παραμύθιον ἀγάπης exhortatio cum caritate facta Ph. 2,1; χόπος τῆς ἀγάπης labor quam caritas subit 1 Th. 1,3. — 2) *amor seu studium rei*: ἀγάπη τῆς ἀληθείας ‘amor veritatis’ 2 Th. 2,10. — 3) αἱ ἀγάπαι Ju. 12. 2 P 2,13 v. *agapae* (*Liebesmahl*), convivia a Christians ante cenam dominicam in mutuae caritatis signum celebrari solita.

ἀγαπητός 3. (ἀγαπάω) *dilectus, carus*; 1) *adjective*: 1 Th. 2,8. Phm. 16; R. 11,28 opp. ἔχθρος; cum substantivis υἱός Mt. 3,17; 17,5 [LXX haud raro ἀγαπητός = דִּין]

‘(filius) unicus, unigenitus’, item fort. ll. cc.]. Mr. 12,16. L. 20,13, τέκνον 1 C. 4,14, ἀδελφός 1 C. 15,38, σύνδουλος C. 1,7 etc. [Hom. Dem. al.]. — 2) substantive: cum genitivo personae cui alqs. carus est: δ ἀγαπητός μου Mt. 12,18; ἀγαπητοί Θεοῦ R. 1,7; Christiani inter se appellant ἀγαπητοί A. 15,25. R. 16,5, fem. ita R. 16,12. Phm. 2r; compellatio epistularis ἀγαπητέ 3 J. 2, ἀγαπητοί R. 12,19 al. [Τρύφων ἀγαπητέ p. 135,2].

Ἄγαρ, ἡ (al. Ἄγαρ ḥāgar) *Agar*, Aegyptia, serva Sarae, quacum Abraham Ismaëlem genuit: G. 4,24 Agar statuitur ut typus legis Mosis, utpote quae in terra Arabum posteriorum Agaris (Bar. 3,23) lata sit et sicut Agar Abrahamo sobolem perpererit, sed eam in servili condicione constitutam (v. Cornely in h. l.). — NB. G. 4,25 cum et critice dubia sit lectio (t. r. WH.) τὸ δὲ Ἅγαρ Σινᾶ nec constet montem Sinai appellatum esse ḥāgar (= arab. *haqar* ‘rupis’) et ne hoc quidem nomen cum nomine servae ḥāgar cohaereat, melius ibi legitur τὸ γὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ.

Ἄγγαρεύω, ft. ἀγγαρεύσω, ao. ἡγγάρευσα: (ἀγγαροι lat. ‘angarii’ vocabantur, voce persica, nuntii cursores per imperium Persicum distributi, per quos mandata regis citissime ad loca destinata perfabantur: v. Hdt. 8,98, Xen. Cyr. 8, 6, 17; jus eis erat cogendi, ubi opus foret, alias ad servitia, εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν Suid.; imitati sunt Persas Romani et ipsam vocem adoptaverunt) *angario utor* alqo, “*angario*” alqm, i. e. *adigo ad comitandum*, sive ut viam monstret sive ut onus ferat, Mt. 5,41 (cum acc. mensurae); ad onus portandum Mt. 27,32. Mr. 15,21 (cum ἵνα). — Habetur, ut in papp., v. l. ἐγγαρεύω. [pPetr. II 20, 5.]*

Ἄγγειον, ου, τό *vas* (ap. LXX = ‘vas’ latissimo sensu: lecythus, cisterna, canistrum, saccus, uter: cf. Schleusner I 16) Mt. 13,48r.; 25,4.*

Ἄγγελία, ας, ἡ (ἄγγελος) *nuntius* = «annuntiatio», *res nuntianda*; cum δτι, ubi enuntiatur veritas J. 1,5 (v. l. ἐπαγγελία), cum ἵνα, ubi nuntiatur *mandatum* ib. 3,11.*

Ἄγγελλω † *nuntio* J. 20,18 cr. (nBr.).¹

Ἄγγελος, ου, δ 1) *nuntius* alqo. missus, *legatus* L. 7,24; 9,52. Ja. 2,25; max. *legatus divinitus ad homines missus* (Vg. ‘angelus’):

Mt. 11,10. Mr. 1,2, L. 7,27; δ ποιῶν τοὺς ἄγγέλους αὐτοῦ πνεύματα ‘qui ventos (obj.) facit suos legatos’ (praed.: e Ps. 103,4 cum artº, ut in versu 3 δ τιθεὶς νέφη [obj.] τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ [praed.]) H. 1,7: sensus loci in contextu epistulae est: dignitas ‘nuntiorum Dei’, quam nomen angelorum innuit, est — si comparetur cum dignitate Filii — tam humilis, ut SScria etiam ventis et igni eam attribuat.* — 2) * ut hebr. **Ἄγλ** ‘nuntius’ = «*angelus*»; saepe enim angeli quaedam jussu Dei vel hominibus nuntiant, ut Mt. 1,20; 2,13; 28,5. L. 1,11, vel agunt, ut Mt. 13,39; 28,2; a) *de bonis angelis* Mt. 4,11; 26,53 et passim; add. genitivus ejus a quo mittuntur cuique servi subsunt: ἄγγελος Κυρίου Mt. 1,20; 2,13 al. (אֶלְעָגָלָן יְהוָה in VT saepe = angelus ipsius Dei loco ac nomine loquens ipsamque quodammodo personam Dei gerens: ita A. 7,30; cf. 7,53. G. 3,19. H. 2,2), ἄγγελος τοῦ Θεοῦ (vel αὐτοῦ, μου) Mt. 22,30. L. 12,9. Ap. 22,6, vocantur angelii Christi Mt. 13,41; 16,27. 2 Th. 1,7. Ap. 1,1 al.; Michaël dux angelorum Ap. 12,7; add. gen. personarum rerumve eorum tutelae commissarum Mt. 18,10. A. 12,15. Ap. 16,5; alia nomina: ἄγιοι ἄγγελοι L. 9,26. A. 10,22, ἐκλεκτοί 1 T. 5,21, ἄ. φωτός 2 C. 11,14, τῶν οὐρανῶν Mt. 24,36 (= ἐν τοῖς οὐρανοῖς Mr. 12,25, ἐν οὐρανῷ Mr. 13,32); sunt sua natura spiritus A. 23,8 s. H. 1,14 (unde iis similes sunt ii qui commercio conjugali non utuntur Mt. 22,30. Mr. 12,25), tamen apparent hominibus vel vigilibus L. 1,11; 22,43 vel dormientibus Mt. 1,20, specie humana hospitio recipiuntur H. 13,2; 1 C. 11,10 mulieres jubentur ἔξουσίαν (q. v.) in capite gestare διὰ τοὺς ἄγγέλους propter reverentiam Angelis invisibiliter inter sacra mysteria praesentibus debitam (Chrys. Cyr. Aug.); de 1 C. 13,1 v. γλῶσσα; J. 1,51 ab aliis ad litteram intellegitur, ab aliis sumitur pro symbolo commercii inter Deum et homines redemptos, cujus internuntii sunt angeli. — 1 T. 3,16 (cfr. nr 3); b) *de malis angelis*, qui et ipsi e statu bono exciderunt et alios tentant: R. 8,38. 2 P. 2,4. Ju. 6; habent caput, cujus vocantur angeli: Mt. 25,41. Ap. 12,7; permittente Deo homines varie vexant, itaque morbus ab iis infictus metonymice dic. ἄγγελος σατανᾶ (t. r. σατᾶν) 2 C. 12,7 (probabiliter; v. Cor-

nely in h. l.). — Quibusdam locis boni et mali angeli simul comprehenduntur, 1 C. 4,9; aliis incertum est, utri dicantur. — 3) *angeli septem ecclesiarum Asiae* Ap. 1,20; 2,1 etc. sunt earum praesules, quippe quorum ceu angelorum tutelae fideles commissi sint; similiter 1 T. 3,16 ὥφη ἀγγέλοις a quibusdam ad apostolos vel ministros evangelii relatum est.

ἄγγος, οὐς, τό *vas* Mt. 13,48 cr. (t. r. ἀγγεῖον).¹

ἄγε imper. verbi ἄγω, interjectionis loco = *age, agedum!* vox exhortantis ad alqd. agendum vel considerandum: Ja. 4,13; 5,1, ubi Jac. plures hac forma singulari alloquitur.*

ἀγέλη, ης, ἡ (ἄγω) *grex* pecudum Mt. 8,30—32. Mr. 5,11,13. L. 8,32s. (ἀ. dic. de quolibet grege, ποίμνη, ποιμνίον max. de ovibus et sensu metaph.: Schmidt 200).*

τὸ αγενεαλόγητος 2. (γενεαλογέω ‘genus ales. describo’) «*sine genealogia*», cuius genus descriptum non est; H. 7,3 haec vox complecti et explicare videtur ea quae praecedunt, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ: Syrus vertit ‘cujus pater et mater scripti non sunt in generationibus’, sc. s. librorum, ubi ejus genus plane tacetur et tamen agnoscitur sacerdos veri Dei. Nempe Melchisedech fuit veri Dei sacerdos, sed non de Levitico sacerdotio, ideoque suum apud verum Deum sacerdotium non debuit, ut sacerdotes Israelitici, exhibitâ suâ genealogiâ probare, et eo est similis Christo sacerdoti. — Nota: ex quo innotuerunt ‘epistulae Tell-Amarnenses’ quas dicunt, quas Abd-Khiba, rex Hierosolymae, ad Pharaonem dedit, talis vel similis fuisse videtur titulus regum Hierosolymitanorum, quo suum regnum non tam a majoribus quam a numine repeterent. Scribit e. gr.: ‘Ecce haec dicio Hierosolymitana — non pater meus, non mater mea mihi eam dederunt sed brachium Regis Potentis’, et rursum: ‘Ecce ego — non pater meus nec mater mea me in hoc loco constituerunt, sed brachio Regis Potentis debeo, quod in domum patris mei ingressus sum’: Regis Potentis nomine numen appellare videtur; illa saltem signa scripturae cuneiformis etiam ‘Deum Excelsum’ (יְהוָה לְאֵלֹהִים) significant (v. Hommel, altisr. Überlieferung p. 157s.; Dornstetter, Abraham, bibl. Stu-

dien VII 1—3, p. 182ss.). Ergo S. Paulus fortasse docere voluit tali titulo βασιλεὺς Σαλὴμ ἀπάτωρ ἀμήτωρ ἀγενεαλόγητος regnum Christi Domini divinitus datum adumbrari.¹

ἀ-γενῆς 2. (γένος) ‘qui genus non habet’ = *ignobili loco ortus*; 1 C. 1,28 τὰ ἀγενῆ qui ignobiles sunt vel videntur et ut tales ab hominibus contemnuntur (ipsum genus neutrum hunc contemptum innuere videatur); quales notae τοῖς ἀγενέσιν apud veteres inhaeserint, ex adjectivis elucet quibuscum passim apud scriptores profanos copulatur: ἀνελεύθερος, βάναυσος, φαῦλος, μαλθακός, κακοῦργος (v. Pape s. v.).¹

***†ἀγιάσω**, ao. ἡγίασσα, pf. P. ἡγίασμαι, ao. ἡγιάσθην (ἄγιος) [LXX = שָׁנַת ‘consecro, emundo, sancte colo’; שִׁינְקָה ‘rem Deo consecro; alqm. ad sacram munus eligo; sancte trago rem; alqd. sanctum (esse) demonstro, glorifico’] *sanctifico*; 1) *rem per se profanam sacram facio*: δ ναὸς δ ἀγιάσσας τὸν χρυσόν (sc. aurum in sanctuario depositum eo ipso fit sacrum) Mt. 23,17; ib. 19; *creaturae, in specie cibus, ἀγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως per verbum Dei* (quo eas nobis permisit Gen. 1,29; 9,3) *ut res sacrae, Deo propriae declarantur et per preces ante et post comedionem ut tales a nobis agnoscantur*, 1 T. 4,5; ἡγιασμένος R. 15,16. 2 T. 2,21. — 2) *hominem sacram seu sanctum reddo*, i. e. a) *ad sacram munus consecro atque initio* [Jer. 1,5]: J. 10,36 Christum hominem Pater ἡγιασεν ad munus Servatoris elegit et unione hypostatica sanctificavit; de ss. apostolis suo munere veritatis praedicandae, ἐν ἀληθείᾳ, consecrandis J. 17,17,19. — b) *Christiani ad fidem servitiumque Dei electi*, ut ἄγιοι, ita ἡγιασμένοι vocantur A. 20,32; 26,18 (cfr. E. 1,18); Christus et Christiani sunt δ ἀγιάζων καὶ οἱ ἀγιάζομενοι H. 2,11; 10,14; per additamenta sanctificatio describitur R. 15,16. 1 C. 1,2. H. 10,10. Ju. 1; c. accus. praedicati: ἀγιάσαι διοτελεῖς sanctificet vos reddatque perfectos 1 Th. 5,23; sanctificatio sita est in peccatis expiatum et justitia acquisita 1 C. 6,11. E. 5,26; ἀγιασθηναι ‘se sanctificare’ Ap. 22,11; cfr. ἀγνίζω NB. — c) *de emundatione legali* per ritus quosdam H. 9,13 [Ex. 19,22]. — d) *vel gentiles* contracto cum Christiano matrimonio qua-

damtenus sanctitatis fiunt participes 1 C. 7,14, — 3) *sancte colo, veneror, glorifico*: χύριον τὸν Χριστὸν (t. r. τὸν Θεὸν) ἀγιάσατε 1 P. 3,15 (cf. Is. 8,13); ἄγιασθήτω τὸ δνομά σου ‘sancte colatur, glorificetur nomen tuum!’ Mt. 6,9. L. 11,2 [Dt. 32,51. Num. 20,12 al]. — 4) *victimam Deo destino*: ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἄγιάζω ἐμαυτόν ‘pro iis ego me ipse victimam destino seu dedo’ J. 17,19 [cf. Ex 13,2. Dt. 15,19].*

*†**ἄγιασμός**, οῦ, δ (ἄγιάζω 2b) *sanctificatio* i. e. ea operatio qua homo efficitur *sanctus*, *purus*, *perfectus*, ex parte hominis *studium sanctitatis*: ad eam vocati sumus R. 6,19 (opp. ἀνομία), 22. 1 Th. 4,3. H. 12,14; *praecipuum quoddam ejus elementum est integritas a vitiis carnis* 1 Th. 4,4,7 (opp. ἀκαθαρσία) 1 T. 2,15; attribuitur auctori Spiritui S. 2 Th. 2,13. 1 P. 1,2; Christus nobis factus est ἄγιασμός i. e. *sanctificationis auctor* 1 C. 1,30.*

ἄγιος 3. *Scriptores profani* ἄγιον vocabant id quod suā naturā sacrum quandam horrorem animis injicit reverentiamque ne numen laedatur, exigit (ut δρχον, Ἱερόν fanum ubi numen adesse putabatur, σῶμα cadaver hominis occisi etc.), rem igitur *sacrosanctam*, *dis* *devotam*, *arcanam* (Schmidt 181; cfr. Ἱερός, ἀγνός, ὅσιος). — In LXX ἄγιος = שִׁירָה: res Deo consecrata hincque reverenda; persona Deo consecrata, in sacro munere constituta, a Deo ad alqd. electa; homo qualis esse debet Deo devotus, i. e. peccatis profanisque rebus alienus, pius; ubi de ipso Deo praedicatur, concurrunt hae notiones: reverentia cultuque maxime dignus, a peccato remotissimus, amator justorum, punitior peccatorum.

In NT ἄγιος dicitur 1) *de rebus*: a) epitheti honorifici instar *attributive* copulatur cum nominibus = *sacer*: i. e. a Deo electus, factus, datus, Deo consecratus etc.: ἡ ἄγια πόλις Jerusalem Mt. 4,5; 27,53. Ap. 11,2, caelestis J. Ap. 21,2,10; 22,19; ἄγιος τόπος templum Mt. 24,15. A. 6,13; 21,28; ἄγια γῆ locus rubi ardantis A. 7,33 (Ex. 3,5); τὸ δρός τὸ ἄγιον mons transfigurationis 2 P. 1,18; διαθήκη L. 1,72; γραφαὶ R. 1,2; denique ut Christiani vocantur ἄγιοι (v. infra) ita *res Christianorum propriae* hoc idem epitheton habent: φίλημα ἄγιον osculum quo inter se salutant R. 16,16;

κλῆσις ἄγια vocatio ad fidem Christianam 2 T. 1,9. 2 P. 2,21. Ju. 20. — b) ubi *praedictive* de rebus enuntiatur, designatur res *Deo digna, pura, honesta, in suo genere integra ac perfecta*: δ νόμος ἄγιος sc. ἐστίν καὶ ἡ ἐντολὴ ἄγια καὶ δικαία καὶ ἀγαθὴ R. 7,12; θυσία R. 12,1; ἀναστροφαὶ variae ‘sanctae vivendi rationes’ 2 P. 3,11; *res nobis sancte colenda, inviolabilis*: δ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἄγιος ἐστιν 1 C. 3,17. E. 2,21; *res Deo accepta seu grata ἀπαρχή*, φύραμα, βίζα, κλάδοι R. 11,16. — 2) *de personis* (creatis): a) *attributive*, epitheti honorifici instar — *sanctus, venerandus*: ἄγγελος A. 10,22. Mr. 8,38. L. 9,26 al., προφῆται L. 1,70. A. 3,21. 2 P. 3,2, ἀπόστολοι E. 3,5. 1 P. 3,5. 2 P. 1,21; Christiani dicuntur utpote *Deo per baptismum consecrati ἐκλεκτοὶ ἄγιοι* C. 3,12, ἀδελφοὶ ἄγιοι 1 Th. 5,27 v. H. 3,1; Ἱεράτευμα ἄγιον 1 P. 2,5, ἔθνος ἄγιον 1 P. 2,9. — b) *praedictive* designat eam moralem munditatem ac perfectionem quae homines Deo consecratos decet: «sanctus, justus, immaculatus»: ἄνδρα δίκαιον καὶ ἄγιον Mr. 6,20; ἵνα ἡ (virgo) ἄγια καὶ τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι 1 C. 7,34; C. 1,22. 1 P. 1,15 s. E. 5,27; de externa quadam sanctitate liberorum, qui saltem alterutrum parentem Christianum habent, licet nondum baptizati sint, propter intimam cum parente Christiano conjunctionem 1 C. 7,14; sensu maxime proprio = *Deo proprius, Deo consecratus* L. 2,23. — 3) *de Deo plenissimo* illo sensu quem supra diximus: πάτερ ἄγιε J. 17,11, δ δεσπότης δ ἄγιος Ap. 6,10; ἄγιος ἄγιος ἄγιος Κύριος δ Θεός Ap. 4,8 (Is. 6,2); ἄγιον τὸ δνομα αὐτοῦ ‘venerabile est nomen ejus’ L. 1,49 (Is. 57,15); 1 P. 1,16; — de Christo: τὸν ἄγιον παῖδα σου A. 4,27,30; — de Spiritu S.: Πνεῦμα ἄγιον v. πνεῦμα 4 c, d.

Substantive in NT dicitur 1) τὸ ἄγιον: a) generatim *res sacra*, non profananda: μὴ δῶτε τὸ ἄγιον τοῖς κυσίν Mt. 7,6; b) τὸ γεννώμενον (ἐκ σοῦ add. multi Patres) ἄγιον *divinus infans* utero virgineo gestatus L. 1,35; c) *sanctuarium, templum* H. 9,1. — 2) τὰ ἄγια: *sanctuarium, templum* (ita ap. LXX v. g. Lev. 19,30. Ps. 150,1) H. 9,12,24, Christus sacerdos dicitur τῶν ἀγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς ‘templi tabernaculique veri sacerdos’ (cf. Philo, leg. alleg. III 46 δ θεραπευτὴς καὶ

λειτουργὸς τῶν ἀγίων = sacerdos) H. 8,2; de primo Israēlitarum tabernaculo foederis: ἥτις λέγεται Ἀγια H. 9,2. — Ἀγια ἀγίων (LXX τὰ ἄγια τῶν ἀγίων v. g. Num. 4,19 = מִשְׁׁקָדֶן שְׁנָךְ) ‘sancta sanctorum’, templi pars sacratissima H. 9,3, quae etiam simpl. Ἀγια dicitur H. 9,25; 10,19; 13,11. — 3) ὁ ἄγιος vocatur 1 P. 1,15 Deus, sec. illud Lev. 11,44; 1 J. 2,20; Christus dicitur ὁ ἄγιος Ap. 3,7, ὁ ἄγιος καὶ δίκαιος A. 3,14, ὁ ἄγιος τοῦ Θεοῦ Mr. 1,24. L. 4,34. J. 6,69 cr. (cf. LXX Ps. 105,16 Ἀαρὼν τὸν ἄγιον Κυρίου). — 4) οἱ ἄγιοι ut plurimum sunt Christiani utpote Deo consecrati baptismo v. g. A. 9,13,32. 1 C. 6,1 etc.; κλητοὶ ἄγιοι ‘ad statum sanctorum vocati’ R. 1,7. 1 C. 1,2; ἀξίως τῶν ἀγίων R. 16,2 = καθὼς πρέπει ἄγιοις E. 5,3; ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἀγίων ‘ecclesiis Christianorum’ 1 C. 14,33; Judaeo-Christianiani praecipue intelleguntur E. 2,19; homines eximia pietate conspicui Mt. 27,52. Ap. 11,8; 16,16; 18,20,24.

†ἀγιότης, ητος, ἡ ↑ sanctitas morum: εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἀγιότητος αὐτοῦ (sc. Dei) ‘ut participes fiamus sanctitatis ejus’ H. 12,10; ἐν ἀγιότητι ἀνεστράφημεν ‘sancte nos gessimus’ 2 C. 1,12cr. [2 Mach. 15,2].

†ἀγιωσύνη, ης, ἡ (ἄγιος) sanctitas moralis: ἐπιτελεῖν ἀγιωσύνην sanctitatem puritatemque animi ad summum gradum adducere 2 C. 7,1. 1 Th. 3,13; πνεῦμα ἀγιωσύνης R. 1,4 optime dicitur esse natura Christi divina (opp. σάρξ): secundum naturam divinam i. e. prout decuit naturam ejus divinam, constitutus est filius David Filius Dei. (cfr. Cornely in h. l.)

ἀγνάλη, ης, ἡ ulna, L. 2,28.¹

ἀγμόστρον, ου, τό hamus piscarius Mt. 17,27.¹

ἀγνύρα, ης, ἡ ancora; φίπτειν ἀγκύρας jacere ancoras A. 27,29; ἀγκύρας ἔκτείνειν ‘extendere a.’, i. e. funes ancorarum jaciendarum in scapha, quantum fieri potest, a prora navis procedendo distendere, antequam in mare demittantur A. 27,30; ἀγκύρας περιατρεῖν ‘tollere a.: die Anker lichten’ A. 27,40; de spe: ἦν ὡς ἀγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς H. 6,19 [item Soph. Eur.].*

ἀγναφος 2. (γνάφος ‘carduus’ quo fullores pannos pectunt) carduos fullonis nondum expertus, nondum a fullone curatus ac politus, impexus, «rudis»: de panno Mt.

9,16. Mr. 2,21: nempe cum is madefactus per se contrahatur, frustum ejus vesti jam detritae assutum huic scissuras contracione inducit.*

ἀγνεία, ας, ἡ (ἀγνεύω ‘pure casteque vivo’) puritas, castitas vitae 1 T. 4,12; 5,2. [Soph. Plat.]*

ἀγνίζω ao. ἥγνισα, pf. ἥγνικα, pf. P. ἥγνισμα (ἀγνός): purifico, lustro, in NT 1) ex LXX sensu rituali, a) lustro, ritibus religiosis praescriptis legitime mundum reddo: ίνα ἀγνίσωσιν ἑαυτούς J. 11,55 (Num. 8,21 ἥγνίσαντο); b) pass. ex voto nasiraeatum servo, fio nasiraeus (= רַיְנָה Num. 6,3,5) A. 21,24,26; 24,18. — 2) sensu morali: purgo: ἀγνίζειν Ja. 4,8; ἑαυτόν 1 J. 3,3; τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἥγνικότες . εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόχριτον ‘vestros animos purgate (ab omnibus quae caritati obsunt, quo perveniat) ad sinceram caritatem fraternalm’ 1 P. 1,22. (Nota: καθαρίζω generatim sordium remotionem significat, ἀγνίζω magis effert illum subjectivum et personalem conatum ac laborem, quo quis ad puritatem assequendam adnititur; ἀγιάζω magis indicat positivam partem sanctificationis, ἀγνίζω magis negativam, i. e. purgationem; cfr. Schmidt 181).*

*ἀγνισμός, οῦ, ὁ ↑ «purificatio», in specie observatio castimoniae nasiraeatus A. 21,26 (ut Num. 6,5).¹

ἀγνοέω (ἀ priv., rad. ΓΝΟ) ignorō, nescio; 1) aliquem a) non novi A. 13,27; 17,23; ἀγνοούμενος ignotus 2 C. 6,9, add. τῷ προσώπῳ ‘de facie non notus’ G. 1,22; — b) ignorare me fingo, sperno (ignorieren): εἴ τις ἀγνοεῖ sc. Dominum ejusque mandata, ἀγνοεῖται 1 C. 14,38 (t. r. ἀγνοεῖτω = habeat sibi! ignoret!). — 2) aliquid nescio: a) universim: οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ‘nolo vos nescire...’ [pap.] R. 1,13; 11,25. 1 C. 10,1. 2 C. 1,8 al.; ἢ ἀγνοεῖτε; ‘an nescitis?’ R. 6,3; 7,1 (ὅτι); οὐκ ἀγνοεῖν τι ‘bene nosse alqd.’ 2 C. 2,11 [Sap. 12,10]; ἀγνοεῖν ἐν τινι ‘ignarum esse rei’ 2 P. 2,12 [Sir. 5,18]. — b) alqd. non satis intellego Mr. 9,32. L. 9,45. — c) ex graecitate vulg. = *pecco (nempe ita ut propter ignorantiam, licet non inculpabilem, aliquomodo excuser) H. 5,2 [LXX = מִשְׁׁא ‘delinquo’, לִנְזֵנָה ets. ‘stulte ago’; pTebt. 43, 25, 118^a, st. τὰ προ-γνοημένα priora peccata, ib. 23, 12].*

ἀγνόημα, ματος, τό ↑ erratum; 1) defectus

ex ignorantia commissus; 2) jam ap. LXX magis generatim peccatum (1 Mach. 13,39. Tob. 3,3) H. 9,7, vulg. 'ignorantia' [pTebt. 5, 3, 118^a enumerantur ἀγνοήματα, ἀμαρτήματα, ἐγκλήματα, αἰτίαι].¹

ἀγνοία, ας, ἡ (ἀγνοέω) *ignorantia*: κατὰ ἀγνοιαν [Polyb. pBerol. 619, 4] πράσσειν τι 'per ignorantiam alqd. facere' A. 3,17; max. de inscitia Dei rerumque religiosarum propria gentilium E. 4,18. 1P. 1,14; quare tempora ante annuntiatum iis evangelium vocantur χρόνοι τῆς ἡ. A. 17,30.*

ἀγνός 3. (rad. ἄγ, ἄξω 'vereor' cf. initium art. ἄγιος) ap. profanos = *moribus integer*, praesertim vir religiose a caede abstinent, femina ab impudicitia abhorrens, virgo casta (Schmidt 181): 1) universim *integer a vitiis, innocens*: 1J. 3,3 (ἐκεῖνος = Christus), 1T. 5,22; de rebus Ph. 4,8. Ja. 3,17. 1P. 3,2; cum dat. rei in qua quis se integrum praebet (t. r. ἐν) 2C. 7,11. — 2) speciatim *castus, pudicus*: παρθένος 2C. 11,2 [εὶ παρθένος εἴη καὶ ἀγνή Hdn. 1, 11, 12]; de uxore T. 2,5.*

† **ἀγνότης**, ητος, ἡ (ἀγνός) *animi puritas, sanctitas* 2C. 6,6; 11,3 cB.*

ἀγνῶς adv. *integre, sincere* Ph. 1,17.¹

ἀγνωσία, ας, ἡ ↓ *ignorantia* 1P. 2,15; c. gen. obj. ἡ. Θεοῦ 'ignoratio Dei' 1C. 15,34 (it. Sap. 13,1).*

ἀγνωστος 2. (γνῶναι) *ignotus* A. 17,23. [Pind. Len. etiam active 'ignarus'].¹

ἀγορά, ας, ἡ (ἀγείρω 'congrego') 1) *forūm ubi jus dicitur* A. 16,19, merces veneunt: ἀπ' ἀγορᾶς 'a foro reversi' Mr. 7,4, operarii conducuntur Mt. 20,3; — 2) generatim *locus publicus ac spatiōsus quo multi convenire solent* Mt. 11,16; 23,7. Mr. 6,56; 12,38. L. 7,32; 11,43; 20,46. A. 17,17. — 3) *res in foro venales, maxime cibaria* [Xen. al. Plut. DHal.]: ita fort. Mr. 7,4 'de cibariis in foro emptis . . .'.*

ἀγοράζω ao. ἡγόρασα, pf. P. ἡγόρασμαι, ao. P. ἡγοράσθη: (ἀγορά) prpr. 'in foro versor'; *emo* 1) sensu proprio: τι Mt. 13,44; 14,15. Mr. 16,1 al.; ὅν χρείαν ἔχομεν J. 13,29; τι φάγωσιν Mr. 6,36; pretium exprimitur genetivo Mr. 6,37; seq. ἐξ c. genet. pecuniae, cfr. ἐξ IV 2 c: Mt. 27,7 [Bar. 6,24]; τι παρά τινος Ap. 3,18; absolute Mt. 21,12; 25,9,10. Mr. 11,15. L. 17,28; 19,45 r. 1C. 7,30; — 2) sensu metaphorico: Christus dicitur homines *emisse* eo quod

sanguine fuso velut pretio dato nos e potestate diaboli erectos suos fecit sicque novo titulo dominus noster factus est: ἡγοράσθητε τιμῆς 'pretio empti estis' 1C. 6,20; 7,23. 2P. 2,1. Ap. 5,9 (t. r. He. Br. ἡμᾶς, Tdf. WH. ἐκ 'aliquos ex . . .' scil. electos, cfr. ἐκ Vb); add. ἀπὸ τῆς γῆς 'a terra' ita ut non jam sint in terra Ap. 14,3, it. 14,4.

ἀγοραῖος 2., rarius 3. (ἀγορά) *forensis*; hinc 1) οἱ ἀγοραῖοι A. 17,5 sunt *subrostrani, circumforanei*, turba forensis, vile ac turbulentum hominum genus in foro versari solitum, germ. *Pflastertreter, Marktgessindel* [Aristoph. ran. 1015; Plut.]; — 2) ἀγοραῖοι (sc. σύνοδοι) ἄγονται locutio latinizans *conventus forenses aguntur, jus dicitur* A. 19,38.*

ἄγρα, ας, ἡ (ἄγω?) *captura, venatio*; 1) act. *captura*; εἰς ἄγραν ad piscandum L. 5,4; item 5,9 si cum WH. legis ὅν συνέλαβον; — 2) pass. *praeda capta* L. 5,9, si legis ἦ (= ἦν) συνέλαβον.*

ἀγράμματος 2. (τὰ γράμματα) 1) *litterarum ignarus, illitteratus* [Plat. ss.]. — 2) in specie: *artis scribendi ac legendi ignarus* [Xen., saepe in pap.]. — Sine dubio priore sensu A. 4,13.¹

ἀγραυλέω (ποιμένες ἄγραυλοι Il. 18, 162) *sub diu pernocto* L. 2,8.1

ἀγρεύω, ao. ἡγρευσα (ἄγρα) *venor, capio feras*; metaph. τινὰ λόγῳ Mr. 12,13 = Mt. 22,15 παγιδεύω τινὰ ἐν λόγῳ 'capto, irretio aliquem responso' quod interrogans ab eo elicio [sim. σαγηνεύω Lucian. Tim. 25].¹

I. **ἀγρι-έλαιος**, ου, ἡ *oleaster, olea agrestis*, etiam ἀγρι-ελαία dicta, sterilis ita ut dicerent ἀκαρπότερος ἀγριελαίου 'oleastro sterilior' [Zenobius] R. 11,24; opp. ibid. καλλιέλαιος [vox occurrit in Theophr. et Theocr.; cf. Fonck 43: similia vocabula ἀγρι-άμπελος, -μέλισσα etc. vide in lexicis].¹

II. **ἀγρι-έλαιος** 2. adj. *ad oleastrum, pertinens, oleastrinus* R. 11,17 σὺ δὲ ἀγριέλαιος (suppleri potest κλάδος) ὅν 'tu cum esses (ramus) in oleastro natus': cfr. Fonck 43 s. [σκυτάλη ἡ. Anth. 9, 237].¹

ἀγριος 3. vel 2. (ἀγρός) 1) *agrestis, silvester*; dicitur de plantis sponte in silvis agrisque crescentibus et de animalibus feris ac silvaticis; μέλι ἀγριον Mt. 3,4. Mr. 1,6 'mel silvestre' praestat explicare non de melle apum silvestrium (ἀγριμέ-

λισσα; cfr. 1 Sam. 14,25), sed de melle quodam ex arboribus manante [DSic. 19,94: φύεται παρ' αὐτοῖς, ap. Arabes, μέλι πολὺ τὸ καλούμενον ἄγριον ϕ χρῶνται ποτῷ μεθ' ὅδατος]; namque mel apum semper inter delicias computatur (cf. Fonck 13 s.). — 2) metaph. *ferus, procellosus, κύματα* Ju. 13.*

'Αγρίππας, α (Bl. § 7,2), δ Herodes *Agrippa minor* (v. Ήρῳδης 4). A. 25 et 26.

ἄγρος, οῦ, ὁ 1) *campus, arvum, ager* quem alqs. possidet Mt. 13,24; 19,29. Mr. 10,29. A. 4,37 al. — 2) *generalius arva, prata, campi: τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ* Mt. 6,28; ib. 6,30. L. 12,28. — 3) *rus* (δ ἔξω τῆς πόλεως χῶρος Etym. M.): ἀπ' ἄγροῦ rure (in urbem) Mr. 15,21. L. 23,26; ἐν ἄγρῳ ruri L. 15,25; εἰς ἄγρον *rus* (ex urbe) Mr. 16,12. — 4) ap. *synopticos* οἱ ἄγροι sunt *praedia, villae, viculi: εἰς τὰς κύκλῳ κύμας καὶ [τοὺς ῥ.] ἄγρούς* L. 9,12; Mr. 5,14; 6,36,56. L. 8,34.

ἄγρυπνέω (ἄγρο-υπνος 'insomnis' proprie sec. alios 'somnum [nequicquam] captans', sec. alios 'in agro s. sub divo dormiens') *vigilo*; in NT metaph. (ut ap. Graecos ἐγρήγορα) = *attentus sum, caute circum-specteque ago* Mr. 13,33. L. 21,36; εἰς τι 'in alqd. intentus sum' E. 6,18; ὑπέρ τινος *alci. invigilo* (ut pastor gregi) H. 13,17 (cf. γρηγορέω).*

ἄγρυπνία, ας, ἡ *insomnia, vigilia*; plur. [ut Isocr.] 2C. 6,5; 11,27.*

ἄγω, ft. ἔξω, ao. ἤγαγον (in compositis etiam ἤξα), pf. P. ἤγμαι, ao. P. ἤχθην, ft. P. ἀχθήσομαι 1) transitive a) *ago, duco, e contextu saepe = ab-, ad-, e-, per-duco* ets.; animal, sive vinctum vel frenatum ὅνον Mt. 21,7 al., sive non vinctum, oves J. 10,16 (in parabola); hominem, — sive cum majore minoreve vi, ut reum, captivum ets.: διὰ τί οὐκ ἤγάγετε αὐτόν; 'cur eum non (captum) adduxistis?' J. 7,45. Mt. 10,18. Mr. 13,11. L. 4,29; 19,27. J. 8,3. A. 5,21; 8,32 al. — sive sine ulla vi liberum aliquo duco, ut aegrotum, caecum, peregrinum ets.: L. 4,40; 10,34. J. 1,43. A. 9,27. 1 Th. 4,14. 2 T. 4,11 al.; δ Θεὸς ἤγαγεν τῷ Ισραὴλ σωτῆρα Ιησοῦν 'adduxit', ut veniret effecit A. 13,23. — b) *algm. adduco ad alqd., i. e. impello, adigo, incito, dirigo: τινὰ εἰς μετάνοιαν* R. 2,4, εἰς δόξαν H. 2,10; passive: *regor, feror, ducor: ὡς ἀν ἤγεσθε 'prout*

(caeco impetu) ferebamini' 1 C. 12,2; πνεύματι (dat. quasi instrum.) G. 5,18, Πνεύματι Θεοῦ R. 8,14; ἐπιθυμίας 2 T. 3,6. — c) diem, festum ets. *ago, celebro: γενεσίων ἀγομένων 'cum natalis celebraretur'* Mt. 14,6 r.; ἀγοραῖοι ἄγονται A. 19,38; constructio impers. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει ἀφ' οὗ 'tertius dies agitur ex quo ...' L. 24,21. — 2) intransitive: *eo; occurrit solum ἄγωμεν 'eamus!'* Mt. 26,46. Mr. 14,42. J. 11,16; cum indicatione loci Mr. 1,38. J. 11,7,15; 14,31; cfr. art. ἄγε.

ἄγωγή, ἡς, ἡ (ἄγω) *ductio; educatio; dein: vivendi ratio* 2 T. 3,10 [Esth. 2,20; Clem. Ro.].¹

ἄγων, ὁνος, δ *primitus conventus praesertim aurigarum et pugilum ad ludos publicos; hinc certamen, etiam metaphorice: ἄγων λόγων, τῆς ψυχῆς etc.* — In epistulis Pauli: *servorum Christi inter aerumnas, obstacula, contradictiones ad consequendum seu efficiendum id quod debent labor ac contentio: ἐν πολλῷ ἄγωνι* 1 Th. 2,2 (cfr. A. 17,5 ss.); *ἔχειν ἄγωνα* Ph. 1,30, περὶ ὑμῶν C. 2,1; *ἀγωνίζεσθαι ἄγωνα* 2 T. 4,7, add. τῆς πίστεως 1 T. 6,12; *τρέχειν ἄγωνα* [Hdt. 8, 102] 'cursus certamen obire' H. 12,1, ubi vulg. 'currere ad certamen'.*

ἄγωνία, ης, ἡ ↑ *certamen; in specie: animi angor, trepidatio, horror [φόβος καὶ ἀ. Dem. 18,33; 2 Mach. 3,14,16. Epict. 2, 13,10. pTebt. 423,13 εἰς ἀ. γενέσθαι]: ἐν ἄγωνίᾳ γενέσθαι* L. 22,44.¹

ἄγωνίζομαι, pf. ἤγωνισμαι (ἀγών): 1) *certamen ludorum publicorum ineo* 1 C. 9,25. — 2) *certo, pugno* J. 18,36. — 3) metaph.: *inter obstacula et adversarios propositum mihi finem persecutor, contendeo, certo* [Epict.]: C. 1,29; *τὸν καλὸν ἄγωνα* 1 T. 6,12. 2 T. 4,7 [Syll. inscr. 214, 10], κοπιᾶν καὶ ἀγωνίζεσθαι εἰς τι 'alcs. rei gratia laborare et contendere' 1 T. 4,10 Tdf. WH.; *ἀγωνιζόμενος* ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς ferventissimis pro vobis precibus Deum velut vincere studens (cfr. R. 15,30) C. 4,12; — c. inf. *studeo, operam do* [Thuc. 4, 87, 6] L. 13,24.*

Άδάμ, δ (Μᾶν[η] 'homo') *Adam*, primus homo, parens universi generis humani, idem auctor peccati et mortis L. 3,38. R. 5,14. 1 C. 15,22. 1 T. 2,13 s. Ju. 14; huic 1 C. 15,45 comparatur ac componitur δέσχατος Άδάμ (47 δεύτερος ἀνθρωπος),

Christus, quippe qui exstiterit alter atque ultimus hominibus vitae (supernaturalis redintegratae) auctor.*

ἀ-δάπανος 2. (δαπάνη) *sine sumptibus, parabilis, gratuitus*: ἀδάπανον θεῖναι τὸ εὐαγγέλιον 1 C. 9,18.¹

’Αδδεί (t. r. ’Αδδί), δ *Addi*, progenitor Christi L. 3,28.¹

ἀδελφή, ης, ἡ ↓ *soror*; 1) sensu proprio: a) sensu stricto = *soror, germana* L. 10,39 s. J. 11,1,3 ss. A. 23,16. — b) sensu latiore, more loquendi Hebraeorum: *consobrina, propinquia, cognata* [Gen. 24,59 s. Job 42,11]: Mt. 13,56. Mr. 3,32 v. 6,3. J. 19,25. 1 T. 5,2; ἀδελφή μού ἔστιν Mr. 3,35. Mt. 12,50 est mihi tam carus quam fratri soror. — 2) sensu translato: *fidei socia, christiana*: 1 C. 7,15. Phm. 2 cr. Ja. 2,15; ἀδελφὴ γυνὴ christiana mulier 1 C. 9,5 (v. γυνὴ 1 et Cornely in h. l.); una ecclesia alterius ἀδελφὴ dicitur prob. 2 J. 13.

ἀδελφός, οῦ, δ (ejusdem δελφύος seu uteri) *frater*; 1) sensu stricto: *ejusdem parentis vel eorundem parentum proles* Mt. 1,2; 4,18; 14,3. L. 15,27. J. 11,2 al. — 2) sensu latiore, more Hebraeorum: *consanguineus et cognatus quilibet*, max. *patruelis, consobrinus* (v. Gesenius, thes. p. 63 et cf. Gen. 13,8; 14,14; 24,48; 29,12. Lev. 10,4. 1 Chr. 9,6): ita accipiendi sunt «fratres Domini» Mt. 12,46. Mr. 3,31. L. 8,19. J. 2,12; 7,3. A. 1,14. 1 C. 9,5 et nominatim Mt. 13,55. Mr. 6,3. G. 1,19, cf. Cornely, *Introductio III* p. 595 ss.; Epiph. haer. 78, 6; Hier. adv. *Helvidium*. — 3) sec. loquendi morem Judaeorum **is, cui cum aliis est idem pater populi, popularis*, inclusis alicubi e contextu proselytis [Ex. 2,11. 3 Reg. 12,24. 2 Mach. 1,1 al.]: R. 9,3. H. 7,5. A. 3,22 (Dt. 18,15); 7,23,25 s.; 22,5; ἀδελφέ A. 9,17; 22,13, ἀδελφοί A. 3,17; 23,5, magis Graece ἄνδρες ἀδελφοί A. 2,29,37 al. — 4) † similiter sec. loquendi morem Christianorum a) *fidei christiana socius, Christianus*: A. 1,15 cr.; 9,30; 10,23; 11,29 al. R. 14,10,13; 16,23. 1 C. 5,11; 7,12,14 cr. s.; 8,11; 15,6; 16,11. Ja. 1,9; 2,15. Ap. 1,9 al.; ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ 1 C. 6,5 elliptice = ‘inter fratrem et fratrem’; 1 C. 1,10 et passim per epistulas; c. epithēto ἀγαπητοί 1 C. 15,58. Ja. 1,16, ἡγαπημένοι κτλ. 1 Th. 1,4. 2 Th. 2,13; ratio hujus appellationis apparent R. 8,29. C. 1,2 (ἐν

Xριστῷ). H. 2,11 s., cf. infra NB. b) *in fide Christiana alcs. muneric socius, adjutor, collega*: ita Petrus et Paulus operarios apostolicos designabant: 1 P. 5,12. 1 C. 1,1; 16,12. 2 C. 1,1 al., cf. Ap. 22,9, ipsi inter se Apostoli 2 P. 3,15 cf. L. 22,32. — 5) sensu latissimo: *is quem quacunque ratione, ut propinquum, ut popularem, fidei socium, collegam, habeas fratrem*: Mt. 5,22 ss. 47; quin etiam sensu christiano (ex Mt. 25,40. H. 2,11 s.) *quivis homo, proximus* 1 J. 2,9 ss. et passim ibi, fort. etiam Mt. 7,3; 18,15,21. L. 6,41; 17,3; ἔκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ = ἀλλήλους (hebr. יְחִי־תְּנָא שֵׁנָא) H. 8,11 (Jer. 31, gr. 38,34), ἔκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ = ἀλλήλοις Mt. 18,35. — NB. *Fratres Christi* in N. T. a) *propinqui*, v. supra n. 2. b) *omnes redempti* qui aut re aut destinatione Dei filii adoptivi evaserunt Mt. 23,8 (ubi aequalitas fratrum indicatur); 25,40. H. 2,11 s. 17. R. 8,29. c) *apostoli*: Mt. 28,10. ·J. 20,17. d) Mt. 12,48 ss. Mr. 3,33 ss. L. 8,21 ἀδελφός = fratris loco, Christo tam carus quam frater.

***ἀδελφότης**, ητος, ή ↓ «fraternitas» i. e. coetus fratrum seu christianorum 1 P. 2,17; 5,9. [1 Mach. 12,10,17 ‘conjunctio fraterna’].*

ἄ-δηλος 2. *non manifestus, ignotus, occultus, incertus*; μνημεῖα L. 11,44 sepulchra quae ut talia non cognoscuntur, sed communem terrae superficiem ostentant; φωνή 1 C. 14,8 sonus (tubae) confusus, quo quid annuntietur nescitur. [Soph. al.; Epict.]*

ἀδηλότης, ητος, ή *incertitudo* [Pol. Philo al.]; 1 T. 6,17 πλούτου ἀδηλότης = divitiae incertae [τὸ ἀδηλον τῆς δδοιπορίας iter parum tutum pOx. 118, 5].¹

ἀδήλως adv. (ἀδηλος) *incerto, occulto* [Thuc. 1, 92]; ἀδήλως τρέχειν 1 C. 9,26 e contextu = currere in incertum, currere ignorantem versus quam metu currendum sit.¹

ἀδημονέω (vox incertae derivationis) *animo angor, paveo*; cum λυπεῖσθαι Mt. 26,37, cum ἔκθαμβεῖσθαι Mr. 14,33; seq. διότι Ph. 2,26. [Plat. Xen., pOx. 298, 45 in epistula λίαν ἀδημονοῦμεν χάριν τῆς θρεπτῆς Σαραποῦτος].*

ἄδης, ου, δ, dat. η, acc. ην, voc. η (1 C. 15,55 r.). Graecis “Αἰδης” fuit nomen vel inferorum dei (unde dicebant εἰς “Αἰδους sc. οἴκον ets.) vel habitaculi inferorum = orcus. LXX hoc nomen substituebant hebraico נַיְשׁ = orcus, domicilium manium,

in poësi est fere mortis synonymum. — In NT ἄδης est 1) generale domicilium animorum vitâ defunctorum ante Christi resurrectionem, *orcus, inferna, «infernus»*: εἰς ἄδην A. 2,27,31 = Ps. 15,10 e contextu = ‘in Orco’ (cfr. Gesenius Handwörterbuch 13 art. Λ B 1; t. r. εἰς “Αἰδουν”), ἐν τῷ ἄδῃ L. 16,23; cum orcus cogitetur caelo oppositus, profundissimus (Job 11,8), καταβῆναι vel καταβιβάζεσθαι ἔως ἄδου Mt. 11,23. L. 10,15 est i. q. deturbari in infimam ignominiam, oblivionem, miseriam; hujus loci Christus dicit se claves habere Ap. 1,18 (cfr. 1 C. 15,55. Ap. 20,13), utpote qui mortem devicerit mortuosque resuscitaturus sit; sunt qui Mt. 16,18 huc trahant et explicit: ‘portis orci’, i. e. (sine imagine) potestate mortis atque interitûs cui omnia humana subjacent, nihil novimus fortius: atqui ecclesia iis erit validior, i. e. erit prorsus invicta et immortalis [cfr. πύλαι ἄδου Is. 38,10. Ps. 9,14 = domus mortuorum]. — 2) Secundum alios Mt. 16,18 ἄδης est potestas quaedam regno Dei infesta cum eoque pugnans, πύλαι ἄδου sunt civitas potestatis infernalnis Deo adversae, i. e. diaboli: est diabolus cum suis asseclis (v. Knabenb. in h. l.); item Ap. 6,8, unde Ap. 20,14 in lacum ignis dejicitur.*

*ἄδιάκριτος 2. (διαχρίνω, -νομαι q. v.) = μὴ διαχρινόμενος varie: 1) ap. profanos, sensu derivato a passivo verbi: *indistinctus, mixtus, non decisus; quod discerni i. e. clare intellegi non potest.* [Pol. Epict. Lcn.] — 2) sensu derivato a medio verbi: *non judicans, non dubitans, non litigans;* Ja. 3,17 sapientia superna ἄδιάκριτος varie accipitur: syr. ‘sine ambiguitate aut dissensione’, copt. vulg. «*non judicans*», arm. ‘sine conscientiae remorsu, sine scrupulo’ (v. διαχρίνω II 3 b), i. e. firmum certumque habens conscientiae judicium; quia opponitur sapientiae terrestri quam zelus et contentio sequantur, potest intellegi *quae non litigat, a litigando abhorrens* (v. ib. II 1). Activus sensus non habet difficultatem; cfr. ἀβλαπτος ‘non nocens’, ἀγέλαστος ‘non ridens’ ἀγνωστος ‘non sciens’ etc.¹

ἀδιάλειπτος (δια-λείπω) *non intermissus, assiduus* R. 9,2. 2 T. 1,3.*

*ἀδιαλείπτως ↑ adv. *sine intermissione, assidue* R. 1,9. 1 Th. 1,3; 2,13; 5,17.*

+ ἄδιαφθορία, ας, ἡ (ἀδιάφθορος ‘incorruptus’) *iucorrupta mens, virtus quā quis se corrumpi non sinit* T. 2,7 r.¹

ἀδικέω, ao. ἥδικησα, ao. P. ἥδικήθην: 1) intrans.: ἀ-δικος sum i. e. a) *injustus, improbus sum, injuste ago* Ap. 22,11. C. 3,25 a et b (ubi ὁ est acc. obji inti = ‘poena quam injuste agens meruit’; cf. Krüger 46, 6, 3). — b) *reus sum improbi facinoris* A. 25,11. — 2) trans. a) *injuste trago, injuriā afficio; τινά* Mt. 20,13 (defraudando). A. 7,26 s. (verberando); 1 C. 6,8. 2 C. 7,12 a; τινά τι A. 25,10. G. 4,12; pass. A. 7,24. 2 C. 7,12 b, idem = *injuriam mihi inferri sino* 1 C. 6,7. — b) *damno afficio, laedo, noceo; τινά vel τι [στήλην pMagd.]* L. 10,19. Ap. 6,6; 7,2 s.; 9,4,10; 11,5; reticetur acc. Ap. 9,19; τινά τι Phm. 18, pass. *damnū subeo* Ap. 2,11, ἐκ ‘ex parte . . .’; ἀδικούμενοι μισθὸν ἀδικίας (nempe id *damnū* quod patiuntur, per acc. obji inti adjicitur) fere = ‘poenae loco accipientes id quod est justa retributio improbitatis’ 2 P. 2,12 WH.*

ἀδίκημα, ματος, τό ↑ *scelus, crimen* A. 18,14; 24,20. Ap. 18,5.

ἀδικία, ας, ἡ (ἀ-δικος) *injustitia, iniqitas* (genetivus qualitatis [τῆς ἀδικίας]) = ‘injustus, iniquus’ passim, quem hīc siglo g. q. adnotamus); 1) quatenus opponitur justitiae distributivae: R. 9,14 (in distribuenda gratia). L. 18,6 g. q. — 2) quatenus opponitur justitiae commutativae: L. 16,8 g. q.; 2 C. 12,13, ubi apostolus ironice fingit, a Corinthiis eam agendi rationem, quā ab iis gravandis abstinerat, velut injuriam ab apostolo iis illatam considerari, et veniam rogat. — 3) quatenus opponitur justitiae in genere seu probitati = *improbitas*; a) *vitium seu habitus improbitatis μαρωνᾶς τῆς ἀδ.* g. q. L. 16,9 (cf. ἀδικος 3); A. 8,23. R. 1,18,29; 2,8; 3,5; ὅπλα ἀδικίας arma quibus causa impia defenditur R. 6,13; ἀπάτη τῆς ἀδ. fraus qua impietas fit seu promovetur 2 Th. 2,10; interdum magis opponitur veritati seu veracitati J. 7,18. 1 C. 13,6 a. 2 Th. 2,12 (opp. ἀλήθεια) 2 T. 2,19. — b) *improbe factum; ἐργάται τῆς ἀδ.* L. 13,27 = נִזְבֵּן Ps. 6,9 ‘qui improba agitis’; A. 1,18. 2 P. 2,13,15. 1 J. 5,17; κόσμος τῆς ἀδ. ‘complexus quidam peccatorum (loquendo committi solitorum)’ Ja. 3,6; plur. H. 8,12 ‘improbe facta, peccata’; 1 J. 1,9

de reatu culpae operis pravi ut macula animae inhaerente.*

ἀ-δικος 2. (*δίκη*) *injustus, iniquus; 1) qui violat justitiam distributivam, in remunerando* H. 6,10 *vel puniendo* R. 3,5. — 2) *qui violat justitiam commutativam, infidus, fraudulentus* L. 18,11; 16,10 (*opp. πιστός*). 1 C. 6,9. — 3) *generatim iniquus, improbus* Mt. 5,45. A. 24,15. 1 P. 3,18 (*opp. δίκαιος*). 2 P. 2,9 (*opp. εὐσεβής*); ita vocantur gentiles 1 C. 6,1; μαμωνᾶς L. 16,11 *davitiae in quibus acquirendis, possidendis, expendendis multa improbe fieri solent.**

ἀδίκως adv. *injuste;* 1 P. 2,19 *ex adjunctis = immerito* [it. Soph. El. 113].¹

Ἀδμείν, δ L. 3,33 Tdf. WH. unus e progenitoribus Christi (*τοῦ Ἀ.* τοῦ Ἀρνεί legunt pro τοῦ Ἀράμ.)¹

ἀ-δόκιμος 2. ‘non acceptabilis’, hinc *improbatus, reprobus* (primario de metallis, nummis etc.), *ineptus, inutilis*: γῆ ‘sterilis’ H. 6,8; transl. νοῦς mens Deo non probata, seu ad recte judicandum de bonitate maliave agendorum inepta R. 1,28; 1 C. 9,27 quasi de pugile victo, coronâ indigno; εἰ μήτι ἀδόκιμοι ἔστε ‘nisi forte estis [Christiani] non genuini’ 2 C. 13,5; ήμεῖς οὐκ ἔσμεν ἀδόκιμοι ‘non sumus [ad fungendum ministerio apostolico] inepti’, ib. 13,6; ως ἀδόκιμοι ‘quasi inepti’, utpote occasione destituti auctoritatem atque austeritatem ostendendi, ib. 13,7; ἀδ. περὶ τὴν πίστιν ‘in fide non probatus’ 2 T. 3,8; ἀδ. πρὸς τι ‘ad aliquid inutilis’ T. 1,16.*

ἀδολος 2. (*δόλος*) *doli expers* (sermo, foedus etc.); hell. de rebus = *non adulteratus, merus, purus*: γάλα ἀδολον ‘lac purum’, quod addito λογικόν ad sensum metaphoricum trahitur 1 P. 2,2 [saepe, jam saec. III a, in pap., ut πυρὸν νέον ḥ. pBerol. 1005].¹

Ἀδραμυττηνός (v. l. -υντηνός) 3. adj. ad **Ἀδραμύτ(τ)τ(ε)ιν** (ap. Thuc. **Ἀτραμύτιον**, lat. *Adramyttēum, -ttion*), quae fuit urbs Mysiae s. Aeolidis ad radices Idae montis sita: *Adramytenus* (Cic.; vulg. ‘Adrumetinus’ quasi pertineat ad Adrumetum, coloniam Africanam) A. 27,2.¹

Ἀδρίας vel **Ἀδρίας**, οὐ, δ *Hadria, mare Hadriaticum* A. 27,27 et ap. *alios* (Strab.) totum illum maris tractum designat qui inter Italianam, Graeciam litusque Africanum extenditur.¹

ἀδρότης, ητος, ἡ (*ἀδρός* ‘maturus, magnus, copiosus’) *copia, abundantia*; 2 C. 8,20 = (abstr. pro concr.) *copiosa largitio* [ut ἀδροσύνη Hsd. op. 471, de larga messe].¹

ἀδννατέω ↓ 1) de pers.: *incapax sum, non valeo* (class., LXX pap.); — 2) * de rebus: *res fieri non potest, est impossibilis*: is cui aliquid sit impossibile, designatur addito τινὶ Mt. 17,20 (Job 42,2), παρά τινι L. 1,37 r. Br. (Gen. 18,14), παρά τινος ‘ex parte alcs.’ L. 1,37 Tdf. WH. He.*

ἀ-δύνατος 2. (*δυνατός* a. potens, b. possibilis) 1) *impotens, invalidus, debilis* a) corpore: τοῖς ποσίν A. 14,8; b) animo: *imbecillis*; R. 15,1 οἱ ἀδύνατοι sunt fide i. e. conscientiâ imbecilles, homines arctioris erroneaeque conscientiae (cf. R. 14,1). — 2) «*impossibilis*», *qui quae quod fieri nequit; ἀδύνατον sc. ἔστιν* ‘fieri non potest’, seq. inf. H. 6,4 (hic hyperbole subest, v. ἀνακαινίζειν); 11,6, acc. c. inf. H. 6,18; 10,4; indicatur persona: παρά τινι Mt. 19,26. Mr. 10,27. L. 1827; τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου ‘id quod Legi [Mosaicae] fuerat impossibile’ (casus abs. ellipt., supple: id Deus effecit; cf. Xen. Hell. 1, 4, 13 ἀπὸ τοῦ τῆς πόλεως δυνατοῦ) R. 8,3.*

ἄδω (contr. ex ἀείδω) *cano, canto*: 1) proprie: φῶνη καινήν Ap. 5,9; 14,3. — 2) improprie, de affectu animi pii gratique: ἐν τῇ χάριτι ἄδοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ Θεῷ ‘impulsu gratiae canite Deo . . .’ C. 3,16; E. 5,19.*

ἀεί adv. *semper*: 1) *assidue, sine intermissione*: ἀεὶ χαίροντες ‘semper gaudentes’ 2 C. 6,10; ἀεὶ . . . εἰς θάνατον παραδιδόμεθα ‘semper ad mortem tradimur’ i. e. periculis mortis expositi sumus 2 C. 4,11; sic *semper* fieri dicitur id quod alqs. facere consuevit quoties occasio se offert: οὐμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἀγίῳ ἀντιπίπτετε ‘vos semper Spiritui S. obsistitis’ A. 7,51; H. 3,10. T. 1,12. — 2) *constanter, quoties occasio fertur vel adjuncta id exigunt* (jedesmal, chaque fois): καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς ‘sicut quovis anno faciebat iis’ Mr. 15,8; 1 P. 3,15 (quoties interrogamini). 2 P. 1,12 (quoties scribam ad vos).*

ἀετός, οῦ, δ aquila (quo nomine veteres etiam vulturum falconumque nonnullas species designabant, v. Steph. thes. I 774; Gesenius, thesaurus: שְׁנֵי) Ap. 4,7; 8,13 cr.; 12,14; per modum proverbii ὅπου ἔὰν ἦ

τὸ πτῶμα, ἔκει συναχθήσονται οἱ ἀετοί ‘ubi jacet cadaver, eo convenient aquilae’, i. e. ex contextu: die judicii justi celerime Christum judicem advenisse percipient et ubi sit cognoscent et velut impetu rapidissimo ad eum convolabunt Mt. 24,28. L. 17,37 (quoniam constat aquilas quoque, etiam citra famem, carne morticina vesci easque complures congregatas, necessarium non est his locis aquilae sufficere vultarem perenopterum, Aasgeier, vel vulturem barbatum, Goldgeier, qui Mich. 1,16 γένος dicitur: cf. Knabenb. in Mt. 24,28; Herb. Lucas in The Month 1891 p. 256—67; Brehm, Tierleben 2 IV 609 s.).*

ἀζυμος 2. (ζύμη fermentum) fermento carens, non fermentatus, «azymus»: ἄρτους ἀζύμους, λάγανα (placentas) ἀζυμα Ex. 29,2 vel universim ἀζυμα Ex. 23,15 Israëlitae propter memoriam exitus ex Aegypto quotannis comedere jussi sunt a die 15. usque ad 21. m. Nisan; quare 1) ii dies vocabuntur αἱ ἡμέραι τῶν ἀζύμων A. 12,3; 20,6, vel breviter τὰ ἀζυμα (plur. festorum ut τὰ Διονυσιακά, τὰ ἐγκαίνια) Mr. 14,1; vulgo festa paschae (pridie azymorum, 14. Nisan) et azymorum uno verbo nuncupantur ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζ. (ut Fl. Jos. ant. 14,2,1: κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν ἀζύμων ἑορτῆς, ἥν πάσχα λέγομεν) L. 22,1; maxime sollemnis debebat esse dies azymorum primus sec. Lev. 23,7: Mr. 14,12. Mt. 26,17, qui L. 22,7 simpl. dicitur ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων et pridie vespere incipiebat (ἥλιθεν). — 2) Ut hebdomade paschali Judaeis nihil panis domi habere licebat nisi azymi, ita per metaphoram Christiani «sancti» Paulo sunt ἀζυμοι 1 C. 5,7, et is animi affectus, qui eos praesertim tempore paschali deceat, ἀζυμα εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας ib. 5,8 (qui loquendi modus erat Judaeis notus, v. Cornely in l. c., not. marg.). [Semel ante LXX, Pl. Tim. 74 d: κρᾶσις ἀζυμος].*

Ἄξωρ, δι unus e progenitoribus Christi Mt. 1,13 s.*

Ἀξωτος, ου, ἡ (ΑΞΩΤΗ) Azotus, Philistinorum olim celebris civitas, a Machabaeis eversa (1 Mach. 5,68; 10,84), a Pompejo liberata a Gabinioque restaurata, ab Herode rege Salomae sorori testamento legata (FlJ. ant. 14, 4, 4 et 5, 4; 18, 8, 1): A. 8,40.¹

ἀήρ, ἔρος, δ (ἄημι ‘flo’) aér, aëris spatum: κονιορτὸν βάλλειν εἰς τὸν ἀέρα pulverem jacere in aëra A. 22,23; ἀρπάζεσθαι εἰς ἀέρα sublimem rapi 1 Th. 4,17; Ap. 9,2; 16,17; δ ἄρχων τῆς ἔξουσίας τοῦ ἀέρος (diabolus), princeps regni aëris, in quo daemones commorantur E. 2,2 (cf. 6,12). — ἀέρα δέρειν dic. de pugile cuius ictus dearrant: ‘auras diverberare’ (Virg. Aen. 6, 294), andabatarum more pugnare (Hier.) 1 C. 9,26; εἰς ἀέρα λαλεῖν ‘verba in ventos dare’ (Ovid.) = nequiqam loqui, nempe sic ut qui audiunt non intellegant 1 C. 14,9.*

ἀθανασία, ας, ἡ (ἀ-θάνατος) immortalis: ἔχειν ἀθανασίαν 1 T. 6,16; ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν immortalem fieri 1 C. 15,53 s., ut videtur, de iis qui fine mundi sine morte immutabuntur.*

ἀ-θέμιτος 2. (θεμιτός) 3. id quod est secundum θέμιν, fas, legem divinam aeternam hominum animis inscriptam, licitum seu honestum) nefarius, illicitus, improbus: ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις ‘nefasto simulacrorum cultu’ 1 P. 4,3; ἀθέμιτον sc. ἔστι c. dat. subj. et infin. = ‘nefas est, non licet’ alci. alqd. facere A. 10,28 [class. ut plurimum οὐ θεμιτόν].*

ἀ-θεος 2. deo carens, ap. Graecos = ‘deorum contemptor vel qui deos suae civitatis non agnoscebat’; a S. Paulo Ephesii dicuntur fuisse ἀθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, quippe qui sine Deo in mundo vixerint, verum Deum non cognoverint neque ad ejus populum pertinuerint E. 2,12.¹

×**ἀ-θεσμος** 2. (θεσμός [a τίθημι] ‘statutum, lex’) exlex, legibus non subjectus, effrenatus: 2 P. 2,7; 3,17 (vulg. ‘nefandus, insipiens’). [Plut. DSic.; 3 Mach. 5,12; 6,26.*]

***ἀθετέω**, ft. ἀθετήσω, ao. ἡθέτησα (ἀ-θετος [τίθημι] ‘non statutus, irritus’): proprie = ‘efficio ut id quod erat statutum, fiat non-statutum s. irritum’, i. e. 1) abrogo, rescindo, tollo: διαθήκην G. 3,15. (Ps. 88,35. 2 Mach. 14,28 al.). — 2) statutum aliquod factis irrito, i. e. transgredior, sperno: ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ violatis mandatum Dei’ Mr. 7,9; H. 10,28; τὴν πρώτην πίστιν ἡθέτησαν ‘fidem prius datam feffellerunt’ 1 T. 5,12; 1 Th. 4,8 a abs., tacito obj. «haec monita». — 3) irritum reddo, efficacia sua privo alqd.: τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἡθέτησαν εἰς ἑαυτούς

'consilium Dei frustrarunt pro se et in se' L. 7,30; 1 C. 1,19. — 4) *me gero erga alqd. quasi sit irritum nulliusque valoris, sperno*: οὐχ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ mea vitae ratio non est contemptus gratiae Dei G. 2,21; *κυριότητα ἀθετοῦσιν 'dominatum supra se nullum agnoscant'* Ju. 8. — 5) hinc ἀθετῶ τινα est a) alicujus auctoritatem vel mandata non agnosco, eum *repudio, sperno, rejicio*: δὸς ἀθετῶν ὑμᾶς ἐμὲ ἀθετεῖ· δὸς δὲ ἐμὲ ἀθετῶν ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με L. 10,16; J. 12,48. 1 Th. 4,8b; — b) *precantem s. roganter avensor*: οὐχ ἡθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι Mr. 6,26.*

***ἀθέτησις**, εως, ἡ † *abrogatio*: ἀθέτησις γίνεται προαγούσης ἐντολῆς 'abrogatio prioris mandati fit' H. 7,18; εἰς ἀθέτησιν ἀμαρτίας 'ad peccatum abrogandum', sua vi efficaciaque privandum, penitus tollendum (vulg. 'ad destitutionem peccati') H. 9,26. [Cic. ad Att. 6, 9. DLaërt. 3. 39, 66; pOx. 492, 9 al. et ap. grammaticos].*

Ἀθῆναι, ḥn, αἱ *Athenae* urbs, caput Graeciae, A. 17,15s.; 18,1. 1 Th. 3,1.*

Ἀθηναῖος 3. † adj. *Atheniensis*: substantive A. 17,21s.*

ἀθλέω (ἀθλος 'labor, certamen') *labores subeo* [Hom. ss.], et max. *certamen in eo ludorum publicorum in civitatibus Graecis haberi solitorum, athletam ago, concerto (lucta, cursu, disco, caestu etc.)* 2 T. 2,5 [Plat].*

***ἀθλησις**, εως, ἡ † *certatio athletarum*: πολλὴν ἀ. ὑπεμείνατε παθημάτων 'frequens certamen calamitatum (gen. epexeg.) sustinuitis' H. 10,32. [Polyb. sqq.]¹

ἀθροίζω (ἀθρόος 3. 'confertus, congregatus') *congrego*; pass. *congregor, in unum convenio*: εὑρον ἡθροισμένους τοὺς τα' 'invenerunt XI congregatos' L. 24,33 cr. 1

ἀθυμέω (ἄ-θυμος 'cui non est θυμός i. e. fortis animus [Mut, courage], 'ignavus') *nullius animi sum, fracto sum animo* C. 3,21.¹

ἀ-θῶος 2. (Archiloch. θωή = θωή 'multa, poena') *non punitus, impunis, addi potest* genet. aut poenae non inflictæ [ἀ. πληγῶν Aristoph.] aut criminis non puniti [ἀ. ἀδικημάτων Lycurg. 79; DSic. 14, 76] (in LXX seq. ἀπό c. gen.); *non puniendus, innocens*: ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τούτου 'istius ego caedis insons sum' Mt. 27,24 (v. 2 Reg. 3,28); αἷμα ἀθῶον = יְהִי מְכֹן

est aut 'sanguis innocentis' (Ps. 105,38) aut ipse 'homo innocens' qui occiditur Mt. 27,4 (Ps. 103,21. 1 Reg. 19,5).*

αἴγειος 3. (αἴξ) *caprinus*: ἐν αἰγείοις δέρμασιν 'in pellibus caprimis' H. 11,37.¹ **αἴγιαλός**, οὖ, δὸς *ora maritima, litus*: ἐπὶ τὸν αἴγιαλὸν εἰστήκει 'in litore stabat' Mt. 13,2; 13,48. J. 21,4. A. 21,5; 27,40; speciatim *litus planum, apertum, nec rupibus obssessum*: κόλπον τινὰ κατενόουν ἔχοντα αἴγιαλόν 'sinum conspiciebant litus apertum habentem' A. 27,39.*

Αἴγυπτιος 3. adj. (Αἴγυπτος) *Aegyptius*: substantive A. 7,22,24,28; 21,38. H. 11,29.*

Αἴγυπτος, οὐ, ἡ *Aegyptus* 1) regio Africæ celeberrima: Mt. 2,13 ss. A. 2,10 et passim; dicitur τὴν γῆν Αἰγύπτου (sec. hebr. מִצְרַיִם גְּרָאָה et Od. 8, 301 Λήμνου γαῖαν, genet. appos.) A. 7,11r., ἐν γῇ Αἰγύπτῳ A. 7,36r. Tdf. [v. l. ἐν τῇ Αἰγύπτῳ], 13,17 r. Tdf. [v. l. ἐν γῇ Αἰγύπτου], ἐκ γῆς Αἰγύπτου A. 7,40. H. 8,9. Ju. 5 (de omissio articulo Blass § 46,9). — 2) nomen mysticum urbis Jerusalem tempore belli bestiae apocalypticæ contra duos testes Dei Ap. 11,8, forte propter persecutionem populi Dei, qua Aegyptiis veteribus similis erit.

ἀΐδιος 2, (ἀεὶ) *aeternus, sempiternus*, aut et initio et fine aut alterutro carens: ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης 'aeterna ejus (numinis) virtus et divinitas' R. 1,20; δεσμοὶ ἀΐδιοι 'vincula sempiterna' Ju. 6.*

αἰδώς, οὖς, ἡ (αἰδέομαι) *verecundia, pudor, reverentia*, max. quam habere decet coram iis qui sunt uteunque potiores vel superiores: μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης 'cum verecundia (qualis orantes Deum decet) et (conjuncta ei suapte natura, quia αἰδώς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, ait Thuc. I 84, 3) modestia', verecunde et modeste 1 T. 2,9; μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας 'cum verecundia ac reverentia' H. 12,28r.*

Αἰθίοψ, οπος, δὸς *Aethiops*, incola Aethiopie, regionis Africæ Aegypto ab austro vicinae, hodie Abessyniae sive Habeš, ab Hebraeis שֵׁב dictae: A. 8,27.*

αἷμα, ματος, τό *sanguis*; 1) universim: στρέφειν (τὰ ὄδατα) εἰς αἷμα Ap. 11,6; ib. 8,7 al.; de solo colore sanguineo A. 2,20. Ap. 6,12. — 2) *sanguis beluarum*: ut cibus primis Christianis prohibitus A. 15,20,29; 21,25; πρύσχυσις τοῦ αἵματος 'adspersio

sanguinis' ad 'postes H. 11,28; — prae-
sertim *sanguis sacrificalis*: τὸ αἷμα τράγων
καὶ ταύρων H. 9,13; ib. 9,7—22 passim,
10,4al.; ἐν αἷματι ἀλλοτρίῳ 'cum sanguinē
alieno', non suo H. 9,25; τὸ αἷμα τῆς
διαθήκης 'sanguis foederis' nempe quo
asperso foedus icitur H. 9,20 (Ex. 24,8).
— 3) *sanguis humanus*: a) *generatim*:
ῥύσις τοῦ αἷματος 'sanguinis profluvium',
morbus Mr. 5,25,29. L. 8,43s. — b) *sanguis*
conceptus quodammodo ut elementum gene-
rationis (v. Cornely in Sap. 7,2; etiam
graece ἐξ τῶν πατρώων αἵματων Aesch.
choëph. 284 et alibi, lat. 'sanguine con-
juncti'; de plur. Kühner 3 III § 348, 2):
ἐξ αἵματων γεννηθῆναι J. 1,13; A. 17,26r.
— c) *sanguis conceptus ut vitae sedes ac*
condicio: αἷμα ἀγίων . . . ἔξεχεαν = sanctos
occiderunt Ap. 16,6; L. 11,50. A. 22,20.
R. 3,15; τὸ αἷμά τινος *alicuius sanguis*
effusus, alcs. caedes: 'non essemus eorum
complices ἐν τῷ αἷματι τῶν προφητῶν in
caede prophetarum' Mt. 23,30: ib. 35. L.
11,51. Ap. 6,10; τιμὴ αἷματος pecunia
caede parta Mt. 27,6: ib. 8. A. 1,19; ad
L. 13,1 cfr. μείγνυμι; οὕπω μέχρις αἷματος
ἀντικατέστητε H. 12,4 prob. = hucusque
vobis martyrium cruentum subeundum
nondum fuit [Hdn. 2, 6, 22 μέχρις αἷματος;
'usque ad caedem' (active)]; — hinc me-
tonymice = *culpa aut poena caedis*: *sanguis*
alcs. i. e. punitio caedis ejus venire di-
citur super alqm. Mt. 23,35; 27,25. L. 11,50;
sensu latiore *culpa s. poena cuiusvis delicti*: τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν!
(cfr. 2 Reg. 1,16. 3 Reg. 2,32) = poena pec-
cati vestri (si quam Deus infligat) vobis
ipsis luenda erit A. 18,6; καθαρός εἴμι
ἀπὸ τοῦ αἷματος πάντων A. 20,26 = si quis-
quam (adhuc infidelis manet ideoque)
poenam luet, non meā id culpā fiet. —
d) quia Hebraeis *sanguis* sedes vitae,
effusus *sanguis* erat mors, locutione σὰρξ
καὶ αἷμα (in NT bis ordine inverso; hebr.
מְלָאכָה שֶׁבֶת) designabatur *natura humana*
mortalis seu *homo naturā imbecillis ac*
fragilis [Sir. 14,19 γενεὰ σαρκὸς καὶ αἷματος;
'generatio mortalium'; in midrašim רַבִּים
מְלָאכָה שֶׁבֶת rex humanus]: ἐπεὶ τὰ παιδία
κεχοινώνηκεν αἷματος καὶ σαρκός 'quia (Dei)
filii participes sunt naturae humanae (mortalis)' H. 2,14; E. 6,12 opp. *natura angelica*,
Mt. 16,17. G. 1,16 effertur *natura hominis*

impotens res divinas cognoscendi judi-
candiique; σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ
κληρονομῆσαι οὐ δύναται homo qualis nunc
est, vitam caelestem adire non potest
(sed antea in statum immortalitatis im-
mutandus est) 1 C. 15,50. — 4) in parti-
culari: *Christi sanguis*: a) θρόμβοι (q. v.)
αἷματος L. 22,44; J. 19,34. Ap. 19,13. —
b) *caedes Christi* a Judaeis commissa ac
poenis luenda (cfr. nr. 3c) Mt. 27,24s. A.
5,28. — c) *sanguis Christi morte profusus*,
i. e. mors totaque passio Christi, habet ratio-
nen sacramentii ab ipso Christo sacerdote Deo
Patri pro nobis oblati estque *sanguis sacri-
ficalis* NTⁱ: δν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστή-
ριον . ἐν τῷ αἷματι αὐτοῦ 'quem Deus in
sanguine suo (sanguine suo tinctum) in pro-
patulo proposuit tanquam victimam pia-
cularem' R. 3,25; quo Christi sanguine a
peccatis exsolvimur ac mundamur H. 9,14.
1 J. 1,7. Ap. 1,5; 7,14, pacem nanciscimur C.
1,20, justificamur R. 5,9 etc.: A. 20,28. E.
1,7; 2,13. C. 1,14r. H. 10,19; 13,12. 1 P.
1,19. Ap. 5,9; hic *sanguis* vocatur τὸ
αἷμα τῆς διαθήκης H. 10,29, διαθήκης
αἰωνίου 13,20, ραντισμοῦ 12,24 (*sanguis*
enim *sacrificialis* VTⁱ aspergebatur in
emundandos Ex. 29,21 vel ad altare aut
velamen Lev. 4,17; 8,11al.; cfr. Is. 52,15
hebr.); διὰ τοῦ Ἰδίου αἷματος εἰσῆλθεν εἰς
τὰ ἄγια 'merito sui *sanguinis* . . .' H. 9,12;
de 1 J. 5,6 cfr. ἔρχομαι 3b. — d) *sanguis*
Christi ut potus verus sacramentalis fidelibus
promittitur J. 6,53—56 (ἀληθής πόσις 55),
primum porrigitur et in perpetuum insti-
tuitur Mt. 26,28. Mr. 14,24. L. 22,20. 1 C.
11,25; unde calix cenae dominicae est
κοινωνία τοῦ αἷματος τοῦ Χρ. 1 C. 10,16,
qui que illud indigne biberit, ἔνοχος
ἔσται . . . τοῦ αἷματος τοῦ Κυρίου reus
erit criminis in *sanguinem Domini com-
missi*, 1 C. 11,27.

+ **αἵματ-εγχυσία**, ας, ἡ (αἷμα ἔχχέω)
sanguinis sacrificialis effusio, quae duobus
constat, separatione *sanguinis* a corpore
victimæ et effusione ejus super altare per
sacerdotem, H. 9,22. 1

αἵμορροέω sum αἱμόρροος (αἷμα, ῥέω),
sanguinis profluvio labore, γυνὴ αἱμορροοῦσα
Mt. 9,20 [Lev. 15,33. Hippocr. Galen.].¹

Αἰνέας, ου, ὁ *Aeneas*, vir Lyddae a
Petro sanatus A. 9,33,34.

***αἵνεσις**, εως, ἡ ↓ *laus, praeconium*, ap.

LXX = **תְּהִלָּה** *gratiarum actio*; θυσία αἰνέσεως ‘sacrificium laudis s. gratiarum actionis’ (= **תְּהִלָּה תְּבִרֵי** Lev. 7,12) H. 13,15, hīc improprie, ut ex additis patet (genet. epexeg.).¹

αἰνέω *laudo, laudibus effero*, in S.Scr. max. de carmine religioso et publica gratiarum actione, ap. LXX = **תְּהִלָּה** c. acc. vel dat.; τινά L. 2,13; 24,53 r. Tdf. He. Br. A. 2,47; 3,8,9. R. 15,11. Ap. 19,5 r., add. ἐπὶ τινι L. 2,20 vel περὶ τινος L. 19,37 de alqua re; *c. dat. personae [1 Par. 16,36] Ap. 19,5 cr.*

αἴνιγμα, ματος, τό (αἰνίσσομαι τι ‘obscure alqd. dico, innuo’) *obscure dictum, aenigma*; jam Num. 12,8 LXX est = *obscure visum et opponuntur ἐν εἶδει et δι’ αἰνιγμάτων* «in clara visione» et «per visiones obscuras, aenigmáticas»: ita 1 C. 13,12 dicimur nunc (Deum) videre δι’ ἐσόπτρου ἐν αἰνιγματι ‘per speculum (non ipsum *immediate*) in aenigmatica cognitione (obscure, ut creaturae eum adumbrant, non clare, uti in sese est)’: ipsae creaturae ex quibus Deum esse cognoscimus sunt αἴνιγμα *in* (ἐν) *quo* aspiciendo versamur.¹

αἴνος ου, δ (poët. = ἔπαινος) *laus, laudatio: κατηρτίσω αἴνον* ‘comparasti tibi laudem’ Mt. 21,16 (Ps. 8,3: hebr. **וְעַמְפּוֹן**; **וְעַ** recte verti αἴνον v. Ps. 29,1; 96,7; 68,35, cf. art. *καταρτίζω* 2); L. 18,43.*

Αἴνων, ἡ n. pr. *Aenon*, «*Aennon*», pagus vel fontis locus prope Salim J. 3,23 [prob. = **גְּנוּנִים**, denom. ab **גְּנוּן** fons; cfr. **גְּנוּנִים צָרֶן** Ez. 47,17].¹

αἱρεσίς, εως, ἡ (αἱρέω med.) *electio, electa vitae doctrinae ratio, secta* (i. e. grex hominum in certam doctrinam consentientium: Cic. fam. 15, 16): ἡ αἱρεσίς τῶν Σαδδουκαίων A. 5,17 (itidem Fl. Jos. ant. 20, 9, 1): 15,5; 24,5,14; de ipsa vita et doctrina κατὰ τὴν ἀχριβεστάτην αἱρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ‘secundum severissimam nostrae religionis disciplinam’ A. 26,5; alterutro sensu 28,22; — porro *de sectis inter Christianos exortis* quatenus verae doctrinae adversantur et pertinaciter sua placita retinent: δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι ‘necesse enim est etiam sectas inter vos esse’ 1 C. 11,19; vocantur αἱρέσεις ἀπωλείας ‘sectae perniciose’ 2 P. 2,1. G. 5,20 (climax!).*

αἱρετίξω, αο. ἡρέτισα (αἱρετὸς electus) *eligo* Mt. 12,18 [Ctesias, Hippocr., LXX; ceterum Is. 42,1 legitur **בְּקַמְתָּךְ** ‘teneo eum’, LXX ἀντιλήμψομαι αὐτοῦ ‘opitulabor ei’].¹

αἱρετικός 3. ↓ (vox rara) *electivus*, u. i. d.; in NT^o et script. eccl. **+ sectarius, haereticus** qui aliquam αἱρεσιν sequitur: T. 3,10.¹

αἱρέω, in NT solum med. αἱρέομαι, ft. αἱρήσομαι, ao. 2. hell. εἰλάμην vel class. -όμην (Bl. § 21, 1) *eligo*: τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω et fort. melius τί αἱρήσομαι; οὐ γνωρίζω ‘utrum eligam? ignoro’ Ph. 1,22 (Bl. § 65 1); εἴλατο (t. r. εἴλετο) ὑμᾶς δ Θεός elegit vos Deus 2 Th. 2,13; μᾶλλον ἐλέσθαι... ἦ (class.) cum inf. *malle* H. 11,25.*

αἴρω (ex ἀείρω), ft. ἀρῶ, ao. 1. **ἥρα**, cij. ἄρω, impt. ἄρον, pf. **ἥρκα**, pass. **ἥρματι**, ao. 1. pass. **ἥρθην**, ft. 1. pass. **ἀρθήσομαι**, generatim = *tollo*: *heben*: *lever, enlever*; LXX plerunque = **אֲשַׁׁנָּה** id. — In NT est = 1) *tollo, elevo: a solo manu tollo*: ὅφεις serpentes Mr. 16,18; J. 8,59. Ap. 18,21; **ἥρθην νεκρός** ‘sublatus est exanimis’ A. 20,9; — *in altum tollo*: τὴν χεῖρα Ap. 10,5; **ἥρε τοὺς δοφθαλμούς** ἀνω ‘oculos ad caelum erexit’ J. 11,41; **ἥραν φωνήν** i. e. clamaverunt L. 17,13. A. 4,24; metaphrice: **ἔως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἱρεῖς** = ‘quousque nos in incerto relinquis?’ J. 10,24; *sursum traho*: **ἰχθύν** Mt. 17,27, **σκάφην** lintrem (funibus) A. 27,17; huc refertur A. 27,13 **ἄραντες** navem solverunt (abfahren, partir), ubi supplendum aut τὰς ἀγκύρας aut τὴν ναῦν ἀπὸ τῆς γῆς [Thuc. 1, 52, 5]. — 2) *tollo sublatumque porto*; τινά ἐπὶ χειρῶν Mt. 4,6. L. 4,11 (Ps. 90,12): Mr. 2,3; τὸν σταυρόν Mt. 27,32. Mr. 15,21; metaph. **ἄρατε τὸν ζυγόν μου** ἐφ’ ὑμᾶς ‘jugum meum vestris umeris subite’, libenter suscipite Mt. 11,29, it. τὸν σταυρόν Mt. 16,24. Mr. 8,34; 10,21 r. L. 9,23; — *abiens tecum fero*: **ἄρον σου τὴν κλίνην** Mt. 9,6; Mr. 2,9,11 s. L. 5,24 s. J. 5,8—12; **ἄρον τὸ σόν** ‘tolle quod tuum est’ Mt. 20,14; Mr. 15,24; *ad usum tecum fero*: **ἄραι τὰ (r. τι) ἐκ τῆς οἰκίας** res domesticas accipere secum ferendas Mt. 24,17; 24,18. Mr. 6,8; 13,15 s. L. 9,3; 17,31; 22,36; — *certum in locum reponendum fero*: τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων quod frustorum panis supererat Mt. 14,20; 15,37. Mr. 6,43;

8,8.19s. L. 9,17; τὸ σῶμα corpus mortui (sepeliendum) Mt. 14,12. Mr. 6,29. J. 20,2, 13,15; — *furtim, injuste demo s. aufero*: ἄρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως ‘abstulistis clavem sacrae scientiae’ L. 11,52: Mr. 4,15. L. 8,12; proverb. αἴρεις δὲ οὐκ ἔθηκας ‘tollis quod non posuisti’ i. e. aliena tibi injuste vindicas L. 19,21s.; — *aliquid ab aliquo aufero, alqm. re spolio, quacumque ratione id fit*: τὶ L. 6,29s.; 11,22. A. 21,11; τὶ ἀπό τινος: ἄρατε ἀπὸ αὐτοῦ τὸ τάλαντον ‘adimite ei talentum’ Mr. 25,28. L. 19,24; pass. ἀρθήσεται ἀφ’ ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ Mt. 21,43: 13,12; 25,29. Mr. 4,25. L. 8,18; 19,26. J. 10,18; 16,22. — 3) *tollo a suoqvis loco amoveo, removeo*: a) *rem*; max. *rem alteri rei adhaerentem solvendo, avellendo seu abscidendo tollo*: corpora cruci affixa J. 19,31,38; palmitem J. 15,2; αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἴματίου supplementum ejus (subj., scil. id quo vestis suppletur seu resarcitur) tollit seu avellit (aliquid) a veste Mt. 9,16. Mr. 2,21; ἔρθητι ‘avellere!’ (mons! a solo cui inhaeres) Mt. 21,21. Mr. 11,23; τὴ μέλη τοῦ Χριστοῦ membra Christi (a corpore Christi absindam?) 1 C. 6,15; — *rem quae impedimento est vel qua adesse non debet, amoveo*: βλέπει τὸν λίθον ἡρμένον ἐκ τοῦ μνημείου ‘videt lapidem esse remotum a monumento’ J. 20,1: 11,39,41; ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν ‘removete ista hinc’ J. 2,16; metaph. βλασφημία ἀρθήτω ἀφ’ ὑμῶν ‘bl. amoveatur a vobis’, vitetur a vobis E. 4,31; αἴρειν τι ἐκ τοῦ μέσου alqd. e medio tollere, abolere: τὸ χειρόγραφον chirographum (ut nullius jam valoris sit) C. 2,14 [ita Diog. Laërt. συνθήκας ἄρασθαι foedera rescindere]; δὲ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ δὲ αἴρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου ‘agnus Dei qui aufert sive delet pecc. mundi’ J. 1,29; 1 J. 3,5; — *destruo*: οἱ ‘Ρωμαῖοι ἀροῦσιν ὑμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος ‘Romani nostrum et locum (templum) et populum destruent, delebunt’ J. 11,48; αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ ἀντοῦ = e vivis tollitur A. 8,33; — b) *hominem; ab uno loco in alium amoveo*; τινὰ ἐκ μέσου τινῶν alqm. ab aliquorum societate excludere 1 C. 5,2 cr.: J. 17,15; e vivis tollo Mt. 22,13r.; diluvium ἥρεν ἀπαντας ‘absumpsit omnes’ Mt. 24,39; ἄρον, ἄρον, σταύρωσον αὐτόν ‘tolle, tolle, cruci affige eum’ J. 19,15: L. 23,18. A. 21,36;

22,22. — NB. A. 8,33 (Is. 53,8 LXX) ἐν τῇ ταπεινώσει (αὐτοῦ τ. r.) ἡ κρίσις αὐτοῦ ἥρθη fort. sic intellegendum sit: in humiliatione (cum humiliaretur Christus, in passione) judicium ejus (judicialis causae ejus inquisitio) sublatum est (injustitiā accusatorum et judicum deletum); Hier. «significat quomodo judex omnium judicii non repererit veritatem sed absque ulla culpa damnatus sit». Alii: cum (usque ad mortem) humiliatus esset, (per resurrectionem) judicium ejus (i. e. sententia capitalis secundum quam morte affectus erat) rescissum est (ut novus jam status gloriae inciperet); hebr. «de oppressione et judicio (per mortem) demptus est».*

αισθάνομαι, ao. 2. ἥρθόμην *sentio*, 1) *sensu percipio*, 2) transl. *mente percipio, animadverto, intellego* [Xen. Cyr. 1, 5, 4 al]: c. acc. L. 9,45.¹

αισθησίς, εως, ἡ ↑ «*sensus*», *perceptio quae aut sensibus aut mente fit*, LXX = ηὔη scientia, πάθη sapientia: Ph. 1,9 *intellegentia et judicium in rebus moralibus*, ut ex contextu patet.¹

αισθητήριον, ου, τό (-τήριον = instrumentum indicat) **facultas sentiendi atque intelligendi*: αἰσθητήρια γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ ‘facultates expeditae ad discernendum bonum et malum’ H. 5,14.¹

αισχρονερδής 2. (αἰσχρός, κέρδος) *sordidum lucrum faciens seu appetens*, «turpilucricupidus» (Plaut.) 1 T. 3,3r.; 3,8. T. 1,7.*

† **αισχρονερδῶς** adv. ↑ eo modo quo agit homo sordidi lucri avidus 1 P. 5,2.¹

αισχρολογία, ας, ἡ (αἰσχρο-λόγος qui turpia dicit) 1) *verborum obscoenitas* [Clem. Al. paed. 2, 6: αἰσχρολογία εἰκότως ἀν καλοῖτο ἡ περὶ τῶν τῆς κακίας ἔργων λογοπούια, οἷον τὸ περὶ μοιχείας διαλέγεσθαι ἡ παιδεραστίας. Aristot. Plat. Xen. etc.]; 2) *maledicentia* qua quis aliis convicia facere solet [Pol. 8,13]. Alterutro sensu C. 3,8.¹

αισχρός 3. (αἰσχος, τό foeditas, dedecus) *foedus, turpis; cuius rei aliquem pudet*: αἰσχρόν ἔστι c. inf. ‘dedecet’ 1 C. 11,6; 14,35. E. 5,12; αἰσχρὸν κέρδος ‘sordidus quaestus’ T. 1,11.*

αισχρότης, ητος, ἡ ↑ *turpitudo, in honestas, obscoenitas* E. 5,4 (Pl. Gorg. 525 a).¹

αισχύνη, ης, ἡ 1) *pudor, animi affectio*

ejus quem pudet alqd. facere aut fecisse: μετὰ αἰσχύνης ‘cum pudore’ L. 14,9; τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης pudoris seu timiditatis occultae agendi rationes 2 C. 4,2. — 2) *res quae pudori est*: (ῶν) ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν quorum gloria[tio] versatur in re cuius eos pudere debet Ph. 3,19; ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου (gen. epexeg.) Ap. 3,18; plur. Ju. 13 in metaphora = doctrinae, s. cupiditates turpes. — 3) *ignominia*: αἰσχύνης καταφρονήσας ‘ignominiam (mortis in cruce) contempsit’ H. 12,2.*

αἰσχύνω *pudefacio*; pass. **αἰσχύνομαι**, ao. **ἡσχύνθην**, ft. **αἰσχυνθήσομαι**: 1) sensu pass.: *pudefio*, ut spe frustrata, labore irrito, precibus non exauditis ets. [ita in LXX = שׁב]: ἐν οὐδενὶ in nulla re Ph. 1,20; ἵνα μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ’ αὐτοῦ ‘ne pudefacti rejiciamur ab eo’ 1 J. 2,28: 2 C. 10,8. — 2) sensu med.: *pudet me*; 1 P. 4,16; c. inf. ἐπαιτεῖν αἱ. ‘mendicare verecundor’ L. 16,3.*

αἰτέω, ft. **αἰτήσω**, ao. **ἥτησα**, pf. **ἥτηκα** et med.: *rogo*, *peto*, *postulo*; in SScr. etiam *precor Deum*; a) activum; absolute Mt. 7,7. 1 J. 5,16 al.; τινά Mt. 5,42; 7,11. J. 4,10, τὶ Mt. 7,10. L. 1,63. A. 16,29 al.; τινά τι: τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον ‘ei qui a vobis rationem poscit’ 1 P. 3,15: Mr. 6,22. L. 11,11 al.; τὶ ἀπὸ τινος 1 J. 5,15 Tdf. Br., παρ’ αὐτοῦ t. r. He. al.; αἰτεῖν παρά τινος π(ι)εῖν J. 4,9. — b) medium: *mihi, proprii commodi gratia postulo*; eaedem recurrent constructiones; absolute J. 16,26. Ja. 4,2; τὶ Mt 14,7; 27,58. A. 12,20 (οὗ Mt. 18,19, ὃν E. 3,20 propter attractionem); τινά τι J. 11,22, τὶ παρά τινος A. 9,2; seq. acc. c. inf. L. 23,23 (αὐτὸν σταυρωθῆναι ut ille crucifigeretur). A. 3,14; 13,28; seq. solus inf., si idem subjectum A. 7,46.

αἰτημα, **ματος**, **τό** *id quod petitur vel petitum est*: ἔχομεν τὰ αἰτήματα ἢ ἥτηκαμεν ἀπ’ αὐτοῦ ‘habemus postulata quae ab eo petivimus’ 1 J. 5,15: L. 23,24; *id quod precando Deo commendatur*, germ. *Anliegen*; ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ . . . τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν ‘in omniprecatione . . . necessitates vestrae innotescant apud Deum’ Ph. 4,6.*

αἰτία, **ας**, **ἡ** 1) *causa, ratio*: τίς ἡ αἰτία δι’ ἣν . . .; ‘quae est ratio propter quam . . .?’ A. 10,21: 28,20; ἵνα ἐπιγνῶ, δι’ ἣν αἰτίαν κτλ. (= τὴν αἰτίαν δι’ ἣν A. 23,28) ‘ut

cognosceret quam ob causam’ A. 22,24: L. 8,47; δι’ ἣν αἰτίαν ut Lat. ‘quamobrem’ inducit in lingua hell. sententias coordinatas 2 T. 1,6,12. T. 1,13. H. 2,11 (2 Mach. 4,28; Philo, de opif. m. 28; DSic. 1,18); — κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ‘ob quamlibet causam, sub quovis praetextu’ Mt. 19,3; εἰ οὖτως ἔστιν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός ‘si sic se habet ratio hominis cum uxore’ (nempe ratio dimittendae uxoris de qua ibi agitur) Mt. 19,10 (alii: αἰτία hīc valet causa, condicio, Sachlage). — 2) *causa forensis*, i. e. a) *accusatio (Beschuldigung)*: οὐδεμίαν αἰτίαν ἔφερον ὃν ἐγὼ ὑπενόουν πονηρῶν ‘nullam accusationem afferebant de iis malis quae ego suspicabar’ A. 25,18,27; — b) *culpa, crimen (Schuld)*: οὐδεμίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν ‘nullam reperio in eo culpam’ J. 18,38; ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ‘inscriptio criminis ejus’ Mr. 15,26; αἰτία θανάτου ‘crimen mortis poenâ dignum’ A. 13,28; 28,18: Mt. 27,37. J. 19,4,6.*

αἰτίαμα, **ματος**, **τό** (αἰτιάματα) *accusatio* A. 25,7 r. (cfr. αἰτίωμα).¹

ταῖτιον, **ου**, **τό** ↓ = αἰτία *ratio, culpa, crimen*: οὐδὲν εὑρίσκω αἰτίον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ‘nullam reperio culpam in homine’ L. 23,4,14; αἰτίον θανάτου ‘crimen capitale’ 23,22; μηδενὸς αἰτίου δόντος A. 19,40 potest verti: ‘cum nulla adsit ratio (nempe istius tumultus)’ cf. αἴτιος.*

αἴτιος 3. *qui auctor seu causa est aliqui rei sive bonae sive malae; ἐγένετο αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου ‘factus est auctor salutis aeternae’ H. 5,9; in malam partem sec. Vulg. A. 19,40 μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος τῆς συστροφῆς ταύτης ‘cum nemo causa sit concursus istius’ (cf. αἴτιον).**

ταῖτιώμα, **ματος**, **τό** = αἰτίαμα *accusatio*: βαρέα αἰτιώματα καταφέροντες ‘graves querelas deferentes’ A. 25,7 cr. [vox nusquam alibi invenitur].¹

αἴφνιδιος 2. (αἴφνης ‘subito’ Eurip.) *repentinus, improvisus* L. 21,34. 1 Th. 5,3 (cl. pap.).*

***αἰχμαλωσία**, **ας**, **ἡ** (αἰχμάλωτος) *captivitas*, germ. *Kriegsgefangenschaft*: εἰς αἱ. ὑπάγειν Ap. 13,10 b et t. cr. etiam a; abstr. pro coner. = *captivi* E. 4,8 ‘abduxit captivos’ et in t. r. Ap. 13,10 a εἰς τις αἰχμαλωσίαν συνάγει. [LXX = שְׁבִי, הַלְׁזֹג; DSic. 17,80.]*

***αἰγμαλωτεύω**, αο. ἡγμαλώτευσα (αἰχμάλωτος): *captivum facio*; 2 T. 3,6 r. metaph., cf. αἰχμαλωτίζω; *captivum abduco* E. 4,8 (Ps. 67,19).*

***αἰγμαλωτίζω**, ft. P. αἰχμαλωτισθήσομαι ↓ *captivum facio seu abduco*; seq. εἰς loci L. 21,24; transl. *capto animum alcis, mihi devincio*: γυναικάρια 2 T. 3,6 (Jdth. 16,9); *subjicio, subdo*: τινά τινι R. 7,23 r., ubi t. cr. ἐν τῷ νόμῳ (ἐν loc., νόμος velut carcer, in quo captivus tenetur); αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόμα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ ‘subjectum facientes omnem intellectum [redigentesque] in statum oboedientiae Christo debitae’ 2 C. 10,5.*

αἴγμα-άλωτος 2. (αἰχμή ‘cuspis’; ἀλίσκομαι ‘capior’) *qui in bello capitur, captivus* L. 4,19 (Is. 61,1 = יְבָשָׁה).¹

αἰών, ὄνος, ὁ (cf. αἰεῖ ‘semper’; lat. ‘aevum’; goth. aivs ‘tempus’) Graecis est *tempus cuius initium vel finis non cogitatur*, sive illud est re ipsa infinitum sive ejus initii finisque terminum certum assignare aut nequimus aut nolumus; ap. poëtas est *spatium vitae* (quippe cuius initium subconsciousiam non cadat et finis sit incertus) *vitaque ipsa*. — Apud LXX αἰών est = מִלְעָד (ab rad. מִלְעָד occultare), prpr. *tempus occultum*, i. e. *nullis aut remotis incertisque terminis circumscriptum*: adhibetur 1) de tempore diu praeterito, antiquissimo, (Prov. 8,23) praemundano; 2) de tempore futuro, ita quidem ut terminus ad quem ex rei natura aut aliqui supponatur aut nullus: a) de aetate hominis (1 Reg. 1,22), b) de tempore quo aliqui populus s. familia perdurat (1 Reg. 13,13; διαθήκη αἰώνιος Lev. 24,8), c) de tempore quo terra resque naturales manent (Ps. 103,5), d) de rebus post mortem futuris (ὕπνος αἰώνιος Jer. 28 [h. 51]39), e) de aeternitate stricte dicta (Ps. 89,2); — forma pluralis item tempora remotissima aut praeterita aut futura, designat. Fortasse jam Eccle. 3,11 habetur notio thalmudica vocis = *mundus, res hujus mundi* (V. Schmidt, *Synonymik* 44; Gesenius, *thesaurus* II 1035).

In NT^o αἰών est 1) *spatium temporis*; a) *spatium universum praeteriti temporis*, nempe quamdiu homo, gens, genus huma-num, mundus fuit: τῶν ἀγίων ἀπ' αἰώνος προφητῶν αὐτοῦ ‘sanctorum, qui inde a

toto retro tempore (populi Israël) existi-terunt, prophetarum ejus’ L. 1,70. A. 3,21 (ut τῶν ἀπὸ τοῦ αἰώνος ‘Ρωμαίων DCass. 63,20); ἐκ τοῦ αἰώνος οὐκ ἡκούσθη ‘ab aeterno (ex quo homines sunt) auditum non est’ J. 9,32; — *ad ipsam aeternitatem transitum facit locutio: πρὸ παντὸς τοῦ αἰώνος*: ‘ante totum aevum’ = ab aeterno Ju. 25 cr.; et cum ipsa immensa aeternitatis spatia αἰώνες vocentur, fortius etiam dicuntur πρὸ τῶν αἰώνων ‘ante omnia saecula’ = ab aeterno 1 C. 2,7, ἀπὸ τῶν αἰώνων ‘inde ab aeternis temporibus’ C. 1,26. E. 3,9 [ἔξ αἰώνος ab aeterno, DSic. 1,6].

b) *spatium universum futuri temporis*, idque a) *finitum*, scil. quamdiu homo, res, mundus exsistet: ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰώνα. ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰώνα ‘servus non manet in domo totâ vitâ; filius manet totâ vitâ’ J. 8,35 (germ. sein Lebtag); οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰώνα ‘nullis amplius, quamdiu vivam, carnibus vescar’ 1 C. 8,13: Mt. 21,9. Mr. 11,14. J. 4,14; 13,8. 2 C. 9,9; τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰώνα ‘Abrahae posterisque ejus in aeternum’, i. e. omnibus usque ad finem mundi L. 1,55 (cod. C. ἔως αἰώνος); ἵνα η̄ μεθ’ ὄμῶν εἰς τὸν αἰώνα ‘ut sit vobiscum in perpetuum’, i. e. quamdiu mundus erit J. 14,16, et, diviso hoc uno aevo in plura saecula, ἐν τοῖς αἰώσι τοῖς ἐπερχομένοις ‘saeculis futuris’ E. 2,7 [in inscr. Gr. optatur principibus αἰώνιος βασιλεία, διαμονή etc.]. — β) *infinitum*, cum res, de qua agitur, vel natura sua vel voluntate Dei finem vel transitum ad statum alium nunquam sit habitura; negative: θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰώνα ‘mortem non videbit in aeternum’ = in aeternum vivet J. 8,51: Mr. 3,29. J. 8,52; 10,28; 11,26; positive: ζῆν εἰς τὸν αἰώνα J. 6,51,58; μένειν εἰς τὸν αἰώνα in vita, munere, valore ‘sine fine permanere’ J. 12,34. H. 7,24. 1 P. 1,23 r. 25. 1 J. 2,17, cf. 2 J. 2; σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰώνα ‘tu es sacerdos in aeternum’ H. 5,6; 6,20; 7,17,21; 7,28; semel εἰς αἰώνα Ju 13 (= 2 P. 2,17 r.); — frequen-tius autem *ipsa infinita aeternitas* indicatur his formulis: εἰς τοὺς αἰώνας H. 13,8. L. 1,33; αὐτῷ η̄ δόξα εἰς τοὺς αἰώνας ipsi sit gloria in aeternum! R. 11,36, et sic in doxologiis R. 1,25; 9,5; 16,27. 2 C. 11,31;

εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας Ju. 25; εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, sic in doxologiis G. 1,5. Ph 4,20. 1 T. 1,17. 2 T. 4,18al.; porro de vita Dei Ap. 4,9,10; 5,14r.; 10,6; 15,7; de vita gloriaque Christi Ap. 1,18; 11,15; de regno Sanctorum 22,5; de poenis inferorum Ap. 19,3; 20,10; 14,11 (h. l. εἰς αἰῶνας αἰώνων); εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος H. 1,8; εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων E. 3,21; εἰς ἡμέραν αἰῶνος ‘usque ad eum diem (inclusive) qui est aeternitas’ 2 P. 3,18.

c) Ut ex libris rabbinicis elucet, per familiares Judaeis erant dictiones מִזְמָרַת הַעֲלֹתָה et נְבָאַת הַעֲלֹתָה, in libris aramaicis הַדֵּין אֶלְמָלָעַ et אֶתְנָתָר אֶלְמָלָעַ i. e. ‘saeculum hoc’ et ‘saeculum venturum’, quorum illud est nostrum tempus ac rerum status qui tum finietur cum incipiet ‘saeculum venturum’, tempus remunerationis, felicitatis, gloriae sempiternae; has locutiones adoptarunt Christus et apostoli (v. Cornely in 1 C. 1,20), et periodus temporis parusiam Christi judicis praecedens ab iis appellata est δὲ αἰών οὗτος, δὲ νῦν vel δὲ ἐνεστώς αἰών vel simpl. δὲ αἰών, contra aeterna futura felicitas δὲ αἰών ἔχεινος, δὲ αἰών δὲ μέλλων vel δὲ ἐρχόμενος: οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰώνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι Mt. 12,32, positive E. 1,21; ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ — ἐν τῷ αἰώνι τῷ ἐρχομένῳ Mr. 10,30. L. 18,30; οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου (quicunque his in terris vivunt) — οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἔχείνου τυχεῖν (qui felici illo futuri aevi statu digni habiti erunt) L. 20,34s.: T. 2,12; ipsum judicium vocatur συντέλεια τοῦ αἰῶνος [τούτου] Mt. 13,40. ib. 39,49; 24,3; 28,20 et, quatenus is αἰών e pluribus saeculis constat, συντέλεια τῶν αἰώνων H. 9,26; ‘saeculum hoc’ est status imperfectus, in quo principem fere locum obtinent res temporales: ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος [τούτου] ‘cura hujus saeculi propria’, i. e. cura divitiarum etc. Mt. 13,22. Mr. 4,19; porro ‘hoc saeculum’ est status in quo nondum omnes et omnia subjecta sunt Christo et Deo, adhuc regnum Satanae stat, qui est quodammodo δὲ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου 2 C. 4,4; G. 1,1; hinc addito genet. τοῦ αἰῶνος τούτου passim aliquid ut spiritui Christi oppositum notatur: οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου (opp. τοῦ φωτός) ‘homines

hujus perversi aevi spiritu imbuti’ L. 16,8, item 1 C. 2,6(bis); 1,10. E. 6,12r., et adj. σοφός male notatur itidem ἐν τῷ νῦν αἰώνι 1 C. 3,18.

2) Metonymice **a)** sing. αἰών: **a)** δὲ νῦν αἰών (cf. 1 c) negotia, res, divitiae quibus ‘hōc saeculo’ tanta cura impenditur: ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰώνα ‘cum res saeculares adamaverit’ 2 T. 4, 10; τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰώνι ‘ii qui divites sunt copiā rerum hujus saeculi’ (fortunarum) 1 T. 6,17; **β)** δὲ αἰών οὗτος ipsi homines quales «hōc saeculo» fere esse solent, mundani, a Deo alieni: μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰώνι τούτῳ ‘nolite vos conformare huic saeculo’ R. 12,2, et sic forte in aliquibus locis supra (1 c) citatis; **γ)** αἰών = indoles, spiritus ‘hujus saeculi’ Deo infensi: κατὰ τὸν αἰώνα τοῦ κόσμου τούτου secundum indolem «saecularem» hujus mundi E. 2,2. — **b)** αἰώνες = mundus, res creatae: δι’ οὖν καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας per quem etiam fecit mundum H. 1,2: 11,3. 1 T. 1,17 [ita αἰών de mundo astronomico DSic. 1,1].

αἰώνιος 2. vel 3., fem. -ία 2 Th. 2,16 et H. 9,12 † aeternus; **1)** quod est ab aeterno, initii expers: μυστήριον χρόνοις αἰώνιοις σεσιγημένον ‘mysterium temporibus aeternis (= ab aeterno) tacitum’ R. 16,25; πρὸ χρόνων αἰώνιων ‘ante aeterna tempora’ 2 T. 1,9. T. 1,2 (nihil obstat quin h. l. [ut in LXX Ps. 76,6 ἔτη αἰώνια = anni antiqui] αἰώνιος sit = antiquus, priscus, si quidem promissio ab aeterno decreta demum in tempore factu est); εὐαγγέλιον αἰώνιον H. 14,6 est evg. ab aeterno jam a Deo decretum et praeparatum. — **2)** quod est in aeternum, finis expers: τὰ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια ‘ea quae videntur (res terrestres) sunt caduca, ea vero quae non videntur (res caelestes) sunt aeterna’ 2 C. 4,18; τιμὴ καὶ κράτος (in doxologia) 1 T. 6,16; βασιλεία 2 P. 1,11; διαθήκη de NT H. 13,20; maxime de gloria caelesti in aeternum duratura, quae dicitur ζωὴ αἰώνιος Mt. 19,16; 25,46. Mr. 10,17,30 etc. (cum 1 T. 6,19r. 44ies in NT, cf. art. ζωὴ), κληρονομία αἰώνιος H. 9,15, σωτηρία αἱ. H. 5,9, δόξα αἱ. 2 T. 2,10, αἰώνιον βάρος δόξης 2 C. 4,17; inde οἰκία αἰώνιος ἐν τοῖς οὐρανοῖς 2 C. 5,1, αἰώνιοι σκηναὶ L. 16,9; hinc λύτρωσις αἰωνία ‘redemptio aeterna’, cuius

effectus sunt aeterni H. 9,12; ἀπέχειν τινὰ αἰώνιον ‘recipere alqm. aeternum’, scil. aeternae vitae heredem Phm. 15; παράκλησις αἰώνια ‘solatum sempiternum’, utpote haustum e certa spe vitae aeternae 2 Th. 2,16; — ex altera parte de poenis aeternis: ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον ‘abibunt hi ad supplicium aeternum, justi vero ad vitam aeternam’ Mt. 25,46 (cf. Just. M. apol. 8: αἰωνίαν κόλασιν, ἀλλ’ οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον); πῦρ Mt. 18,8; 25,41. Ju. 7, ὄλεθρος 2 Th. 1,9, κρίμα H. 6,2, κρίσις Mr. 3,29r., ubi melius t. cr. ἀμάρτημα ‘peccatum sempiternum’, cum Deus illud nunquam condonaturus sit. — 3) stricto sensu *aeternus, sine initio et fine*, de Deo: τοῦ αἰώνιου Θεοῦ R. 16,26; διὰ Πνεύματος αἰώνιου H. 9,14: 1 P. 5,10.

ἀκαθαρσία, ας, ἡ (ἀ-κάθαρτος) *immunditia, spurcita*; 1) *physica*, qualis est in putredine Mt. 23,27; — 2) *moralis, a)* *qualis est in modo agendi non sincero, doloso s. lucri cupidō*: ἡ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας ‘exhortatio nostra profecta non est ex errore neque ex animo minus sincero’ 1 Th. 2,3 [sim. Dem. p. 553, 12; pBer. 393, 16 alqs. spondet se rem traditurum ἀνευ ἀκ.]; b) *qualis est in vitio impudicitiae, = spurcita, impudicitia*: ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ ‘de spurcita et fornicatione et libidine’ 2 C. 12,21; πᾶσα ἀκαθαρσία omnis impudicitia (i. e. omnia ejus genera) E. 5,3: 4,19. R. 1,24; 6,19. G. 5,19. C. 3,5. 1 Th. 4,7.*

†**ἀκαθάρτης, ητος, ἡ** *immunditia* Ap. 17,4r. (pro t. r. ἀκαθάρτητος πορνείας edd. cr. legunt τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας).¹

ἀ-κάθαρτος 2. (*καθάρω*) *impurus* [ap. Gr. etiam *impudicus, vitiosus*; LXX pro Ἀράθ ‘legaliter immundus’, i. e. interdictus, prohibitus]; 1) sensu morali: *impudicus, spurcus*: πᾶς πόρνος ἡ ἀκάθαρτος ‘omnis qui est scortator aut impurus’ E. 5,5; τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας ‘sordes fornicationis’ Ap. 17,4cr. (neglecta constructione gramm. τὰ ἀκ. pertinet ad γέμον, progenet.). — 2) sensu legali: *lege interdictus, levitice impurus*: a) de rebus quarum vel tactus vel usus lege prohibitus erat: ἀκάθαρτον μὴ ἀπτεσθε ‘ne quid immundi

tetigeritis!’ 2 C. 6,17 (Is. 52,11); copulatur cum synonymo *κοινός* A. 10,14; 11,8; inde = a quo homines abhorrent Ap. 18,2. — b) de hominibus interdictis, a sacris religiosis exclusis: κάμοι δ Θεὸς ἔδειξεν μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον ‘mihi quoque Deus indicavit ne quem hominem profanum aut interdictum esse dicerem’ A. 10,28: 1 C. 7,14. — 3) utroque sensu conjuncto in dictione: *πνεῦμα ἀκάθαρτον spiritus immundus* = daemon malignus, utpote qui labet peccati inquinatus sicut homines levitice immundi a Dei sede arcetur et reprobatur, Mt. 10,1; 12,43. Mr. 1,23. L. 4,36. A. 5,16 etc.; semel πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου L. 4,33.

ἀκαιρέομαι (ἄ-καιρος qui opportunum tempus non habet) ἡκαιρεῖσθε ‘opportunitate (vestri in me studii monstrandi) destituebamini’ Ph. 4,10 (act. ἀκαιρέω DSic.; opp. εὐκαιρέω).¹

ἀκαίρως adv. (ἄ-καιρος ‘quod opportuno tempore non fit’) *intempestive, importune*: ἐπίστηθι εὐκαίρως ἀκαίρως ‘accede (ad homines admonendos) sive opportunum est illis sive non est’ 2 T. 4,2.¹

ἄ-κανος 2. *minime malus, praesertim is qui prae simplicitate scientiam mali non habet, innocens* R. 16,18, et *qui doli est expers, sincerus* H. 7,26 [Aesch. Dem].*

ἄκανθα, ης, ἡ (rad. ἀκ cf. acuo) *aculeus, spina*; dein *planta spinifera, vepres, sentis*, plur. οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα ‘nec enim e vepribus colligunt ficus’ L. 6,44: Mt. 7,16; 13,7,22. Mr. 4,7,18. L. 8,7,14 (Fonck 128); de ramis vel caulibus talis plantae Mt. 27,29. J. 19,2 (v. Fonck 51. 99); ἄκανθαι καὶ τρίβολοι (ΓΡΑΝΙ ΨΡ Gen. 3,18) «spinae et tribuli», *vepres et dumi* H. 6,8.*

ἄκανθως 3. ↑ *spineus: στέφανος* Mr. 15,17. J. 19,5.*

ἄ-καρπος 2. (*καρπός*) *fructu carens, sterilis*: 1) propriæ: δένδρα Ju. 12. — 2) transl. λόγος verbum Dei, semini comparatum, Mt. 13,22. Mr. 4,19; homo, fructu boni operis carens T. 3,14. 2 P. 1,18; ἄκαρπα ἔργα τοῦ σκότους nempe eum lucis fructum non ferentia de quo v. 9: E. 5,11; δ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστιν ‘mens mea est sterilis’, aliis inutilis, utp. fructum aedificationis non praebens 1 C. 14,14.*

***ἀ-κατάγνωστος** 2. (*κατα-γινώσκω*) *non*

reprehendendus, non condemnandus: λόγος T. 2,8 [2 Mach. 4,47].¹

*ἀ-κατακάλυπτος 2. (κατα-καλύπτω) *non obtectus, non velatus* 1 C. 11,5,13 [Lev. 13,45 cA γιρά ‘passis crinibus’; Pol. XV 27,2].*

†ἀ-κατάκριτος 2. (κατα-χρίνω) A. 16,37; 22,25 *indennatus*; quo sensu Graeci dicebant ἀκριτος, i. e. *non judicatus*, in quem nulla sententia judicialis lata est.*

*ἀ-κατάλυτος 2. (καταλύω) *indissolubilis, indelebilis, sempiternus*: ζωή H. 7,16. [4 Mach. 10,11 βάσανος ἀ. poena aeterna; DHal. 10, 31].¹

†ἀ-κατάπαστος 2. (καταπατέομαι verbum inusitatum; sed cfr. ἀπαστος Od. 4, 788 ‘impastus, jejonus’ τινός, α πατέομαι, pf. πέπασμαι pascor) *impastus*, inde fort. *famelicus, (cibi) avidus*; δφθαλμοὺς ἀκαταπάστους ἀμαρτίας ‘oculos peccati avidos’ 2 P. 2,14 WH. (Sic probabiliter; nam supposita derivatione α καταπάσσω ‘conspengo’, aptus sensus l. c. non gignitur).¹

*ἀ-κατάπανστος 2. (κατα-παύω) *non cessans, assiduus*; c. genet. rei a qua non cessatur (Kühner³ § 421, 3, Anm. 5) 2 P. 2,14 r. cr. (nWH) ‘oculos a peccato, sc. ab aspectibus adulterinis, non cessantes’. [Polyb. al.].¹

*ἀκαταστασία, ας, ἡ ↓ *instabilitas, tumultus*: haec vox inter continua post Alexandrum M. rerum publicarum perturbationes evaserat synonymon vocis πόλεμος = *seditio, ordo publicus turbatus*: πολέμους καὶ ἀκαταστασίας bella seditionesque L. 21,9; ἐν ἀκαταστασίαις ‘in rerum publicarum ordine turbato’ 2 C. 6,5; 1 C. 14,33 opp. εἰρήνη; Ja. 3,16 [inde a Polyb.; Prov. 26,28 = πῆγμα *offensio*].*

ἀ-κατάστατος 2. (καθ-ίστημι) *instabilis, turbulentus* Ja. 1,8; 3,8 cr. [Dem. 19, 136 πνεῦμα ventus; Pol. etc.].*

*ἀ-κατάσχετος 2. (κατ-έχω) *qui retineri seu coērceri non potest* Ja. 3,8r. [LXX Job 31,11. 3 Mach. 6,17: DSic. Plut.].¹

‘Ακελδαμάχ sec. cB (WH. Br.). ‘Ακελδαμάχ sec. cA (Tdf. He.), Ακελδαμά sec. cC (t. r.) *Haceldama*, A. 1,19, nomen aramaicum = אַכְלָדָמָה ‘ager sanguinis’ i. e. homicidii (χ finale est nota nominis indeclinabilis, ut in Σειράχ, ’Ιωσήχ Αἴρη, Ιψίοι),¹

ἀκέραιος 2. [κερά-γνυμι] 1) *non mixtus,*

2) *nulla mixtione depravatus (vinum e. g.), integer, salvus (urbs, navis).* — 2) de moribus: *innocens, simplex, doli expers* (cf. ἄπειρος καὶ ἀκέραιος κακῶν ἡθῶν Plat. rep. 3, 409 a): ἀμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι ‘irreprehensi ac simplices’ Ph. 2,15; ἀκέραιοι ως αἱ περιστεραὶ ‘simplices ut columbae’ Mt. 10,16; ἀκέραιοι εἰς τὸ κακόν ‘ad malum (faciendum) simplices’, i. e. mali plane expertes R. 16,19.*

ἀκλινής 2. (χλίνω) *non inclinatus, immobiles, firmus* H. 10,23 [Plat. Anth.].¹

ἀκμάζω ao. ἥκμασα (ἀκ-μή *acies*; dein vigor, flos) *in summo flore seu vigore sum, plerumque metaphorice; permaturesco* Ap. 14,18.¹

ἀκμήν adv. 1) *modo, nunc* (class.); 2) *adhuc, etiamnum* (ab Atticistis improbatum cf. Lob. ad Phryn. p. 123) Mt. 15,16 [prpr. est acc. vocis ἀκμή = aptum tempus, discrimen].¹

ἀκοή, ἡς, ἡ (ἀκούω) *auditio, auditus*; 1) *id quo auditur*: a) *facultas audiendi*: forte 1 C. 12,17 (cf. c); — b) *actus audiendi*: a) *proprie*: βλέμματι καὶ ἀκοῇ ‘aspectu et auditu’ 2 P. 2,8; huc referri potest ἀκοῇ ἀκούσετε Mt. 13,14. A. 28,26 (= γένεσις Is. 6,9 hört nur immerzu!); β) *metaphorice* ἀκοῇ πίστεως = ὑπακοὴ π. (R. 1,5) *oboedientia praestita fidei praedicatae* G. 3,2,5 [itidem 1 Reg 15,22. Ps. 17,45]; — c) *membrum quo auditur, auris*: ἡ νοίγησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ ‘apertae (i. e. a surditate sanatae) sunt aures ejus’ Mr. 7,35. H. 5,11; κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν cum iis auris pruriat = cum in dies nova jucundaque, licet minus vera, audire cupiant 2 T. 4,3, ib. 4; εἰς τὰς ἀκοάς τινος = ‘Εγενέκεν ad alqm. audientem L. 7,1; εἰσφέρειν τι εἰς τὰς ἀκοάς τινος A. 17,20 [cf. Soph. Aj. 147 εἰς ὅτα φέρει πάντων Οδυσσεύς]; hinc nil obstat quominus 1 C. 12,17 idem sensus supponatur, cum δφθαλμός praecedat et δσφρησις etiam nasum significet [Xen. Mem. 1, 4, 6 al.]. — 2) *id quod auditur*; a) *nuntius, fama, rumor*: ἀπῆλθεν ἡ ἀκοή αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν ‘fama ejus totā Syriā percrebruit’ Mt. 4,24. Mr. 1,28: μελλήσετε ἀκούειν . . . ἀκοὰς πολέμων . . . rumores bellorum’ Mt. 24,6: ib. 14,1. Mr. 13,7. [ita Dem. Thuc. al.] — b) *† evangelii praedicatio, institutio* [cfr. *auditio* = Lehrvortrag, leçon: Plaut. Gell.]: τίς ἐπί-

στευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; J. 12,38. R. 10,16 ex. Is. 53,1 (hebr. פָּנָמָשׁ, cfr. Knabenb. in h. 1.); λόγος ἀκοῆς ‘verbum institutionis’ 1 Th. 2,13. H. 4,2; R. 10,17, fort. etiam G. 3,2,5 ἀκοή πίστεως.*

ἀκολουθέω, ft. ἡσω, ao. ἡκολούθησα, pf. ἡκολούθηκα (ἀκόλουθος ‘comes [ἀ-copul.] itineris viae [χέλευθος]’) *sequor, sector, comitor*; 1) *proprie*: a) *subsequor* praeuentem vel ducentem: οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες Mt. 21,9. Mr. 11,9; ἡκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ J. 1,37; Πέτρος ἡκολούθει αὐτῷ ‘P. eum (captivum abductum) subsequebatur’ Mt. 26,58 al.; Mr. 14,13. L. 22,10. J. 10,4s. A. 12,8; ἄλλος ἄγγελος ἡκολούθησεν ‘alius angelus (post priorem) venit’ Ap. 14,8s. — b) *sequor seu comitor* euntem, *socius itineris exsisto alci*: ἡκολούθησαν αὐτῷ ὅχλοι πολλοί Mt. 4,25; 8,1 al.; Mt. 8,10. L. 23,27. J. 6,2. 1 C. 10,4. — c) *quia in Oriente discipuli solebant esse assidui fere magistrorum comites, oritur significatio haec: sector alqm. magistrum, in alcs. disciplinam me trado: ἀκολούθει μοι. καὶ ἡκολούθησεν αὐτῷ* Mt. 9,9; ἡκολούθηκαμέν σοι (pf.!) ‘exstitimus sumusque tui discipuli’ Mr. 10,28 cr.: Mt. 8,19; 19,21 al. — 2) *impropri*: a) *vitam moresque alcs. imitans eum sequor, totus alci. adhaereo*: ἐάν ἐμοὶ τις διακονῇ, ἐμοὶ ἀκολουθεῖτω ‘si quis mihi servit, me imitetur!’ J. 12,26; Mt. 10,38; 16,24. — b) *res alqm. sequi dicitur*, ut bona opera, quorum praemium accepturus est Ap. 14,13; e contrario peccata Ap. 18,5r. — In NT *construitur verbum* c. dativo; sed etiam ἀκολουθεῖν μετά τινος Ap. 6,8; 14,13. L. 9,49 [Isochr. 299c al.], δπίσω τινός Mt. 10,38. Mr. 8,34 Tdf. Br. [χατόπιν τινός Aristoph.].

ἀκούω, ft. class. ἀκούσομαι et hell. ἀκούσω (Mt. 12,19. R. 10,14 al.), ao. ἡκουσα, pf. ἀκήκοα, ao. P. ἡκούσθην: *audio*.

1) *audio alqd.*: a) mere passive ac receptive: (*forte*) *auribus percipio*, *alqd. auribus insonat*; τινός: ἀκούσουσιν τῇ φωνῇς τοῦ υἱοῦ τ. Θ. *auribus eorum insonabit vox f. D.* J. 5,25,28; ἀκούσας Γαλιλαίαν audito nomine G. L. 23,6r. He. Br. (A. 17,32); Mt. 2,18 (pass.). L. 15,25; 18,36. A. 9,7; seq. accusativus prae-*sertim quando quaeritur percepit necne auris sonum*: τὴν φωνὴν οὐκ ἡκουσαν A. 22,9; Mt. 12,19. J. 3,8; 5,37; *objecto sub-*

ditur participium A. 11,7. 2 P. 1,18. —

b) *verba loquentis audio (anhören) mente-que percipio*; seq. acc.: δστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους Mt. 7,24: A. 7,54. 2 C. 12,4. H. 2,1 (pass.); — *attento docilique animo audio, ausculo*: ἀκούσατε τοὺς λόγους μου A. 2,22: 13,7; 22,1. — c) *audiendo cognosco, comperio, disco* alqd.: ἀξιοῦμεν ἀκοῦσαι ἢ φρονεῖς ‘cupimus cognoscere quid sentias’ A. 28,22; οὐδ’ εἰ Πνεῦμα ἄγιον ἔστιν, ἡκούσαμεν ‘ne id quidem, sitne Spir. S., didicimus’ A. 19,2: 10,33; 22,2 al.; — *per rumores, sermones, nuntios com-perio* alqd.: ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ Mt. 11,2: Mr. 5,27. L. 9,7. A. 5,11; seq. accus. c. inf. 1 C. 11,18, accus. c. ptc. L. 4,23. A. 7,12. 3 J. 4; seq. δτι Mt. 2,22. L. 1,58 al.; *de algo*. alqd. audire περὶ τινος L. 7,3, sed R. 10,14 οὐ οὐκ ἡκουσαν ‘in eum de quo nil audierunt’; — a quo alqs. alqd. audit, indicat ἐξ J. 9,40, παρά τινος 8,26, (hebr.) ἀπὸ τοῦ στόματός τινος L. 22,71; *videre et audire* = ipsum per se experiri vel cognoscere A. 4,20; 19,26. Ph. 4,9.

2) *audio aliquem τινός*: a) *generatim*: *verba alicujus loquentis percipio*: οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν ‘au-dito rege abierunt’ Mt. 2,9: A. 26,29; addito ad genet. participio alicujus verbi dicendi, interdum induit sensum ‘ipse praesens eum audivi haec dixisse’: ἡκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος δτι ‘audivimus eum dicentem’ etc. Mr. 14,58: 12,28. J. 1,37; 7,32. A. 2,6 al. — b) *docili vel saltem attento animo aliquem (e. c. docentem) audio, aures ei praeebo*: ἀκούσατέ μου πάντες ‘omnes me audite!’ Mr. 7,14; ἡκουεν αὐτοῦ ἥδεως Mr. 12,37; παρά τινος J. 7,51: L. 2,46s; 6,17. J. 10,20. A. 22,22; 24,4. 1 T. 4,16. 1 J. 4,5s; add. partic. A. 14,9; 15,12; c) *audio dicentique obsecundo*, a) *roganti = «exaudio», precibus annuo*: δ Θεὸς ἀμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει, ἀλλ’ . . . τούτου ἀκούει ‘Deus peccatores non exaudit (precantes), sed . . . tales exaudit’ J. 9,31: 11,41s, 1 J. 5,14s; β) *docenti, mandanti = credo, oboe-dio, obsequor*: εἰ δίκαιον ἔστιν δμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε ‘justumne sit vobis potius oboedire quam Deo, judi-cate’ A. 4,19; ἐάν σου ἀκούσῃ ‘si tibi ob-temperaverit’ Mt. 18,15: 17,5. Mr. 6,11. L. 10,16; eandem vim habet circumlocutio

hebr. ἀκούειν τῆς φωνῆς τινος ὑδρά ψηφίζει
'D J. 10,3,16,27; 18,37. H. 3,7.

3) *audio* (absolute, nullo objecto addito):
a) *habeo sensum auditus expeditum, surdus non sum*: κωφοὶ ἀκούουσιν Mt. 11,5; βαρέως ἤκουσαν ‘surdastri fuerunt’ (metaph.) A. 28,27; δὲ ἔχων ὅτα ἀκούειν L. 8,8, contra ὅτα τοῦ μὴ ἀκούειν ‘aures non (aptae) ad audiendum’ R. 11,8. — **b)** *audio = auditu utor, ausculto, attentus sum*: ὅτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε Mr. 8,18; ἀκούετε καὶ συνίετε ‘attendite et intellegite’ Mt. 15,10: L. 8,8,18. A. 7,2. Ja. 2,5. — **c)** *doceor, (audiendo) disco*: πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας Ap. 3,3: Ja. 1,19; J. 6,45 (παρά τινος). — **d)** (*dicta*) *intellego*, eorum quae audio *sensum mente assequor*: glossolalus non hominibus sed Deo loquitur, οὐδεὶς γὰρ ἀκούει ‘nemo enim (quae ille dicit) intellegit’ 1 C. 14,2: Mr. 4,33; *oxymoron*: ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν audient sed audita non intellegunt Mt. 13,13 [cfr. κλύοντες οὐκ ἤκουον] Aesch. Prom. 448; Gen. 11,7; 42,23 al.]. — **e)** *audita credendo accepto, obsequor*: αὐτοὶ καὶ ἀκούονται A. 28,28: Mt. 18,16. J. 9,27.

ἀκρασία, ας, ἡ (= ἀκράτεια) ↓ *incontinentia, praesertim in rebus venereis*, 1 C. 7,5; de immoderato appetitu rei alienae Mt. 23,25 cr.*

ἀ-κρατής 2. (*κράτος*) *impotens suarum libidinum coercendarum, incontinentis* 2 T. 3,3.*

ἀ-κρατος 2. (*κεράννυμι*) *non mistus, merus*, dicitur max. de vino quod non est aquā dilutum vel temperatum: ἐξ τοῦ οὖν . . . τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ . . . *de vino . . . quod infusum est merum in poculo* (vom Wein, der unvermischt eingeschenkt ist . . .) Ap. 14,10, h. l. tropice de vindicta non mitigata. [cfr. ἀκρατος τῶν νόμων ἀποτομίᾳ pOx. VII 40].¹

ἀκρίβεια, ας, ἡ ↓ *accuratio, diligentia et cura*: πεπαθευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρώου νόμου ‘educatus secundum accuratam normam patriae legis’ A. 22,3 (cf. 26,5). Blass ibi sic legi vult: ‘educatus cum diligentia, patriae legis zelator . . .’ omittit τοῦ Θεοῦ. [cl. pap.]¹

ἀκριβής 2. *exactus, accuratus*; superl.: κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν ‘secundum exactissimam (in Lege traditionibusque

interpretandis atque observandis) sectam’ A. 26,5.¹

ἀκριβῶς, ao. ἡκρίβωσα ↑: *accurate nosco, diligenter investigo*: τὶ παρά τινος Mt. 2,7, 16. [Isocr. 21e; Xen. Plat. Epict.]¹

ἀκριβῶς adv. *diligenter, accurate*: ἀκριβῶς ἔξετάσατε Mt. 2,8. L. 1,3. A. 18,25. 1 Th. 5,2; ἀ. περιπατεῖν ‘religiose vivere’ E. 5,15r. He. Br. (v. l. βλέπετε ἀ. πῶς περιπατεῖτε); — compar. ἀκριβέστερον A. 18,26; 23,15,20; *sensu elativi* (Bl. § 44, 3) *accuratissime* A. 24,22.*

ἀκρίς, ίδος, ἡ *locusta*; quâ vesci solitos esse in Oriente et etiamnum vesci pauperes constat, post abscisas alas sale conditâ atque assatâ vel coctâ (Lev. 11,21s; Aristoph. Ach. 1116; DSic. 3,28; Plin. 6,35): Mt. 3,4. Mr. 1,6; hoc nomine Ap. 9,3,7 hostilis exercitus terribilis ac numerosus describi videtur.*

τὸ ἀκροατήριον, οὐ, τό (ἀκροάμαι *ausculto*) *locus ad audiendas recitationes destinatus, auditorium*: A. 25,23, fortasse philosophis vel sophistis destinatum, nam de *φέρο* judiciali ibi non agitur. [Plut.]¹

ἀκροατής, οῦ, δ (ἀκροάμαι) *auscultator, auditor*: οἱ ἀκροαταὶ νόμου ‘auditores Legis (singulis sabbatis in synagoga praelectae)’ R. 2,13; ἀκροατής λόγου *auditor verbi*, i. e. *evangelii* Ja. 1,22s. 25; utrobique *auditori* opponitur *ποιητής* qui non solum audit sed observat legem.*

***ἀκροβυστία**, ας, ἡ (*ἀκρό-βυστος ‘praeputium habens, non circumcisus’) 1) *status seu condicio ejus qui habet praeputium vel qui circumcisionem non subiit, praeputiatio* (Tert.), Unbeschnittenheit: ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ισχύει οὔτε ἀκροβυστία ‘in iis qui cum Christo uniti sunt neque circumcisione aliquid valet neque absentia circumcisionis’, i. e. non interest sintne circumcisioni necne G. 5,6; ἐν ἀκροβυστίᾳ εἰναι R. 4,10; τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ ‘fidei quam habuerat cum nondum esset circumcisus’, τῶν πιστεύοντων δι’ ἀκροβυστίας ‘credentium in statu retenti praeputii’ i. e. eorum, qui credunt non subentes circumcisionem R. 4,11 (διά I 2); R. 2,26b; 4,12. 1 C. 7,18s. G. 6,15. — 2) transl. a) *praeputium* (LXX = πλευρά): ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας A. 11,3; — b) i. q. οἱ ἀκρόβυστοι, *praeputiati, non circumcisi, gentiles*: οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία

'qui vocamini praeputiati' E. 2,11; κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία σέ 'judicabunt ii qui sua origine sunt incircumcisi (= gentiles), te' R. 2,27; εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας 'munus annuntiandi evangelii gentilibus' G. 2,7: R. 2,26 a; 3,30; 4,9. C. 3,11. — c) cum praeputium Judaeis esset signum immunditiae et alienationis a Deo: *absent a ejus dispositionis animi quam circumcisio significabat, immunditia: νεκροὺς δόντας* (ἐν r.) *τοῖς παραπτώμασιν καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ύμῶν* 'cum mortui essetis delictis et praeputiatione cordis vestri' C. 2,13 (cf. Deut. 10,16): R. 2,25.*

***†ἀπρο-γωνιαῖος** 3. (ἀκρος, γωνία) *in extremo angulo positus;* dic. de lapide praecipuo qui duos parietes inter se connectit conjunctosque tenet ideoque firmissimus est ac firmitatem aedificio tribuit; λίθος 1 P. 2,6 (Is. 28,16. Job 38,6 γωνιαῖος παράγων; alibi παράγων κεφαλὴ γωνίας Ps. 117,22. Mt. 21,42) ita vocatur Christus; E. 2,20.*

ἀπροθίνιον, οὐ, τό (ἀκρος, θίς θινός: 'summum in acervo') 1) *primitiae frugum* [Plat. al.]. — 2) *optima pars praedae* [Hdt. 1, 86; Thuc. 1, 132,2 al.] H. 7,4.¹

ἄπρον, οὐ, τό (ἀκρος 3. 'acutus; summus, extremus') *summitas vel extremitas rei:* τοῦ δακτύλου L. 16,24; ἐπὶ τῷ ἄκρῳ τῆς βάθδου αὐτοῦ ('inclinans se) super summam partem baculi sui' H. 11,21 (= LXX Gen. 47,31, v. βάθδος); plur. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἔως ἄκρων αὐτῶν 'ab una extremitate caeli («horizonte, finitore» Sen.) usque ad alteram' Mt. 24,31 (Dt. 4,32): Mr. 13,27.*

Ἄνιλας, α [pBerol. I, 79], δ *Aquila*, Judaeus genere Ponticus, maritus Priscae seu Priscillae, σκηνοποιός, de quo A. 18,2. 18,26. R. 16,3. 1 C. 16,19. 2 T. 4,19.*

×ἀνυρόω, αο. ἡκύρωσα (ἀ-κυρος 2. 'sine auctoritate [τῷ κυρος], invalidus') *invalidum, irritum reddo, rescindo:* διαθήκην G. 3,17: Mt. 15,3. Mr. 7,13. [DSic. DHal.; pBer. 944, 11; saepe in pap. ἀκύρωσις].*

ἀ-κωλύτως, adv. (κωλύω) *nullo impedimento obstante, libere* A. 28,31 [Plat. pap.].¹

ἄκων (gen. οντος), ουσα, ον (ἀ priv., ἔκών 'sua sponte') *non sponte, invitum;* tamen 1 C. 9,17 non de 'invito', sed dumtaxat de eo qui *non ultro aut sua sponte agit, sed imperatam rem exsequitur.*¹

†ἄλα, τό Mr. 9,50 Tdf. bis = ἄλας, q. v. **ἀλάβαστρος**, ου, δ vel ἡ (Mr. 14,3 τόν cN*DE, τήν cNc BC, τό -ον cGM t. r. ut Theocr. 15, 114) *alabaster, vasculum unguentarium,* primitus tale quod ex alabastrite lapide (Plin. n. h. 13, 3; 36, 12) confectum est, formae teretis, obsignatum: ἀλάβαστρος μύρου (ita Hdt, 3, 20] Mt. 26,7. Mr. 14,3. L. 7,37.*

ἀλαζονεία (Tdf. WH. minus recte -νία: v. Kühner³ II p. 275), ας, ἡ (ἀλαζονεύομαι 'jactor, vane gloriō') 1) *superbia oris: vaniloquentia, inanis jactantia, venditatio.* [Plat.] — 2) *superbia mentis: insolentia, ferocia.* [Plat. c. Βρις, 2 Mach. 9,8. Symm.] — 3) *superbia in vivendi agendique ratione, max. ea quā quis pecuniā fortunisque confidit ac divina spernit: ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου 1 J. 2,16 (cf. πλοῦτος μετὰ ἀλαζονείας Sap. 5,8; ἀλαζονεύομαι χρήματα luxuriā dilapido pecuniam' Hdn. 2, 7, 3); plur. Ja. 4,16 singulatam superbe facta.**

ἀλαζών, ὄνος, δ *ostentator, venditator, gloriosus,* nempe qui insolentius se suaque jactare loquens solet et exaggerare; haud improb. etiam *superbiens in vivendi agendique ratione* (cfr. ἀλαζονεία 3): R. 1,30. 2 T. 3,2; utrobique juxta ὑπερήφανος q. v.*

ἀλαλάζω 1) *clamito ἀλαλά ut milites pugnaturi* (Jos. 6,20), *clamorem laetum tollo* (Ps. 46,2); 2) *dein contra: voces lugubres ac flebiles edo:* κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά 'multum plorantes atque ejulantēs' Mr. 5,38 (Eur. El. 483; Jer. 32,20 [= hebr. 25,34]); — 3) *persōno, perstrepo:* κύμβαλον ἀλαλάζον 'cymbalum crepitans' 1 C. 13,1 (cf. ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ Ps. 150,5; Aesch. frg. 54.).*

×ἀ-λάλητος 2. (λαλέω) 1) *quod non pronuntiatur, tacitus, secretus* [τὰ ἀ. 'secreta' Philodem.]; *στεναγμοῖς ἀλαλήτοις* 'tacitis suspiriis: mit stillen Seufzern' Armenus vertit R. 8,26. — 2) *inenarrabilis:* 'gemitibus i.' Vulg. l. c., i. e. quorum argumentum, utpote humano intellectui imperium, enarrari nequit.¹

ἄ-λαλος 2. (λαλέω) *mutus:* ποιεῖ ἀλάλους λαλεῖν 'mutos facit loqui' Mr. 7,37; cum vitia energumenorum de ipsis quoque praedicarentur daemonibus, dicitur πνεῦμα ἄλαλον 'spiritus mutus' Mr. 9,17,25 [itidem Plut. de orac. def. p. 438 b: κατέβη μὲν

τὸ μαντεῖον (ἡ Πυθιάς), ἀλάλου καὶ κακοῦ πνεύματος οὖσα πλήρης].*

ἄλας, ατος, τό = †ἄλα, -, τό = ἄλα, ἀλός, δ sal quo cibi, ut fiant sapidi atque a corruptione serventur, et victimaε VTⁱ (Lev. 2,13) conduntur: καλὸν τὸ ἄλα[ς]. ἐὰν δὲ τὸ ἄλα[ς] ἀγαλον γένηται κτλ. Mr. 9,50: Mt. 5,13(b). L. 14,34; de Mr. 9,49 cACD, v. sub ἀλίζω; — improprie: ὑμεῖς ἔστε τὸ ἄλα[ς] τῆς γῆς vos estis terrae, i. e. hominibus, sal, nempe vestrum est homines malos ad bonam frugem revocare, ut sal cibos fatuos reddit sapidos, et bonos conservare, ut sal conservat res corruptibles Mt. 5,13a; ἔχετε ἐν ἔχυτοῖς ἄλα habete in vobis saporem acrimoniamque salis i. e. id quo possitis alios gratam Deo hostiam efficere et a corruptione servare Mr. 9,50c; δ λόγος ὑμῶν (sc. ἔστω) ἄλατι ἡρτυμένος ‘sermo vester sit quodammodo sale conditus’, ut et placeat neu corruptioni sit obnoxius C. 4,6. — NB.: Nom. ἄλας, Tdf. ἄλα; dat. C. 4,6 ἄλατι, Mr. 9,49 ἄλι; acc. 9,50 ἄλα (ab ἄλα an ἄλι;) t. cr., ἄλας t. r. — Tam in papyris (Mayser p. 286) quam in LXX (Helbing 49) occurrit et δ ἄλις, ἀλός et τὸ ἄλας, ἄλατος.

†ἄλεεῖς plur. hell. vocis ἀλιεύς, q. v.

ἀλείφω, ao. ἥλειψα: ungo, constr. cum acc. obj. et dat. instr. unguenti: Mr. 6,13; 16,1. L. 7,38,46. J. 11,2; 12,3. Ja. 5,14; — med. proprii corporis membrum ungo Mt. 6,17.*

*ἄλεπτορο-φωνία, ας, ἡ (ἀλέκτωρ, φωνέω) gallicinium, tempus quo galli canere incipiunt [Aesop. fab. 79 vel 44; Strabo]; sic vocatur Mr. 13,35 tertia pars noctis more Romano in 4 vigiliis distributae.¹

ἀλέπτωρ, ορος, δ gallus gallinaceus Mt. 26,34,74s. Mr. 14,30,68,72. L. 22,34,60s. J. 13,38; 18,27. [poët.; pFay. 119, 29 al.]*

'Αλεξανδρεύς, ἐως, δ Alexandrinus, Alexandriae, in celebri urbe Aegypti, natus vel habitans A. 6,9; 18,24. Ibi fere duae quintae partes incolarum, ad 100 milia, Judaei erant.*

'Αλεξανδρῖνος 3. Alexandrinus, πλοῖον A. 27,6; 28 11 (de accentu cf. Kühner³ II p. 296).*

'Αλεξανδρος, ου, δ Alexander 1) filius Simonis Cyrenensis Mr. 15,21. — 2) vir ex genere summi sacerdotis, ceteroquin

ignotus A. 4,6. — 3) Judaeus quidam Ephesius A. 19,33 (de quo cfr. etiam Knabenb. in Mr. 15,21). — 4) haereticus quidam Ephesinus 1 T. 1,20. — denique 5) faber aerarius Ephesinus, inimicus S. Pauli, 2 T. 4,14, qui num sit idem atque ille haereticus, prorsus non constat.*

ἄλευρον, ου, τὸ (ἀλέω molo) farina, max. triticea Mt. 13,33. L. 13,21.*

ἀλήθεια, ας, ἡ (ἀλήθης) 1) usu communis: a) veritas, quae est congruentia verbi (vel cognitionis) cum re ipsa: ἀληθείας ῥήματα (genet. qual.) ‘verba vera’ A. 26,25; τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας (hendiadyoin) ‘verae cognitionis’ R. 2,20. — b) verum, i. e. veritas objectiva, illud reale et actuale in re cui cognitio vera conformis sit oportet: εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν (germ. den ganzen Hergang, Sachverhalt) ‘dixit ei integre quid reapse fecisset’ Mr. 5,33; χρίμα κατὰ ἀλήθειαν ‘secundum rei veritatem’ i. e. justum R. 2,2, opp. κατὰ τῆς ἀληθείας ‘contra rei veritatem’, mendaciter Ja. 3,14: J. 5,33. 3 J. 12. — c) verum verbis expressum, sermo verus s. verax: ἡ καύχησις ἡμῶν ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη ‘nostra apud Titum (de vobis) gloriatio veritas fuit’ = veritati consonare eventu apparuit 2 C. 7,14: J. 17,17; (τὴν) ἀλήθειαν λέγειν verum dicere J. 8,40,45s; 16,7. R. 9,1. 2 C. 12,6. E. 4,25. 1 T. 2,7. — d) huc pertinent duae locutiones adverbiales, a) ἐν ἀληθείᾳ veraciter, sine mendacio Mt. 22,16. 2 C. 7,14a, recte, sine errore C. 1,6, modo genuino, sincere, perfecte J. 17,19. 2 J. 1a. 3 J. 1; ἐν ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ 1 J. 3,18. — β) ἐπ’ ἀληθείας: veraciter Mr. 12,14. L. 4,25; 20,21, recte = καλῶς Mr. 12,32, revera L. 22,59. A. 4,27; 10,34. — 2) In libris NTⁱ (exceptis synopticis) ἀλήθεια passim est veritas religiosa, christianorum propria, quae a Deo profecta, a Christo nobis allata ac per apostolos promulgata ab hominibus fide suscipitur et Christianorum agendi sentiendique normam constituit: a) veritas in Deo; Deus est ipsa veritas, auctor veritatis, verus ac verax: τὸ Πνεῦμα τῆς ἀ. veritatis auctor J. 14,17; 15,26. 1 J. 4,6 al.; ἐγώ εἰμι . . . ἡ ἀλήθεια J. 14,6; attribuitur Deo (Christo) veritas ac fidelitas: ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ fidelitatis divinae gratia R. 15,8: 2 C. 11,10. — b) veri-

*tas religiosa, cum cognitio rerum divinarum universim, tum illa perfectior, quam Christus attulit, atque abundantior Dei ejusque consiliorum et operum cognitio, i. e. religio Christiana, evangelium: μαρτυρεῖν τῇ ἀ. J. 18,37; εἰναι ἐκ τῆς ἀ. ‘esse veritatis studiosum’ ib.; 1 J. 2,21; εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν 1 T. 2,4; ἡ δόξα τῆς ἀ. vocatur religio Christiana 2 P. 2,2; περιπατεῖν ἐν τῇ ἀ. vitam agere veritate Christiana imbutum et impulsum 3 J. 4; adorabunt Patrem ἐν Πνεύματι καὶ ἀ. in Spiritu, imbuti pleniore Dei cognitione J. 4,23; ipse Christus dicitur πλήρης χάριτος καὶ ἀ. plenus gratiae et illius Dei cognitionis quam nobiscum communicavit J. 1,14: ib. 17; 8,32; 16,13. R. 1,18. 1 C. 13,6. 2 C. 4,2. E. 1,13. C. 1,5. 2 Th. 2,10. Ja. 1,18 al.; e contextu saepe intellegitur *veritas Christiana praedicata seu ipsa praedicatio evangelii*: ἀπειθεῖν τῇ ἀ. ‘obedientiam detrectare veritati’ R. 2,8, sim. 2 T. 3,8; 4,4; opp. πιστεύειν τῇ ἀ. ets. 2 Th. 2,12. G. 3,1r; 5,7. 2 Th. 2,13. 1 P. 1,22; porro J. 17,17 (ἀγιάζω 2a). 3 J. 8; quibusdam locis intellegitur *doctrina Christiana perfecta ab omnique haeretici erroris labe pura*: ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς ‘ut vera doctrina evangelii apud vos maneret’ G. 2,5: ib. 2,14. 2 T. 2,25; 3,7; est denique *illa vera doctrina quatenus ea hominem fidelem imbuīt principiumque vitae religiosae constituit*: ὁ λέγων ὅτι ἔγνωκα αὐτὸν καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, φεύστης ἐστὶν καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀλήθεια οὐχ ἐστιν ‘in tali homine veritas (ἡ ἀλ.) non est’ tanquam principium actionum, licet eam norit 1 J. 2,4: 1,8. J. 8,44. — c) Huic veritati fide susceptae ac possessae correspondet in homine christiano *veritas mentis et actionis*, i. e. *fidelitas in fide, sincerus modus procedendi secundum normam veritatis, animi sententia et agendi ratio normae veritatis consona*: ἀλήθεια καὶ ἀγάπη 2 J. 3; εἰλικρινία καὶ ἀλήθεια 1 C. 5,8. E. 4,24; 5,9; 6,14. Ph. 1,18. 1 T. 6,5. 3 J. 3a; ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν ‘facere veritatem’, i. e. opera veritati conformia, ea quae veritas postulat J. 3,21. 1 J. 1,6; οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ‘non habemus potestatem contra veritatem (impediendi quominus fides quam praedicamus*

opere exerceatur), sed solum pro veritate (promovendi exercitium fidei), 2 C. 13,8: cfr Cornely in h. 1.

ἀληθεύω ↓ *verax sum*, a) in loquendo: *vera dico s. doceo*, ἀληθεύων ὑμῖν G. 4,16. — b) in agendo: *sincere secundum veritatis normam ago*: ἀληθεύοντες (vulg. ‘veritatem facientes’) ἐν ἀγάπῃ E. 4,15 [cfr. Prov. 21,3].*

ἀληθής 2. (ἀ. priv., λήθω lateo) *verus*; 1) de re: *verus*, i. e. non fictus aut somniatus: ἀληθές ἐστιν τὸ γινόμενον A. 12,9; ἀ. χάρις non ementita 1 P. 5,12; ἀληθής βρῶσις, ἀληθής πόσις J. 6,55 (nBr.) cibus potusque non imaginarius aut improprie dictus sed qui vere manducatur et bibitur; cogitate ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ Ph. 4,8. — 2) de sermone: *verus*, non mendax, sed rerum veritati consonus: ὅσα εἶπεν ἀληθῆ ἦν J. 10,41; ἀ. παροιμία 2 P. 2,22: J. 4,18; 19,35; 21,24 al. — e contextu = *erroris mendacii que suspicione carens (unverdächtig)*, *fide dignus*: ‘si de me ego ipse testor, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἐστιν ἀληθής testimonium meum apud vos non censem fide esse dignum’ J. 5,31: 8,13s,17. — 3) de persona: *verax, veri amans*: ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν J. 3,33: Mt. 22,16. J. 8,26. R. 3,4. 2 C. 6,8; *fide dignus* J. 7,18.

ἀληθινός 3. ↓ 1) *verus, genuinus (echt)*, nempe talis qualis persona vel res esse debet secundum naturam indolemque propriam (opponitur τὸ ἀ. ei quod est fictum, imperfectum, mancum, imaginarium): οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταί J. 4,23; τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν nempe cui vere competit quae nomine «panis de caelo» innuuntur J. 6,32; ἡ ἀμπελος ἡ ἀ. J. 15,1 et τὸ φῶς τὸ ἀ. J. 1,9. 1 J. 2,8 in quo perfectius ea insunt quae nomine vitis ac lucis indicantur; Θεῷ ζῶντι καὶ ἀ. non fabulose ficto, sed revera existenti 1 Th. 1,9: J. 7,28; 17,3. 1 J. 5,20; ἡ σκηνὴ ἡ ἀ. ‘tabernaculum verum illud’, cuius VTⁱ tabernaculum erat dumtaxat figura et typus H. 8,2; ibid. 9,24; τὸ ἀληθινόν L. 16,11 vera bona, verae divitiae supernaturales (opp. bona terrestria manca, caduca). — 2) ut ἀληθής 2 et 3: *verax, fide dignus*: ὁ πιστὸς καὶ ἀ. Ap. 3,14; 19,11; λόγοι ἀ. Ap. 19,9; 21,5s: 3,7; 6,10; 16,7; 19,2.

ἀλήθω = att. ἀλέω *molo*; abs. *molam circumago* Mt. 24,41. L. 17,35.*

ἀληθῶς adv. (ἀληθής) *vere*: 1) *vere, genuine*: si in doctrina mea manetis, ἀ. μαθηταὶ μού ἔστε J. 8,31; ἵδε ἀ. 'Ισραὴλίτης 'en vere (= genuinus) Israëlite' J. 1,48: 6,55 r. Br. [ἔκεινός ἔστιν δὲ ἀληθῶς οὐρανός Plat. Phaed. 109e]. — 2) *vere, sine errore*: γνῶναι ἀ. J. 17,8; οἶδα ἀ. A. 12,11. — 3) *reapce, re vera*: *in der Tat: en effet*: μή ποτε ἀ. ἔγνωσαν οἱ ἀρχοντες ὅτι οὗτος ἔστιν (ἀληθῶς t. r.) δὲ Χριστός; 'num forte revera magistratus intellecterunt, hunc esse (revera) Messiam?' J. 7,26: 1 Th. 2,13. — 4) *profecto, nae, certe*: *particula asseverationis cum quis dicit aliquid magni, paradoxi vel quod alias forte negaturus sit; ea sententiae*

a) *praefigitur*: ἀ. Θεοῦ υἱὸς εἰ Mt. 14,33: 26,73; 27,54. Mr. 14,70; 15,39. 1 J. 2,5; ἀ. λέγω ὑμῖν L. 12,44; 21,3; **b)** *inseritur: οὗτος ἔστιν ἀ. δὲ προφήτης* J. 6,14: 4,42; 7,40. L. 9,27.*

ἀλιεύς, ἐώς, δ (ἀλ-ς 'mare'), plur. nom. et acc. hell. in multis codd. **ἀλεεῖς** (i. e. pronuntiabant 'halēis' pro ἀλιεῖς 'haliis': v. Bl. § 6, 3) *piscator* Mt. 4,18s. Mr. 1,16s. L. 5,2.*

ἀλιεύω ↑ *piscor* J. 21,3.¹

ἀλίσω (ἀλεῖ) *salio, sale condio*: ἐν τίνι ἀλισθήσεται (sc. τὸ ἄλας); 'quia re (sal corruptus) salietur' et sapidus reddetur? Mt. 5,13; πᾶς γὰρ πυρὶ ἀλισθήσεται καὶ πᾶσα θυσία ἀλὶ ἀλισθήσεται Mr. 9,49 r. He. Br. ex cAC, sensus esse videtur: quemlibet (qui vult evadere gehennam 47) necesse est igne (nempe igne suī abnegationis vel aerumnarum toleratarum, abscissis, si necesse sit, propriis membris 43—47) saliri Deoque dignus redi, ut (καὶ) in V. T. omnes victimae jussae sunt sale condiri (Lev. 2,13): ut ignem inextinguibilem evitet, alio eum igne oportet penetrari, nempe eo quo malae animi affectiones et concupiscentiae purgantur; cfr. Knabenbauer, Schanz, Crampon ad l.c.*

†**ἀλισγῆμα**, ματος, τό (*ἀλισγέω Mal. 1,7,12. Sir. 40,29. Dan. LXX 1,8 ΛΥΞΑ polluo) *pollutio, contaminatio*, prob. i. q. *res cuius usu aliquis contaminatur*; τὰ ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων A. 15,20 sunt τὰ εἰδώλοθυτα (v. 29).¹

ἀλλά, ante vocales in NT^o fere 215ies ἀλλ', 130ies ἀλλά: *particula adversativa*

(etymol. = ἄλλα: ad alia, diversa, opposita sermo convertitur) *sed, at, vero*. — Usus vocabuli ad haec capita fere revocari potest: *particula ἀλλά 1) positivas et negativas sententias sententiarumque partes inter se oppositas conectit*: οὐκ ἔστιν ὡδε, ἀλλ' ἡγέρθη L. 24,6; μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραβᾶτα! J. 18,40; πάντα ἔζεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει 1 C. 10,23 (it. ἀλλ' οὐ Mt. 24,6. Mr. 10,27. L. 17,8. R. 10,2. 2 C. 4,8); Mt. 4,4; 5,15; 6,18; 9,17 et persaepe; rhetorice bis ἀλλά ponitur 2 C. 2,17; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμον ιστάνομεν 'nequaquam! immo vero ..' R. 3,31; *animadverte*: **a)** saepe inde a voce ἀλλά in novam constructionem transiri, ut Mt. 5,39; 20,26. Mr. 1,45. R. 15,3. Ph. 2,3, **b)** aliquando partem negativam aut prorsus mente esse supplendam aut alio modo, v. g. enuntiato positivo vel quaestione rhetorica, expressam, ut Mt. 11,8s. = L. 7,25s. J. 7,27. R. 8,37. 1 C. 10,20. 2 C. 1,9 a (desperabam de vita = non putabam me superstitem fore). **c)** saepe sensum constructionis οὐ-ἀλλά non eum esse ut una pars plane negetur altera affirmetur, sed dumtaxat ut secundum membrum efferatur fortiusque affirmetur = lat. *non tam quam, non solum — sed potissimum*: οὐκ ἀπέστειλέν με δὲ Χριστὸς βαπτίζειν ἀλλὰ εὐαγγελίσασθαι praedicatio, non baptismi collatio, est potissimum meum munus, 1 C. 1,17: Mt. 10,20 ('non tam vos estis qui loquimini, quam Spiritus'). 1 C. 15,10 ('non tam ego [non ego solus, meis viribus] quam ...'); cfr. Mr. 5,39. L. 10,20. J. 6,26. A. 5,4. E. 6,12 al. et Cornely in 1 C. 1,17. — **2) post concessivas similesque sententias ea inducit quibus illae restringuntur = tamen, nihilominus, at ets.: εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' οὐκ ἔγω 'etiamsi omnes sc., sed non ego' Mr. 14,29: 2 C. 13,4 a in t. r. He. Br., καὶ εἴπερ — ἀλλά 1 C. 8,5, εἰ καὶ — ἀλλά 'si vel (etiamsi) — attamen' 2 C. 4,16; 5,16; 11,6. C. 2,5, ἐὰν — ἀλλ' οὐ 'etsi — at certe non' 1 C. 4,15, ἔστω — ἀλλά 'esto — sed' 2 C. 12,16, addito γε emphasis causa: εἰ οὐ —, ἀλλά γε 'si non —, at certe' 1 C. 9,2; item μὲν — ἀλλά 'quidem — sed' R. 14,20. 1 C. 14,17; nullâ particula praemissâ: —, ἀλλά 'quidem — sed' J. 1,31,33; 11,42; 16,12,33. 1 J. 2,19. 2 C. 13,4 al.; *ponitur ἀλλά, ubi***

***ἀνάθεμα**, ατος, τό forma hell. pro ἀνάθημα (Blass § 27, 2) 1) τὸ ἀνατεθειμένον *res supra* (in loco conspicuo) *posita*, quales erant res numini dicari in templisque appendi vel collocari solitae, *dona-rium*: ἀναθέματι κεκόσμηται ‘(templum) donariis exornatum est’ L. 21,5 [Tdf. sec. codd. ΚΑΔΧ] (cf. 2 Mach. 2,13; Fl. Jos. ant. 15, 11, 3; 17, 6, 3). — 2) ap. LXX ἀνάθεμα = **מַגְדָּל**, qua voce designatur modo res vel persona a Deo vel propter Deum interitui devota, modo ipse actus talis devotionis; in NT quoque est a) *aliquid perniciei seu divinae maledictioni devotum*: οὐδεὶς . . . λέγει· ἀνάθεμα Ἰησοῦς ‘nemo . . . dicit: maledictus (sit, vel: est) Jesus’ 1 C. 12,3 cr., vel t. r. λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν ‘dicit maledictum (esse) J.’; ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ‘vellem (si fieri posset et expediret) exitio devotus esse (separatusque) a Christo’ R. 9,3; ξτω ἀ.: 1 C. 16,22 vel ἀ. ἔστω G. 1,8s. ‘esto exitio devotus!’ — b) *actus aliquem exitio devo-veni*: ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἔαυτούς maledicto nos ipsi obstrinximus A. 23,14. [corp. inscr. att., append. XIII.]*

***ἀναθεματίζω**, ao. (ac si esset verbum compos.) ἀναθεμάτισα, v. Kühner 3 II § 204, 3 Anm. 1 ↑ ap. LXX = **הַקְרִים** ‘ali- quid vel aliquem facio **חֲלָם**’, i. e. *exitio*, *Dei causâ*, *devoveo*; in NT^o a) ἀναθεμα- τίζειν *έαυτόν se ipsum declarare anathema*, *dira sibi precari*, nempe si quis certum aliquid non praestiterit A. 23,12, cum inf. obligationis susceptae A. 23,14,21. — b) *ἀναθεματίζειν* absolute: *imprecationes* (contra sese) *proferre* vel *cum impreca-*

tionibus asseverare Mr. 14,71 [verbum occurrit in inscr. I vel II^P; v. corp. inscr. att.. app. XIII].*

×ἀνα-θεωρέω res quasi *per aliquam seriem* (ἀνα- 2) *occurrentes aspicio, perlustro*: διερχόμενος καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα A. 17,23; ὃν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς ‘quorum contemplamini exitum vitae’ nisi hic malis supponere ἀνα- 3 ‘rursus, iterum iterumque’ H. 13,7 [DSic. Lucian. Plut.].*

ἀνάθημα, ματος, τό (ἀνα-τίθημι, cfr. ἀνάθεμα) *donarium templo devotum* L. 21,5r. WH. He. Br.¹

ἀναίδεια (Tdf. WH. He. haud falso -δία v. Kühner³ II p. 276n.). ας, ή (ἀν-αιδ-ής) *impudentia*; L. 11,8 *importunitas* ejus qui non veretur assiduo atque instanter alqd. flagitare.¹

ἀναίρεσις, εως, ή ↓ *sublatio*, i. e. *deletio, interfactio, caedes* A. 8,1; 22,20r. [Xen. Hell. 6, 3, 5; LXX; Fl. Jos. Plut.].*

ἀν-αιρέω, ft. ἀνελῶ 2 Th. 2,8 [Jdth. 7,13; DHal. 11, 8], ao. ἀνεῖλον et (t. cr.) ἀνεῖλα A. 2,23; 7,21; 10,39, ao. P. ἀνηρέθην: 1) (*sursum*) *tollo, aufero*; med. *michi tollo*, v. g. infantem *tollo* eoque meum *agnosco, adopto* A. 7,21 [ita Isocr. Plut. Aristoph.]. — 2) *e medio tollo*: a) *aboleo, abrogo* instituta, leges etc.: ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ ‘abrogat primum (sacrificia inefficacia VT.), ut secundum (sacrificium oboedientiae Christi, sacrif. crucis) instituat’ H. 10,9; — b) *eneco, interficio*, quo cunque modo id fiat: Mt. 2,16. L. 22,2; 23,32. A. 2,23; 5,33,36; 7,28; 9,23s.,29; 10,39; 12,2; 13,28; 22,20; 23,15,21,27; 25,3; 26,10. 2 Th. 2,8; ἀναιρεῖν ἔαυτόν ‘sibi mortem consciscere’ A. 16,27.*

ἀν-αίτιος 2. (αἴτια 2b) *culpā vacuus, innocens* Mt. 12,5,7.*

ἀνα-παθίζω, ao. ἀγεκάθισα: (postquam jacui,) *me erigo, ut sedeam* L. 7,15. A. 9,40.*

ἀνα-παινίζω (καινός) *renovo, instauro* v. g. *bellum, inimicitias, aedificium*. . . : H. 6,6 ἀνακαινίζειν τινὰ εἰς μετάνοιαν ‘restaurare (ut aedem ruinosam) alqm. ad hoc ut resipiscat, ut poenitentiam agat’; quam restorationem Apostolus ibi dicit impossibilem, non quod fieri nequaquam possit, sed quia qui in tam aperta contra veritatem evidenter cognitam rebellione versantur, paene non possunt rationabi-

liter sperare tantum gratiae miraculum, quantum ad eos convertendos necessarium est. [Isocr. Plut.]¹

†ἀνα-παινίζω (καινός) *renovo, redintegro*: δ ἔσω ήμῶν (ἀνθρωπος) ἀνακαινοῦται ήμέρᾳ καὶ ήμέρᾳ ‘(inter tribulationes) interior homo noster, i. e. anima, cotidie renovatur’, i. e. ad deponendam peccati vetustatem confortatur novas in dies vires acquirens, cum mercedem tribulationum prospiciat 2 C. 4,16; ἐνδυσάμενοι τὸν νέον (ἀνθρωπον) τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν ‘postquam induistis (baptizati evangelicâque doctrinâ imbuti) novum hominem, qui redintegratur ad statum rectae cognitionis (Dei, officiorum moralium etc.)’ C. 3,10, ad constr. cf. H. 6,6.*

†ἀνακαίνωσις, εως, ή ↑ *renovatio, redintegratio*: ἀνακαίνωσις τοῦ νοός ‘r. mentis’, i. e. rationis practicae de bonitate malitiave agendorum judicantis, per peccatum depravatae et obscuratae R. 12,2; ἀνακαίνωσις (διὰ cDE) Πνεύματος ἀγίου ‘r. a Spiritu S. effecta’ T. 3,5.*

ἀνα-παλίπτω (ἀνα- 4b) *velum removens detego, revelo*: κάλυμμα . . . μὴ ἀνακαλυπτόμενον ‘velum . . . quod non removetur’ 2 C. 3,14 trop. de obstaculo rectae intelligentiae S. Script.; quo qui carent, ib. 3,18 ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ ‘revelata facie’ gloriam Domini videre dicuntur.*

ἀνα-πάμπτω, ft. ἀνακάμψω, ao. ἀνέκαμψα: *re-flecto*; etiam *intrans. reflecto iter, revertor* Mt. 2,12. A. 18,21. H. 11,15 [Hdt. Plat. LXX]; tropo hebr. dicta quae effectu carent ‘reverti’ dicuntur (Is. 45,23; 55,11) L. 10,6.*

ἀνά-πειματι (cl. = ἀνατέθειμαι ‘superpositus sum’): 1) *supra aliquid* (ut lectum, lectulum tricliniare) *jaceo*: Mr. 5,40 r. He. Br.; 2) *in specie saepe*: *mensae accumbo* Mt. 9,10; 26,7,20. Mr. 14,18; 16,14. L. 7,37r.; 22,27. J. 12,2; 13,28; ἀνακείμενοι convivae Mt. 22,10s.; J. 6,11 de iis qui in herba ad comedendum decumbunt; ἦν ἀνακείμενος ἐν τῷ κόλπῳ Ἰ. ita mensae accubabat ut caput in sinum J. inniteretur J. 13,23. (Ad mensam accumbere veteres solebant ita, ut superiore parte corporis in cubitum sinistrum reclinata, inferiore in longum porrecta, capite leviter erecto in lectulo prope mensam posito jacerent).*
×ἀνα-περαλαιόματι dep. med.: *repetens*

(ἀνα-) breviter rei summam ac caput (χεφάλαιον) dico, ad caput omnia quae dixi revoco, sub unum caput omnia redigo [Aristot. v. l. pro simplici χεφαλαιόματι, pro quo Thuc. active χεφαλαιόω — subst. ἀνακεφαλαίωσις 'dictorum brevis repetitio' DHal.]; passive R. 13,9 = ceterorum mandatorum Dei summa ac caput dicitur in hoc mandato: Diliges etc.; ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν Χριστῷ κτλ. E. 1,10: ut orator ἀνακεφαλαιούμενος τὰ πάντα alqd. omnium rerum, quas protulit, caput designat, ita l. c. Deus dicitur voluisse omnia caelestia et terrestria ad Christum tanquam caput ordinare, Christo tamquam capiti subjicere (Chrys. μίαν χεφαλὴν ἅπασιν ἐπέθηκε τὸν Χριστόν, καὶ ἀνθρώποις καὶ ἀγγέλοις) — vel, ut orator omnia ad unitatem revocat, ita Deus dicitur totum mundum per peccatum turbatum ac discessum iterum ad unitatem atque ordinem redigere per Christum, cui omnia subjiciuntur; vg. «instaurare omnia in Christo», syr. 'renovare', copt. goth. arm. fere 'completere, consummare'. (Cum etiam orator et scriptor, qui non tam sibi quam auditoribus summam rerum proponit, nec ea iterum colligit, quae olim jam erant unita, dicitur ἀνακεφαλαιοῦσθαι, in explicatione non multum momenti ponendum videtur in forma mediali et praefixo ἀνα-.)*

ἀνα-πλίνω, ao. ἀνέκλινα, ao. P. ἀνεκλίθην: *reclino, reclinem facio, recubare facio*: ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν φάτνῃ L. 2,7 [Od. 18, 103]; — hell. *aliquem (ad cenandum) discubere facio seu jubeo*: Mr. 6,39. L. 9,15r.; 12,37 [Pol. 31, 4]: — pass. †*discumbo* ad epulas: Mt. 14,19. L. 7,36r.; allegorice de gloria regni caelestis Mt. 8,11. L. 13,29 (eadem comparatio Mt. 22,1. L. 14,16. Ap. 19,9).*

ἀνα-πόπτω, ao. ἀνέκοψα: *re-pello, retundo*; porro hell. *inhībeo* agentem s. currentem G. 5,7 r. (cr. ἐνέκοψεν) [FlJos. Plut. Luc.].¹

ἀνα-πράξω, ao. ἀνέκραγον L. 23,18 cr. et hell. ἀνέκραξα; *vocem tollo* (ἀνα- 1) *ad clamandum, exclamo, clamito*: Mr. 1,23; 6,49. L. 4,33; 8,28; 23,18.*

ἀνα-πρίνω, ao. ἀνέχρινα, ao. pass. ἀνεχρίθην; *proprie alicujus causae rationum seriem percurro* (ἀνα- 2) *ad discernendum et judicandum* (χρίνω), i. e. *rem examino*,

ad examen judiciumque revoco τὶ vel τινά; modo examinis, modo judicii idea praevalet: ἀ. τὰς γραφάς 'perscrutantes s. libros' A. 17,11; μηδὲν ἀγαχρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν 'nullo ad sedandam conscientiam examine instituto' (sc. undenam sint cibi appositi (μηδέν acc. objecti interni Kr. § 46, 5, 9; ἀνακρ. abs.) 1 C. 10, 25,27; (τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ) πνευματικῶς ἀναχρίνεται argumenta et mysteria a Spir. Dei revelata 'spiritualiter examinantur et dijudicantur' 1 C. 2,14; ib. 2,15; 4,3s.; 9,3; 14,24; — evasit terminus techn. *examinis causae forensis (verhören, untersuchen)*, interrogo: τινά A. 12,19; 28,18; pass. A. 4,9; abs. *quaestionem habeo* L. 23,14. A. 24,8.*

ἀνάκρισις, εως, ἡ † *examen, inquisitio*; Atticis etiam erat ea *quaestio judicialis reorumque interrogatio quae ipsam judicii constitutionem praecedebant*, germ. *Voruntersuchung, Vorverhör*, gall. *enquête préalable* [Xen. conviv. 5,2; Isocr. p. 318a; Plat. leg. p. 766 d. al.; 3 Mach. 7,5]; simili modo, licet non arctissimo sensu judiciali, A. 25,26.¹

***ἀνα-πυλί(νδ)ω**, pf. P. ἀνακεκύλισμαι: 1) *sursum volvo* [Sisyphus lapidem, DHal.]. — 2) *retro volvo, volvendo removeo*: Mt. 16,4 Tdf. WH.¹

ἀνα-πύπτω, ao. ἀνέκυψα: *caput superiore remque corporis partem erigo, me erigo* (opp. *κατα-, συγ-κύπτω*): L. 13,11. J. 8,7,10; — metaph. *animum erigo* ad spem ac laetitiam L. 21,28 [ut Hdt. 5, 91; X. Oec. 11, 5; FlJ. bell. 6, 8, 5 ἀ. ἐξ τοῦ δέους].*

ἀνα-λαμβάνω, ao. ἀνέλαβον, ao. P. ἀνελήμφην t. cr., ἀνελήφθην t. r.: 1) *sursum assumo, s. suscipio*: εἰς τὸν οὐρανὸν Mr. 16,19. A. 1,11; abs. A. 1,2. 1 T. 3,16 al. [4 Reg. 2,9 al.]; in navim A. 20,13s. [Pol.]; — universim: *suscipio alqm. socium itineris* ets. A. 23,31; 2 T. 4,11 [Xen. Thuc.]. — 3) *aliquid a terra suscipio* portandum, induendum, ac saepe i. q. *porto, gesto, induo*: *tabernaculum porto* A. 7,43 [Am. 5,26 Αὐλή]; *arma accipio* atque *induo* E. 6,13,16. [Hdt. 3, 78; 9, 53; Xen. Thuc.]

ἀνάλημψις (t. cr.), **ἀνάληψις** (t. r.), εως, ἡ † *susceptio, «assumptio»*: τὰς ἡμέρας τῆς ἀ. αὐτοῦ 'tempus assumptionis ejus (in caelum)' L. 9,51 (syr. arm. 'ascensionis ejus').¹

ἀναλίσκω (cl. LXX) vel ἀναλόω (Thuc.; ep. Jer. 9, Bel et draco 13), ft. ἀναλώσω, ao. 1. att. ἀνήλωσα, hell. ἀνάλωσα, ao. pass. ἀνηλώθην (Kühner 3 II § 343); 1) *insumo, impendo* v. g. pecuniam, 2) *consumo, absumo, perdo*: L. 9,54. 2 Th. 2,8 r. (et WH. marg. ἀναλοῖ); metaph. cum ironia: βλέπετε μὴ δπ' ἀλλήλων ἀναλωθῆτε 'videte ne a vobis mutuo consumamini' G. 5,15 = ne mutuis dissidiis maximum detrimentum patiamini.*

ἀναλογία, ας, ἡ (ab ἀνάλογος 2. = ἀνάλογον 'rationi consentaneus, proportione respondens') *proportio, ratio*: (ἔχοντες) εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως (sc. προφητεύετε!) 'si quidem prophetiae donum habetis, utimini eo secundum proportionem (s. mensuram cf. v. 3) hujus charismatis', i. e. doni accepti limites nolite ex naturali impulsu transgredi R. 12,6 (v. Cornely in h. l.).¹

ἀνα-λογίζομαι, ao. ἀνελογισάμην: *re-puto, recogito, recoło alqd.*; c. acc. pers. H. 12,3.¹

ἄν-αλος 2. (ἄλς) *sale carens, insulsus, insipidus*; Mr. 9,50 de ipso sale corrupto [conferri possit μήτηρ ἀμήτωρ, πόλις ἄπολις; ergo: 'sal quod nomen salis prae corruptione non jam meretur'].¹

ἀνάλυσις, εως, ἡ ↓ 1) *resolutio; solutio*. — 2) *discessus* [FlJos. Ant. 19, 4, 1], *decessus e vita, mors* 2 T. 4,6 [Philo in Flacc. § 21: ή ἐκ τοῦ βίου τελευταία ἀνάλυσις] cf. Ph. 1,23.¹

ἀνα-λύω, ft. ἀναλύω, ao. ἀνέλυσα: 1) *trans.: re-solvo, dissolvo*. — 2) *intr. a) discedo ac revertor*: ἀ. ἐκ τῶν γάμων L. 12,36 [saepē ap. Polyb. Tob. 2,9. 2 Mach. 9,1]; — b) † *e vita excedo, morior* Ph. 1,23 τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἰναι [ita ἀναλύειν ἐκ τοῦ ζῆν inscr. Oenoand. 58 I 11 (saec. 2. p. C.), Bull. 1897; ἀνέλυσεν ἐν Κυρίῳ Matth. 31].*

ἄν-αμάρτητος 2. (ἀμαρτάνω) *qui non peccavit*: ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν 'is inter vos qui non peccavit' J. 8,7 (ita Hdt. 1, 155; 5, 39 al.); *interdum* = 'qui peccare non potest', v. g. Plat. rep. I p. 339 b; Xen. Hell. 6, 3, 10].¹

Ἔ ἀνα-μένω (*per aliquantum tempus maneo*) *maneo** alqm. vel alqd., *exspecto* cum patientia ac fiducia: 1 Th. 1,10, ἐκ τῶν οὐρανῶν *praegn.*: venturum de caelo (LXX Job. 7,2. Is. 59,11. Jer. 13,16 = ηγῆ).¹

ἀναμέσον v. ἀνά.

ἀνα-μιμησκω (de η cfr. Bl. § 3, 3), ft. ἀναμηνήσω, ao. P. ἀνεμηνήσθην: *reminisci facio, in memoriam reduco, τινά τι* 1 C. 4,17; ἀναμιμησκω σε ἀναζωπυρεῖν κτλ. 'commonefacio te, ut resuscites etc.' (non mere = *exhortor* te, sed *moneo* te tui officii) 2 T. 1,6. — pass. *reminiscor, recordor*: abs. Mr. 11,21; τινός Mr. 14,72 r.; τὶ Mr. 14,72 cr., *memoria recolo, perpendo*: 2 C. 7,15. H. 10,32.*

ἀνάμνησις, εως, ἡ, † *recordatio, memoria*: εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν 'in meam memoriam' L 22,19. 1 C. 11,24 s (cf. 26 et Cornely ad h. l.; Sap. 16,6 εἰς ἀνάμνησιν ἐντολῆς νόμου σου: Lev. 24,7. Ps. 37,1; 69,1); ἐν αὐταῖς (sc. sacrificiis VTⁱ, max. anno die expiationis oblatis) ἀνάμνησις ἀμαρτιῶν κατ ἐνιαυτόν (sc. ἔστι vel γίνεται) 'in iis fit recordatio peccatorum quotannis', nempe quae in memoriam et conscientiam ita revocantur ut ea nondum fuisse prioribus sacrificiis plane expiata appareat H. 10,3 (sensus vix differret, si quis acciperet ἀνάμν. = *commemoratio, mentio*: in qua notione *vox* occurrit Polyb. 1, 5, 4).*

ἀνα-νεόω (νέος) alqm. vel alqd. *ad eum (bonum) statum reduco, in quo erat cum esset νέος*, resp. νέον, i. e. *recens* (corpus, foedus, amicitiam etc.), *redintegro, renovo*; ut S. Paulus C. 3,10 hominem ad vitam christianam baptismō renatum dicit νέον, ita E. 4,23 monet: ἀγαγεοῦσθαι τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν 'ut in dies (inf. praes.!) novitatem (supernat.) spiritus mentis redintegretis' (τῷ πν. dat. specificationis). [ἀνανέωσις pTebt. 5, 186 al.]¹

× ἀνα-νήφω, ao. ἀνένηψα: *rursus sobrius fio post crapulam* (ἐκ μέθης DHal.); metaph. *ad mentis sobrietatem redeo* post animi perturbationem vel obcaecationem, *resipisco*: ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος 2 T. 2,26 (miscentur 2 metaphorae, crapulae et laquei). [DHal., Plut., Philo, FlJos. al.]¹

Ἀνανίας, minus bene Ἀνανίας, οὐ, δ (Ανανίας) n. pr. Ananias; 1) vir ille christianus, Sapphirae maritus, subita morte extinctus A. 5,1,3,5. — 2) christianus Damascenus, a Deo ad Saulum missus A. 9,10,12 s. 17; 22,12: — 3) pontifex maximus Iudeorum cc. 47—59 p.C. Nebedaei f., A.

23,2; 24,1, de quo Fl.Jos. Ant. 20, 5, 2, Schürer II 170.*

χάρ-αντι(ρ)ρητος 2. (ἀντι-λέγω: WH. ρ, alii ρρ) sensu passivo: (res) cui non contradicitur, *indubius* A. 19,36. [Pol. Plut.]¹

χάρ-αντι(ρ)ρήτως ↑ adv., sensu activo: *sine oblocutione* i. e. *animo libenti* A. 10,29 [Pol. DSic.].¹

ἀν-άξιος 2. *indignus*; c. gen. rei 1 C. 6,2.¹

ἀν-αξίως ↑ adv. *indigne* 1 C. 11,27,29r.

He. Br. (v. Cornely in 11,27).*

ἀνάπαυσις. εως, ή ↓ 1) *intermissio* (v. g. laboris): οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν Ap. 14,11 (sc. tormentorum), 4,8 λέγοντες ‘non desinunt dicere’. — 2) *requies, recreatio, refectio*: Mt. 11,29 (= Jer. 6,16 hebr.). — 3) **quietis locus, tranquillus ad quiescendum et habitandum locus*: Mt. 12,43. L. 11,24 (cf. Gen. 8,9. Ruth 3,1. Num. 10,33. Ps. 131,8 etc.).*

ἀνα-παίω, ft. ἀναπαύσω, ao. ἀνέπαυσσα, pf. P. ἀναπέπαυμαι: 1) *cessare facio vel sino alqm. v. g. a labore s. itinere, max. ad vires recreandas (ἀνα-), recreo, reficio, ut cum novo vigore laborem s. iter continuare queat; in NT de refiendo animo: τινά Mt. 11,28; τὸ πνεῦμα τινος 1 C. 16,18; τὰ σπλάγχνα τινός Phm. 20; pass. Phm. 7; ἀπὸ πάντων ὑμῶν 2 C. 7,13 ‘ex vestra omnium parte’, intuitu omn. vestrum. — 2) med. **ἀναπαίνομαι**, ft. M. ἀναπαύσομαι vel ft. P. ἀναπαήσομαι Ap. 14,13 cr. (nHe), ao. M. ἀνεπαυσάμην: *intrans. a) cesso, desisto, recreo me, quiesco: de quiete post labores Mr. 6,31. L. 12,19 (otiare!); de quiete somnum capientis Mt. 26,45. Mr. 14,41; de quiete in Domino mortuorum: Ap. 14,13 ἐκ τῶν κόπων [Plat. Crit. init. ἐκ μακρᾶς δόδοι]; — b) +quiete *exspecto* Ap. 6,11; — c) **consido* super alqm.: τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται 1 P. 4,14 (cfr. Is. 11,2: ὅ γεν).*.**

ἀνα-πείθω, ao. P. ἀνεπείσθην: *persuadeo alci, sollicito, concito alqm., τινά c. inf. σέβεσθαι ‘ut colant’ A. 18,13 [in malam partem accipitur a loquentibus = seduco, ut X. Cyr. 1, 5, 3; Jer. 36 (29), 8].¹*

ἀνάπειρος (Tdf. WH. He.) et **ἀνάπηρος** (t. r. Br.) 2. (*πηρός* mutilus, membro captus) *mutilus, debilis: Krüppel: estropié* L. 14, 13,21 [Phryнич. Bekk. p. 9, 22].*

ἀνα-πέιπω, ft. ἀναπέμψω, ao. ἀνέπεμψα:

1) *sursum mitto*, i. e. ad locum altiore, vel ad superiores, magistratus etc. *mitto: τινὰ πρός τινα* L. 23,7,15. A. 25,21 cr. [Thuc. 2, 67, 1; Isocr. al.] — 2) *re-mitto: L. 23,11. Phm. 11 τινά τινι.**

ἀνα-πηδάω, ao. ἀνεπήδησα: *sursum salio, exsilio* (praesertim: exsilio cum quodam impetu e vehementi aliquo animi affectu, Schmidt 31, 5) Mr. 10,50 cr.¹

ἀνά-πηρος scriptio emendatior pro ἀνά-πειρος q. v.

ἀνα-πίπτω, ao. ἀνέπεσον vel hell. ἀνέπεσα: *recido; a) decumbo, recumbo* Mt. 15,35. Mr. 6,40; 8,6. J. 6,10 [Epict. 2, 18, 3]. — b) **mensae accumbo* [Alexis, Lcn. DSic.]: L. 11,37; 14,10; 17,7; 22,14. J. 13,12. — c) *me (cubans) reclino super alqd.: ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰ.* J. 13,25 WH.; 21,20.*

ἀνα-πληρώω, ao. ἀνεπλήρωσα: *proprie sursum usque ad labrum vasis impleo: 1) impleo, compleo numerum vel mensuram; metaph. ἀναπληροῦν τὰς ἔαυτοῦ ἀμαρτίας: peccata peccatis adjicere ita ut ille numerus peccatorum attingatur, quo completo Deus poenas apparentes infligere statuit 1 Th. 2,16 (sim. Gen. 15,16. Mt. 23, 32,35); cum necessarium vaticinii complementum sit eventus, ἀναπληροῦται ἡ προφητεία = eventu comprobatur Mt. 13,14 [sim. ἀποπληρώω Hdn. 2, 7, 2]. — 2) suppleo, compenso aliquem defectum: ἀ. τὸ ὑστέρημά τινος ‘alicujus defectum i. e. absentiam supplere’, alicujus absentis loco venire 1 C. 16,17. Ph. 2,30; ἀναπληροῦν τὸν νόμον ‘id praestare quod in observatione (πληροῦν G. 5,14) legis adhuc deficit’ G. 6,2; — 1 C. 14,16 δ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου ‘is qui implet locum idiotae’, is qui (dum precatur glossolalus) idiotam agit’ (idiotae erat illi precenti respondere Amen; hunc ‘locum idiotae implere’ poterant etiam glossolali alii nunc suo munere non fungentes: inde haec circumlocutio).**

ἀν-απολόγητος 2. (ἀπολογέομαι) *qui defendi s. excusari non potest, «inexcusabilis» R. 1,20; 2,1 [Pol. Plut].**

ἀνα-πτύσσω, ao. ἀνέπτυξα (ἀνα- 3 vel 4 b) *convoluta re-volvo*, i. e. *evolvo, explico: τὸ βιβλίον* L. 4,17r. Tdf. Br.; nimirum veterum codices non constabant foliis distinctis compactis, sed erant tereti baculo circumvoluti in formam cylindri,

ita ut essent legenti evolvendi. [Hdt. 1, 48. 125.]¹

ἀν-άπτω, ao. ἀνῆψα, ao. P. ἀνήφθην *incendo, accendo*: A. 28,2r. Ja. 3,5; τί θέλω εἰ ήδη ἀνήφθη! quantopere cupio jam accensum esse (ignem de quo h. l.), ad literam: ‘quantum cupio: o si jam accensus esset!’ L. 12,49.*

ἀν-αριθμητος 2. (ἀριθμέω) *innumerabilis* H. 11,12.¹

ἀνα-σείω, ao. ἀνέσεισα: *succutio*, metaph. *suscito, exagito* animos, Mr. 15,11. L. 23,5 [sic ap. DHal., DSic].*

ἀνα-σκευάζω 1) germ. *wieder aufpacken*, i. e. *vasa colligo, supellectilem loco moveo* (term. milit.), *demigro*, 2) bona aliorum *diripio, destruo* [Thuc. 4, 116]; metaph. *perturbo, τὰς ψυχὰς ὑμῶν* A. 15,24 (opp. οἰκοδομέω A. 9,31, cf. Ps. 27,5).¹

ἀνα-σπάω, ft. ἀνασπάσω, ao. P. ἀνεσπάσθην: *sursum traho vel re-traho* L. 14,5. A. 11,10.*

ἀνάστασις, εως, ἡ prout vel a transit. ἀνίστημι vel ab intrans. ἀνίσταμαι repetitur, est aut *erectio, suscitatio*, v. g. muri, statuae (etiam *expulsio, deletio*) aut *resurrectio* (dormientis, etiam mortui: Aesch. Eum. 618); in NT^o dicitur potissimum 1) *reditus mortuorum ad vitam, «resurrectio»* vel, ut quibusdam locis non minus apte active diceretur, *resuscitatio*: a) *Christi resurrectio*: A. 1,22; 2,31; 4,33. 1 P. 3,21. (cf. R. 4,25); add. ἐξ νεκρῶν 1 P. 1,3; eadem, quatenus per eam Christus vitam beatam ac gloriosam adeptus est, R. 6,5. Ph. 3,10. — b) *mortuorum resurrectio* seu *resuscitatio*, a) singulorum quorundam hominum: ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκρούς αὐτῶν ‘recepérunt mulieres per resuscitationem (3 Reg. 17,21s. 4 Reg. 4,34s.) mortuos suos’ H. 11,35; β) communis omnium hominum in fine mundi: ἀνάστασις [τῶν] νεκρῶν, ἐκ [τῶν] νεκρῶν vel simpl. (ἡ) ἀνάστασις; generatim: λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν ‘negantes esse resurr.’ Mt. 22,23; Mr. 12,18. L. 20,27; J. 11,24. A. 4,2; 17, 18,32; 23,6,8; 24,15,21. 1 C. 15,12s., 21. 2 T. 2,18. H. 6,2; justis erit ἀνάστασις ζωῆς (χρείττων H. 11,35), improbis ἀνάστασις κρίσεως ‘r. ad vitam, ad condemnationem’ J. 5,29 (de genet. v. Bl. § 35, 5); *resurrectio gloriosa justorum interdum maxime vel unice consideratur*: Mt. 22,28,30s. Mr.

12,23. L. 14,14; 20,33,35s. 1 C. 15,42 (cf. J. 6,39s., 44,54); — ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν ‘e resurrectione mortuorum’, quatenus ipsius Christi resurr. est illius initium, praecipua pars ac pignus R. 1,4; — c) metonymice: ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις = resurrectionis auctor J. 11,25; πρώτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν primus inter resuscitatos ex mortuis A. 26,23; — d) commemoratur ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη Ap. 20,5s., de qua Chr. Pesch (prael. dogm. IX, n. 697): «resurrectio prima est vita animalium justarum in caelo; resurrectio secunda est, qua animae cum corporibus rursum conjungentur». — 2) *surrectio a lapsu*; trop. *transitus a statu miseriae mortisque spir. ad veram beatamque vitam*, rursusque id metonymice: *causa hujus transitūs: οὗτος κεῖται εἰς ἀνάστασιν πολλῶν ἐν Ἰσρ. L. 2,34.**¹

ἀναστατώω, ao. ἀνεστάτωσα (= ἀνάστατον [ab ἀνίστημι aut ἀνίσταμαι] ποιῶ): 1) *excito, perturbo, doctrinis quibusdam exagito* aliquos: A. 17,6. G. 5,12. — 2) *rebelles facio, ad rebellionem concito* aliquos A. 21,38 [Aq. Symm., pOx. 119, 10 ad iram concito; ἐξ-αναστατώ pBer. 1079, 20].*

ἀνα-σταυρόω, (ἀνα- 1) *sursum in crucem* (σταυρός) *ago, cruci affigo, vox meliorum autorum* [Hdt. 6, 30; 7, 194. 238; Xen. anab. 3, 1, 17; Thuc. 1, 110, 3 al.] loco simplicis σταυρόω, quo autores deterioris aetatis cum eodem sensu utebantur: unde H. 6,6 ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ‘cruci affigentes sibi (dat. incommodi) f. D.’; nempe abjectā fide, negatā missione divinā Jesu, id faciunt (moraliter) quod ii qui Christum in crucem egerant illisque consentire videntur. — (ἀνα-σταυρόω = *iterum cruci affigo* (ἀνα- 3) ap. nullum quidem scriptorem occurrit et ex natura rei vix occurrere potest. Sed cum hic nomen ‘iteratae crucifixionis’ in rem quodammodo quadret et ἀνα- (re-) facile verbis praefigatur, nihil obstat quin cum veteribus versionibus (syr., copt., vulg., arm.) et Graecis Patribus explicemus: ‘rursum crucifigentes’).¹

ἀνα-στενάζω, ao. ἀνεστέναξα *sursum* i. e. *ab imo pectore edo suspiria, ingemisco* Mr. 8,12.¹

ἀνα-στρέφω, ao. ἀνέστρεψα, ao. pass. *ἀνεστράφη*: *invertō, revertō, verso*; 1) act.

a) trans. *subverto*: τὰς τραπέζας ἀνέστρεψεν J. 2,15 [Il. 23, 436]; — b) intrans. *revertor*: A. 5,22; 15,66 (ubi supple: ‘ad populum quem dereliqui’). — 2) pass. *huc illuc versor*: a) sensu loc.: *versor*, *commotor* alicubi: ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ Mt. 17,22 r. [Plat. rep. VIII p. 558 a: μένειν καὶ ἀ. ἐν]; — b) sensu eth. de vitae ratione et conversatione: *me gero, vivo*: πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέψεσθαι 1 T. 3,15; 2 C. 1,12; ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν ‘vitam egimus olim inter cupiditates nostras carnales’ E. 2,3; 1 P. 1,17 (c. acc. temp.). 2 P. 2,18 [ἀ. ἐν μέσαις εὐφροσύναις Xen. Ages. 9, 4 al.]; cum solo adv.: καλῶς H. 13,18 [Pol. θρασέως, ἀσεβῶς]. — H. 10,33 κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες ‘socii facti eorum qui sic vivunt’, i. e. qui tales vitam (inter ignominias et aerumnas) agunt [οὐ ἀπὸ τοῦ βελτίστου ἀναστρεφόμενος ‘haud optime se gerens’ pFay. 12, 6; passim in inscr.].*

ἀναστροφή, ἡ, ἥ (↑ 2 b)* *vivendi ratio* quatenus est factis moribusque conspicua, «conversatio»: G. 1,13. E. 4,22. 1 T. 4,12. Ja. 3,13. 1 P. 1,15,18; 2,12; 3,1s.,16. 2 P. 2,7; 3,11; etiam H. 13,7: ὃν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔχβασιν τῆς ἀναστροφῆς ‘contemplamini exitum (gloriosum, sc. palmam martyrii) quem sortita est eorum (sancta) vitae ratio’ [Tob. 4,14. 2 Mach. 5,8. Polyb., inscr. maris Aeg. 1032,6 Hicks 200,24 al.].*

ἀνα-τάσσω (*rursus*) *ex ordine colloco, digero*; med. ἀνατάσσομαι significare videatur i. q. *e memoria repeto seu restituo*: πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν . . . πραγμάτων καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ αὐτόπται . . . γενόμενοι τοῦ λόγου ‘multi instituerunt narrationem eorum, quae apud nos gesta sunt, sic *e memoria* (scriptim) restituere, ut ii illa tradiderant qui ipsi testes et ministri verbi fuerunt’ L. 1,1; verterunt syr. copt. goth. ‘scribere’, vulg. evgl. Hier. ‘ordinare’, arm. ‘rursus ordinare’ [cf. Blass, Philology of the Gospels, p. 14 ss.]. NB. Extra NT in libris veterum tantum bis ἀνατάσσομαι occurrit: a) Plut. mor. 968c de elephante satis stolido, sed discendi cupidissimo: ὁ φθη νυκτὸς πρὸς τὴν σελήνην ἀνατατόμενος τὰ μαθήματα καὶ μελετῶν cernebatur nocte lunâ lucente *e memoria repetens* et exercens ea

quae edoctus erat; b) Iren. 3, 21, 2 de Esdra *e memoria restituente* sacros libros combustos: τοὺς τῶν προγεγονότων προφητῶν πάντας ἀνατάξασθαι λόγους.

ἀνα-τέλλω, ao. ἀνέτειλα, pf. ἀνατέταλκα: 1) transit. *exoriri facio*: τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει Mt. 5,45 [plantas Il. 5, 777; Gen. 3,18; fons aquas Pind. I 5, 72 al.]. — 2) intrans. *orior*, max. de plantis et sideribus: sol Mt. 13,6. Mr. 4,6; 16,2. Ja. 1,11; lumen Mt. 4,16; φωσφόρος 2 P. 1,19; nubes L. 12,54; — de ortu posteritatis: ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν δὲ κύριος H. 7,14 [Apoll. Rhod. 1, 810; cf. Pind. I 6,5 transit. Διόνυσον ἀνέτειλας: Jer. 23,5 ἀναστήσω τῷ Δαυεὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, קִדְצַת פָּמֶן ‘germen justum’: itaque non tam soli orienti quam plantae nascenti proles comparatur].*

ἀνα-τίθημι, ao. med. ἀνεθέμην: med. hell. = *propono* rem alci., *communico* rem cum alqo., de ea consulturus, τί τινι A. 25,14. G. 2,2 [2 Mach. 3,9. Plut. mor. 772 d al.].*

ἀνατολή, ἡ, ἥ (ἀνατέλλω) 1) *ortus* siderum; ita sec. multos Mt. 2,2,9 ‘in ortu’. — 2) *regio caeli vel terrae orientalis, oriens*, sing. vel plur. [Plut. Epict. LXX ss.]: ἀπὸ ἀνατολῶν Mt. 2,1 (ubi cfr. Num. 23,7, ubi in sticho parallelo ἐξ Μεσοποταμίας). 8,11; 24,27. L. 13,29. Ap. 21,13 v. (add. ἡλίου Ap. 16,12 r.), ἀπὸ ἀνατολῆς Ap. 21,13 v. (add. ἡλίου 7,2; 16,12 cr.); ἡ ἀνατολή de certa quadam regione Mt. 2,2,9 (v. supra et ad 2,1). — 3) metonymice: **sidus oriens* [Is. 60,3 = ΠΡΑΞΙ], i. e. Salvator L. 1,78 (ex add. ἐξ ὅψους, ἐπιφᾶναι, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν constat, hīc ἀνατολή non posse accipi, ut Jer. 23,5. Zach. 3,8; 6,18 = ΠΜΝ ‘germen.’).*

ἀνα-τρέπω *subverto, evertō, destruo*; metaph. bonum rei statum *perverto*: πίστιν 2 T. 2,18, οἴκους ‘familias’ T. 1,11.*

ἀνα-τρέψω, ao. ἀνέθρεψα, pf. P. ἀνατέραμψαι, ao. P. ἀνετράφη: prpr. aliquem *ut crescat* (ἀνα- 1) *nutrio, enutrio*; dein *edūco* [Hdn. Epict.]: L. 4,16 Tdf. A. 7,20s.; 22,3.*

ἀνα-φαίνω, ao. hell. ἀνέφανα, ao. P. ἀνεφάνη: *elucere facio, palam ostendo*: L. 19,11 pass.; ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον A. 21,3 Elz. He. Br. tolerari non potest; Tdf. WH cum ΝΒ³ ἀναφάναντες δὲ τὴν K. ‘cum Cyprum (appropinquando) appa-

rere fecissemus = in conspectum Cypri venissemus (quod potest fuisse terminus techn. nautarum: cfr. opp. ἀποκρύπτειν γῆν ‘recedere navi a terra ita ut evanescat’, Pl. Protag. 338a, Lucian. V. H. 2, 38; lat. *abscondere arces* Aen. 3, 291).*

ἀνα-θέρω, ao. ἀνήνεγχον et hell. ἀνήνεγκα: *sursum fero*; 1) alqm. *sursum fero, duco*: ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὅρος Mt. 17,1; Mr. 9,2; pass. ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν L. 24,51. — 2) **victimam in aram effero, offero*: θυσίας ἀ. H. 7,27; 13,15. 1 P. 2,5; τινά H. 7,27b. Ja. 2,21 (LXX: Gen. 8,20. 2 Chr. 19,31 al.). — 3) ad Is. 53,12 αὐτὸς ἀμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκεν (**ἌΝΨ**) in se sustulit vicariāque satisfactione delevit) alluditur H. 9,28 ἀπαξ προσενεγχεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἀμαρτίας ‘semel oblatus ut multorum ferret (ferendoque deleret) peccata’, et 1 P. 2,24 τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ξύλον ‘n. pecc. in suo corpore in crucem (ascendens) tulit’, vel (cf. C. 2,14) ea ‘in crucem sustulit’ ut ibi delerentur.*

ἀνα-φωνέω, ao. ἀνεφώνησα: sublata voce *exclamo* L. 1,42 [Aristot. LXX al.].¹

ἀνάγγυσις, εως, ἡ (ἀνα-χέω, diffundo; pass.: exundo) *diffusio, exundatio* [ποταμῶν Ael., ’Ψκεανοῦ Prisc.]: metaphorice de vitio τῆς ἀσωτίας, q. v.: † *effusio hominis in vita ac voluptates* 1 P. 4,4 (vulg. haud bene ‘confusio’, arm. ‘evagatio’; sunt qui, quia Straboni ἀναχύσεις sunt loca in quibus remansit aqua exundationis, explicit ‘paludem, sentinam’).¹

ἀνα-χωρέω, ao. ἀνεχώρησα: *re-cedo, revertor* Mt. 2,12s.; 9,24; 27,5. — in specie: *recipio me in locum tutiorem, quietiorem, occultum, a tumultu turbaque remotum, secedo*: Mt. 2,14,22; 4,12; 12,15; 14,13; 15,21. Mr. 3,7. J. 6,15. A. 23,19 (χατ’ ἰδίαν); 26,31 [*emigro εἰς τὴν ἔνην pOx.* 251, 10; 252, 9].*

***ἀνάψυξις**, εως, ἡ ↓ *refrigeratio* ab aestu; latius: *quaevis relaxatio miseriae* (Ez. 8,15), *consolatio*; *χαιροὶ ἀναψύξεως* de tempore post alterum Christi adventum A. 3,20 [Philo, Strab. LXX; cl. ἀναψυχή].¹

ἀνα-ψύχω, ao. ἀνέψυξα: proprie: *refrigero*; dein sensu latiore: *reficio, recreo, consolor* alqm. sive corpore sine animo 2 T. 1,16 [Hom. Eur.].¹

ἀνδραποδιστής, οῦ, δ (ἀνδραποδίζω aliquem *mancipium facio*, ἀνδράποδον *mancipium abjectissimae condicionis*; sec. Brugmann τὰ ἀνδράποδα est vocab. ad similitudinem vocis τὰ τετράποδα efformatum [cf. Il. 7, 475 ἀνδραπόδεσσι], et ab hoc plurali singularis heteroclitus derivatus) «*plagiarius*» i. e. qui *variis artibus hominem liberum collectum furatur aliisque servum vendit, interdum etiam = is qui alterius domini servum furatur et vendit* 1 T. 1,10 [similiter tales inter scelestissimos enumerantur Plat. rep. 1. p. 344b, Dem. 4, 47 al.].¹

Ἀνδρέας, οὐ, δ n. pr. graecum; *Andreas*, Bethsaidensis, fr. Petri, discipulus primus Johannis Bapt., postea Jesu, apostolus creatus: Mt. 4,18; 10,2. Mr. 1,16,29; 3,18; 13,3. L. 6,14. J. 1,41,45; 6,8: 12,22. A. 1,13.*

ἀνδρίζω (ἀνήρ) *virilem reddo, laboribus induro*; med. *virum me praesto, ut decet virum me gero, animosus sum et intrepidus: ἀνδρίζεσθε!* ‘virilem habete animum’ 1 C. 16,13 [Xen. an. 4, 3, 34; 5, 8, 15 opp. βλαχεύω ignavus sum; LXX].¹

Ἀνδρόνικος, οὐ, δ *Andronīcus* R. 16,7.¹

ἀνδροφόνος, οὐ, δ (ἀνήρ, ΦΕΝΩ = φονεύω) *homicida* 1 T. 1,9 [Hom. Plat. Dem., 2 Mach. 9,28].¹

ἀν-έγκλητος 2. (ἐγ-καλέω) *quem criminari non possis, inculpatus* 1 C. 1,8. 1 T. 3,10. T. 1,6 s.; copulatur cum ἄγιος, ἄμωμος C. 1,22 [cl., pap.].*

†ἀν-εκδιήγητος 2. (ἐκ-δι-ηγέομαι) *ineNarrabilis*, i. e. ad quem digne laudandum, describendum, explicandum verba non sufficiunt 2 C. 9,15 [ser. eccl.].¹

†ἀν-εκλάλητος 2. (ἐκ-λαλέω) *ineffabilis* 1 P. 1,8 [Heliod.].¹

ἀν-έκλειπτος 2. (ἐκ-λείπω ‘deficio’) *qui non deficit, inexhaustus; θησαυρός* L. 12,33, cf. Sap. 7,14 [DSic. Plut.].¹

ἀνεκτός 3. (ἀν-έχομαι) *tolerabilis; compar. ἀνεκτότερος* 2.; constr. impers. ἀνεκτότερον ἔσται τινί = tolerabilius erit condicio ejus, minus gravis poena ei infligetur Mt. 10,15; 11,22,24. Mr. 6,11r. L. 10,12,14 [Hom. ss.].¹

***ἀν-ελεήμων**, ονος, δ, ἡ *immisericors, crudelis* R. 1,31 [LXX; adv. -όνως ap. Antiphonem 1, 25].¹

†ἀν-έλεος 2. (ό ἔλεος) *sine misericordia; κρίσις* Ja. 2,13 cr.¹

† ἀνεμίζω ↓, pass. ἀνεμίζομαι *ventis agitor* Ja. 1,6 [schol. ad Od. 12, 336; Jo. Mosch. ita active ἀνεμίζοντος τοῦ πλοίου].¹

ἀνεμος, ου, ὁ 1) *ventus* Mt. 11,7. L. 7,24. Ju. 12; max. *ventus vehementior ac procellosus* Mt. 7,25,27; 8,26s. Mr. 4,39. A. 27,7,15; dic. ἀνεμος μέγας J. 6,18. Ap. 6,13, ἵσχυρός Mt. 14,30 r., σκληρός Ja. 3,4, τυφωνικός A. 27,14, ἐναντίος Mt. 14,24. Mr. 6,48. A. 27,4, λαῖλαψ ἀνέμου Mr. 4,37. L. 8,23; — οἱ δὲ ἀνεμοι τῆς γῆς quattuor venti cardinales Ap. 7,1 (Jer. 49,36 [LXX 25,35]. Dan. 7,2). — Inde 2) *plaga caeli*: ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων a 4 plagi i. e. ex omnibus terrae partibus et locis (Ez. 37,9 al. — eadem formula, sed non hoc sensu universali, occurrit pRain. 115,6 [γείτο]νες ἐκ τεσσάρων ἀνέμων). — 3) metaph. *res inconstans, inanis, vana*: ἀνεμος τῆς διδασκαλίας E. 4,14 [cfr. ἀνεμιαῖος, ἀνεμώλιος = *ventosus, inanis*].*

† ἀν-ἐνδεκτος 2. (ἐν-δέχεται = 'fieri potest' Dem. Isocr. Arist. etc.) *res quae fieri non potest, «impossibilis»*: ἀνένδεκτον ἔστιν τοῦ τὰ σκάνδαλα μὴ ἐλθεῖν 'impossibile est ut scandala non veniant' L. 17,1; genet. inf., quia subest voci notio 'impediendi', Bl. § 71, 3. [Artemidor. (160 p. C.) oneirocritica 2, 70; DLaërt. 7, 50 al.].¹

† ἀν-εξεραύνητος [Tdf. WH. scriptio alexandrina, v. Bl. § 6, 1] = ἀν-εξερεύνητος 2. (εξ-ερευνάω) *qui indagari seu investigari non potest, «incomprehensibilis»* R. 11,33 [Symm. Prov. 25,3. Jer. 17,9. DCass. 69,14].¹

† ἀνεξή-κανος 2. (ἀν-έχομαι, κακόν) *malorum tolerans*, i. e. qui aequo animo calamitates, illatas sibi injurias, aliorum errores vitiaque perfert, *patiens* 2 T. 2,24 [Justin. M. apol. 1, 16; Lucian.; Sap. 2,19 ἀνεξικακία].¹

* † ἀν-εξιγνίαστος 2. (*εξ-ιχνιάζω) *qui per vestigari (i. e. mente comprehendere) non potest, «investigabilis»* R. 11,33. E. 3,8 (Job 5,9; 9,10; or. Manass. 6).¹

† ἀν-επαίσχυντος 2. (ἐπ-αἰσχύνομαι) *qui non erubescit, qui omnem pudorem exuit, sed id in bonam partem = qui strenue et sine falso pudore agit quae sui officii sunt* ('inconfusibilis'); 2 T. 2,15 ἐργάτης (cf. ib. 1,8,12,16).¹

ἀν-επίλημπτος hell. = ἀν-επίλημπτος 2.

(ἐπι-λαμβάνομαι = 'reprehendo' Pl. Phaedr. 236 b; Xen. Hell. 2, 1, 32 al.) *irreprehensus, inculpatus* 1 T. 3,2; 5,7; 6,14 [Xen. Cyr. 1, 2, 15; Thuc. Plat. al.].*

ἀν-έρχομαι, ao. ἀνήλθον: *ascendo* J. 6,3; — in locum altius situm *proficiscor* G. 1,17,18.*

ἀνεσις, εως, ἡ (ἀν-ίημι) *remissio, relaxatio, mitigatio*: ἔχειν ἀνεσιν = in liberiore esse custodia A. 24,23 (tamen vinctum 27) [cf. Fl. Jos. ant. 18, 6, 10]; *mitigatio sollicitudinum, tranquillitas* 2 C. 2,12; 7,5; inopiae mitigatio 2 C. 8,13; de perfecta relaxatione seu potius cessatione persecutionum quae in beatudine aeterna habetur 2 Th. 1,7.*

* † ἀν-ετάξω *perquiro, examino, sciscitor* (Judic. 6,29 A; hist. Sus. 14); — sensu forensi: *quaestionem habeo de algo, germ. verhören; εἴπας μάστιξιν ἀνετάξεσθαι αὐτόν* 'jussit, ut in eum flagris inquireretur' A. 22,24; ib. 29 [nusquam praeterea].*

ἀνευ *praepon.* quam sequitur genet.: 1) *sine* 1 P. 3,1; 4,9. — 2) ἀνευ *τινός* = *sine alicuius interventu, inscio vel invito aliquo* Mt. 10,29 [ita ἀνευ θεοῦ Od. 2, 372; 15, 531; μηθὲν ἀνευ σοῦ ποιεῖν pTebt. 20,7].*

ἀν-εύθετος 2. *non bene positus, non opportuno loco situs, non idoneus, πρός τι* A. 27,12.¹

ἀν-ευρίσκω, ao. ἀνεῦρον (t. r. He. Br.) et ἀνεῦρα (Tdf. WH.): *reperio eum quem quaesivi*, L. 2,16. A. 21,4.*

ἀν-έχομαι, impf. hell. ἀνειχόμην = cl. ἡνειχόμην (t. r.), ft. ἀνέξομαι, ao. hell. ἀνεσχόμην = cl. ἡνεσχόμην (t. r. He. Br.): «me erectum teneo» = *sustineo, patienter tolero*, seq. genet. personae vel rei toleratae: ἔως πότε ἀνέξομαι δύμῶν; Mt. 17,17. Mr. 9,19. L. 9,41; 2 C. 11,1,19. E. 4,2. C. 3,13; ad eum usum (class.), qui huic verbo acc. obj. adnectit, referre licet: ἐν ταῖς θλίψειν αἷς (= ἄς) ἀνέχεσθε 2 Th. 1,4, et ὅφελον ἀνείχεσθε μου μικρόν τι ἀφορούντης 'utinam sustineretis ex mea parte nonnihil insipientiae!' 2 C. 11,1; — abs., *aequo animo sum* 1 C. 4,12. 2 C. 11,4 (ironice), 20; — e contextu = *patienter audio*: aliquem A. 18,14, aliquid 2 T. 4,3. H. 13,22.*

ἀνεψιός, οῦ, ὁ (= ἀ-νεπτ-ιός 'con-nepotius', nempe qui per alterutrum parentum est ejusdem avi aviaeque *nepos*) *conso-*

brinus lato sensu, i. e. patrui seu amitae seu avunculi seu materterae filius, germ. Geschwisterkind, Vetter, gall. cousin (cfr. Pollux 3, 28) C. 4,10.¹

ἄνηθον, οὐ, τό *anēthum*, planta aromatica, germ. *der Dill*, gall. *aneth*, *anethum graveolens L.* Mt. 23,23 (cave confundas cum alia planta, quae est ‘*anīsum*’, an. *Pimpinella L.*, germ. gall. ‘*Anis*’).¹

ἀν-ήνω ad aliquid summum (ἀνα-) *pervenio, pertingo*; dein ἀνήκει τι πρός τινα aliquid ad aliquem *pertinet, attinet, ei debetur* (germ. *zukommen*) [pap.]; in N. T. ethice: ~~convenit, decet, oportet~~: τὸ ἀνῆκον ‘id quod officii tui est’ Phm. 8; τὰ οὐκ ἀνήκοντα ‘quae dedecent’ E. 5,4r. Br.; alii δὲ οὐκ ἀνήκεν: *imperf. dedecentiam retrorsum extendit usque ad tempus ex quo Christiani facti sint, et fort. leviter innuit non semper ita omnino factum esse ut decebat*; itidem C. 3,18 [τὰ ἀνήκοντα τῇ πόλει τῶν Μαγνήτων, inscr. Magn. 53, 65, III^a].*

ἀν-ήμερος 2. (ἡμερος 2.) *non mansuetus, «immitis», inhumanus* 2 T. 3,3 [Aesch. etc.].¹

ἀνήρ, ἀνδρός, ὁ *vir*: 1) sensu stricto: *mas adultus*; a) ita ut magis aetatis ratio habeatur: ὅτε γέγονα ἀνήρ 1 C. 13,11: ἀνήρ τέλειος E. 4,13 (trop.) [cf. Xen. symp. 4. 17: παῖδες, ἔφηβοι, τέλειοι ἄνδρες, γεράτεροι]. — b) sexūs ratio habetur A. 17,12; 22,4. 1 C. 11,3 al. — c) mulieribus ac parvulis oppon. Mt. 14,21; 15,38. Mr. 6,44. L. 9,14. J. 6,10. — 2) sensu arctiore: a) *vir matrimonio junctus, maritus*: ἐὰν αὐτὴ ἀπολύτασα τὸν ἄνδρα αὐτῆς γαμήσῃ ἄλλον, μοιχᾶται ‘si dimisso suo conjuge alii nupserit, moechatur’ Mr. 10,12: Mt. 1,16,19. Mr. 10,2. L. 1,34; 2,36. J. 1,13; 4,16. A. 5,9. R. 7,2 s. 1 C. 7; 14,35. E. 5. 1 T. 3,2 al.; de marito futuro, sponso Ap. 21,2; metaph. de Christo, sponso Ecclesiae 2 C. 11,2. — b) *vir nobilis, opibus praestans*: Ja. 2,2 (opp. πτωχός: cf. Eccli. 10,23(26) ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετόν, opp. δοξάσαι ἄνδρα ἀμαρτωλόν); — inde est nomen honorificum quo quis alios alloquens appellat, sive simpliciter ἄνδρες! A. 7,26; 14,15; 19,25; 27,10,21,25, sive addito nomine gentilicio vel muneris vel alio titulo convenienti: ἄνδρες Γαλιλαῖοι A. 1,11, ἀδελφοί A. 1,16, συντεχνῖται A.

19,25 cD. — 3) sensu latiore: a) ita ut vix plus dicat quam nomen *homo* vel pronomen *quidam, aliquis*, vel *is* vel linguarum recentium nomina *individu, sujet, germ. Individualum*, ut saltem aetatis vix ratio habeatur, licet ut plurimum reapse de *viro* dicatur: ἄνδρες εὐλαβεῖς ‘pii quidam homines’ A. 8,2; ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας ‘submiserunt quosdam qui dicerent’ A. 6,11; L. 5,18; 7,20; 9,38; 22,63. J. 1,30. A. 1,21; 9,38 al.; ἄνηρ τις L. 8,27. A. 10,1; ἄνηρ δὲ ‘is qui’ R. 4,8. Ja. 1,12; sic ut sequenti adjectivo deficientem huic vim substantivi suppleat: ἄνηρ φρόνιμος, μωρός Mt. 7,24,26, L. 17,12; 19,7; ita saepe cum describendorum morum causa appositive adjicitur: Στέφανον, ἄνδρα πλήρη πίστεως A. 6,5: 10,22; 13,7; etiam substantivis praeponitur: ἄνηρ προφήτης ‘vir prophetae dignitatis’ L. 24,19; ἄνηρ φονεύς ‘vir (tam perditus ut fuerit) homicida’ A. 3,14: 13,6 cr.; itidem nominibus gentiliciis: ἄνηρ Αἰθίοψ ‘homo natione Aethiops’ A. 8,27; Mt. 12,41. A. 10,28; 11,20 al. — b) ἄνδρες = *homines*, ita ut viri tamquam pars potior nominentur: L. 11,31; — c) *quidam (angelus) speciem hominis vel viri pree se ferens*: L. 24,4. A. 1,10; 10,30.

ἀνθ-ίστημι, *oppono*; intr. med. ἀνθίσταμαι, ao. ἀντ-έστην, pf. ἀνθ-έστηκα; *oppono me, obsisto, resisto, obnitor*, i. e. *aliquo modo studeo efficere, ne alias id quod vult, obtineat seu assequatur, factis vel verbis, in bonam vel malam partem*: Mt. 5,39. L. 21,15. A. 6,10; 13,8 al.; pf. *obsto* R. 9,19; 13,2.

. ἀνθ-ομολογέομαι (ἀντι- = ‘vicissim’, ad referendam ex mea parte gratiam; δμολογέομαι, ut LXX ἔξομολογέομαι = ‘laudibus celebro’) *grato animo impulsus laudibus effero, celebro alqm. τινί L. 2,38 [Ps. 78,13 πτῶτη, 3 Mach. 6,33; class.: ‘inter se pacisci, profiteri, assentire’].¹

ἄνθος, οὐς, τό *flos* Ja. 1,10 s. 1 P. 1,24 (cf. Ps. 102,15. Is. 40,6 s.).*

ἀνθρακία, ἄς, ἡ ↓ *strues prunarum (Kohlenfeuer)* J. 18,18; 21,9 [Il. 9,213 al.].*

ἀνθραξ, χος, ὁ *carbo vel pruna* i. e. c. *ardens*: ἄνθρακας πυρὸς σωρεύει ἐπὶ τὴν κεφαλήν τινος R. 12,20 (Prov. 25,22) est metaphorā hebr. qua significatur, inimicum esse beneficiis collatis ad illatarum

injuriarum dolorem et ruborem (*pudorem*) commovendum.¹

* ἀνθρωπάρεσκος 2. (ἀνθρωπος, ἄρεσκος ‘blandus, aliorum gratiam aucupans’, ab ἀρέσκω ‘placeo’) *hominum favorem captans, qui hominibus placere studet* E. 6,6. C. 3,22 (Ps. 52,6; Ps. Sal. 4,8,10,21; ἀνθρωπαρεσκία Justin. M. apol. 2).*

ἀνθρώπινος 3. (ἀνθρωπος) *humanus*: 1) generatim: *ad homines pertinens*: χεῖρες ἀ. A. 17,25 cr. = χ. ἀνθρώπων t. r.; η φύσις ή ἀ. Ja. 3,7; ἀ. κτίσις ‘institutum hu.’ (vel = ab hominibus factum, vel = quod ab hominum natura sociali exigitur) 1 P. 2,13. — 2) *humanus* eo sensu ut conotetur *humanae naturae fragilitas vel vitiositas, quatenus humanum opponitur divino*: ἀ. σοφία 1 C. 2,4 r.,13; ἀ. ήμέρα ‘consensus judicum humanorum’ (sicut contra judicium Domini universale est η ήμέρα τοῦ Κυρίου) 1 C. 4,3. — 3) *quod humanae illi fragilitati atque imbecillitati adaptatur*: πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος tentatio vos non apprehendit nisi ad humanam imbecillitatem accommodata, i. e. viribus vestris non major [Pollux 3, 27, 131: δούκεις τις ὑπομείνειν ‘intolerabilis’, huic oppositum esse κοῦφον, εὔφορον, διστόν, ἀνθρώπινον, ἀνεκτόν] 1 C. 10,13; ἀνθρώπινον λέγω ‘alqd. humani dico’ i. e. praeceptum vobis do seu propono, huminarum virium modum haud superans, R. 6,19.*

ἀνθρωπο-κτόνος, ου, δ (¶, κτείνω) *homicida* 1 J. 3,15 b; ita J. 8,44 diabolus vocatur, utpote auctor moralis tam primi peccati lataeque in genus humanum sententiae mortis quam homicidiorum omnium; qui fratrem suum odio habet, ἀ. ἐστιν ‘est homicidae instar’, habet in se vera quaedam initia et germina ejus malitiae cuius extremum fastigium ac facinus est homicidium, 1 J. 3,15 a. [Eur].*

ἀνθρωπος, ου, δ *homo*; 1) ita ut humanae naturae ratio habeatur vel homo aliis opponatur; a) generatim: καγώ αὐτὸς ἀνθρωπός εἰμι A. 10,26; 1 C. 2,11; 15,21. Ph. 2,7. H. 2,6; opp. Deus Mt. 19,26; 21,25. A. 5,4. G. 1,1,10, angeli 1 C. 4,9; 13,1, beluae Mt. 4,19; 12,12. 1 C. 15,39; μέτρον ἀνθρώπου ‘quali homines uti solent’ Ap. 21,17, ἀριθμὸς ἀνθρώπου numerus [litteris, ex quibus componitur] hominem designans

Ap. 13,18; κατὰ ἀνθρώπους ‘secundum hominum morem’ = eo modo quo homines communiter morti succumbunt 1 P. 4,6; huc pertinet circumlocutio ex lingua hebr. et aram. petita υἱὸς ἀνθρώπου, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, de qua plura in art. υἱὸς I 3 b, II 3. — b) οἱ ἀνθρωποι passim sunt *homines inter quos alq. vivit, cum quibus agit, qui praesentes adsunt, vulgus, germ. die Leute, gall. les gens, vel proximi, germ. die Mitmenschen*: Mt. 5,16; 8,27; 16,13; 23,4. Mr. 8,27. L. 1,25; 6,31; 12,8. J. 4,28; 6,10,14. A. 18,13. Ja. 3,9 al. — c) ita ut consideretur homo mere naturalis cum suis judiciis, cupiditatibus, indeole etc. (opp. homo in altiore gratiae ordine constitutus, revelatione edoctus etc.): κατὰ ἀνθρώπον λέγω ets. ‘secundum hominum morem sic dico’ R. 3,5, exemplo e vita humana petito utor G. 3,15, solo rationis judicio doctus sic loquor? (opp. ex revelatione scio) 1 C. 9,8; κατὰ ἀνθρώπον ἔθηριομάχησα ‘ut merus homo [qui tantum humana, terrena, caduca cogitat] pugnavi’ (opp. ut Christianus) 1 C. 15,32; alibi conotatur naturae humanae fragilitas, vitiositas, perversitas: κατὰ ἀνθρώπον περιπατεῖτε, ἀνθρωποί ἐστε ‘humano modo vivitis, homines estis’ 1 C. 3,3 s.; διδασκαλίαι τῶν ἀνθρώπων C. 2,22; Mt. 15,9; 16,23. Mr. 7,7 s.; 8,33. 1 C. 2,5. E. 4,14. 1 P. 4,2. — d) dictiones quaedam singulares: δ πρῶτος ἀ. sc. Adam 1 C. 15,45,47, cui opponitur δ δεύτερος ἀ. alterum humani generis caput, Christus 1 C. 15,47: ἀ. (τοῦ) Θεοῦ homo Deo serviens 1 T. 6,11. 2 T. 3,17, a Deo missus 2 P. 1,21; δ ἡς ἀμαρτίας, vel ἀνομίας homo peccati servitus totus mancipatus 2 Th. 2,3. — e) metonymice = homo in hoc illove statu seu condicione positus vel haec illave pars hominis: dist. δ παλαιὸς ἀ. et δ καινὸς ἀ. R. 6,6. E. 4,22,24. C. 3,9 homo in statu servitutis peccati, nondum gratiā regeneratus, et homo in statu libertatis gratiae; dist. δ ἔσω et. δ ἔξω ἀ. ille est ipsa mens hominis (sive non regenerati R. 7,22 = νοῦς 23, sive regenerati 2 C. 4,16. E. 3,16), hic est corpus; δ χρυπτὸς τῆς καρδίας ἀ. homo qualis est ex parte ejus invisibili (χρυπτός), i. e. ex parte mentis (καρδία) 1 P. 3,4. — 2) conotatur hominis sexus masculinus = *mas*, *vir* Mt.

19,5. 1 C. 7,1 et saepe. — 3) sensu generaliore: *individuum aliquod generis humani, aliquis, ille*: a) δ ἄνθρωπος is de quo agitur Mt. 12,13; 26,72. Mr. 3,5; 5,8. L. 23,6. J. 4,50 al., οὗτος vel ἔκεινος δ ἄνθρωπος Mr. 15,39. L. 14,30. Ja. 1,7 al.; b) saepe poni videtur ne pronomina, adjectiva etc. nomine careant [Epict.]: τίς ἄνθρωπος; 'quis?' Mt. 7,9. L. 15,4, πᾶς ἄνθρωπος 'unusquisque' J. 2,10. Ja. 1,19, πάντες ἄνθρωποι 'omnes' A. 22,15. 1 C. 7,7, εῖς ἄνθρωπος 'unus' J. 11,50, δός δ ἄνθρωποι L. 18,10, δ ἄνθρωπος ὅς 'is qui' R. 4,6, οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες 'ii qui ambulant' L. 11,44, similiter J. 5,12. R. 14,20 (2,3 voc. ὁ ἄνθρωπε δ χρίνων 'tu qui judicas'); cum adj^o Mt. 12,35; 25,24 al., cum ptc^o 'alqs qui . .' Mt. 8,9; τίς ἄνθρωπος Mt. 18,12. 1 T. 5,24; c) ipsis substantivis ita praeponitur quibus status vel condicio alcs. designatur: ἄνθρωπος ἀμαρτωλός 'alqs. qui est peccator', nostrum 'ein Sünder' J. 9,16, ἄνθρωπος βασιλεύς Mt. 18,23 (att. ita contemptim, alioquin ἀνὴρ βασιλεύς, v. Pape s. v.); Mt. 13,45,52; 18,23; cum nomine gentilicio: ἡ. Κυρηναῖος Mt. 27,32; A. 21,39; 22,25; ἄνθρωπος pronominis indefiniti instar 'aliquis, certus, quidam' Mt. 12,10; 17,14. Mr. 3,1. J. 1,6; ἄνθρωπος sensu indefinito atque universalis = 'quilibet, aliquis', saepe = germ. 'man', gall. 'l'on': οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος 'man soll uns so ansehen' 1 C. 4,1; Mt. 16,26. Mr. 4,26; 7,11. J. 3,4. R. 3,28. 1 C. 7,26; 11,28. G. 2,16. Ja. 2,24; cum articulo generico δ ἄνθρωπος 'quilibet: man: on' Mt. 15,11 ss. Mr. 7,15. J. 2,25; 7,51. R. 7,1; — d) quem non alloqueris nomine suo proprio, compellatur ἄνθρωπε L. 5,20; 12,14; 22,58,60 [Epict.]; — genetivus partitivus ἀνθρώπων accedit ut complementum ad οὐδείς Mr. 11,2. L. 19,30 al., μηδείς A. 4,17, τίς A. 19,35 cr. 1 C. 2,11.

ἀνθυπατεύω ↓ *proconsul sum*, seq. genet. provinciae τῆς' Αχαΐας A. 18,12 t. r., Blass (cf. ἡγεμονεύειν L. 2,2; 3,1, τετραπρχεῖν L. 3,1 c. genet.) [Plut. Hdn.].¹

ἀνθύπατος, οὐ, δ (ἀντί = 'pro, vice'; ὄπατος = 'consul') *proconsul*, ex Augusti instituto *is qui praeest provinciae senatoriae* (Suet. Aug. 36, 47; Marquardt, röm. Staatsverwaltung I) A. 13,7 s., 12; 18,12 cr.; 19,38 [Pol. ss.].*

ἀν-ίημι, ao. ἀνήκα (conj. ἀνῶ, ptc. ἀνείς, ἐντος), ao. P. sine augmento ἀνέθην: *remitto* = *relaxo, solvo*; 1) proprie: τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων 'vincula gubernaculorum' A. 27,40; πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη A. 16,26 (v. l. ἀνελύθη). — 2) metaph. *mitigo* rem, vel ab ea plane *cesso*: ἀπειλήν E. 6,9 [ἀ. τὴν ἔχθραν τινός, τὸν πόλεμον etc. Thuc.]. — 3) aliquem *liberum dimitto* v. g. e vinculis vel quavis conjunctione etiam valde optata, aliquem (*sibi*) *relinquo, deserō*: οὐ μή σε ἀνῶ (parall. ἐγκαταλίπω) 'non te relinquam, deseram' H. 13,5 (Dt. 31,6) [ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὅπνος ἀνῆκεν Il. 2, 71; Od. 7, 289 al.].*

†† **ἀν-ίλεως**, ως, ων, gen. ω adj. *indecens, durus* Ja. 2,13 r.¹

ἄνυπτος 2. (νίπτω) *illotus* Mt. 15,20. Mr. 7,2,5 r. [Hom. Hes.].*

ἀν-ίστημι, ft. ἀναστήσω, ao. ἀνέστησα, ad med. ἀν-ίσταμαι ft. ἀναστήσομαι, .ao. ἀνέστην: 1) act. *surgere facio, erigo*: a) proprie: jacentem A. 9,41; b) improprie a) «resuscito», *ad vitam revoco mortuum* J. 6,39 s., 44,54. A. 2,32; 13,34; 17,31 [Il. 24, 551 al.]; J. 6,39 s., 44,54 in specie de resuscitatione justorum ad vitam beatam. β) *existere*, i. e. *publice prodire facio*, germ. *aufreten lassen*: προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει δ Θεός A. 3,22; 7,37; A. 3,26; 13,33 [ἀναστήσασθαι τινα μάρτυρα Plut.]; — γ) *excistere*, i. e. *nasci facio*: ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ Mt. 22,24 (Gen. 38,8). — 2) med. *surgo*; a) proprie: a terra Mr. 9,27. L. 22,45. A. 9,6; a sede Mt. 26,62. L. 10,25. A. 14,10; e lectulo s. somno Mr. 1,35. L. 11,7, de aegrotis sanatis mortuisque ad vitam revocatis qui sani vivique a lecto surgunt L. 4,39; 5,25. A. 9,34. Mr. 5,42. L. 8,55. A. 9,40; non supervacaneum est, sed stilo hebr. (Dalman, Worte Jesu 18 s.) ipsique rei gestae sub aspectum subjiciendae servit, cum ii qui locuturi, alio abituri similiave facturi sunt, 'surrexisse' perhibentur: Mr. 14,57. J. 11,31. A. 1,15; 5,34 al.; addito termino-a-quo, nempe unde alqs. abit, Mr. 7,24. L. 4,38. — b) improprie: a) *seditionem facio, exsurgo contra alqm. ἐπί τινα* Mr. 3,26; — β) *existeo, dic.* de regibus, sacerdotibus, rebelium ducibus ets., qui suo quisque tempore velut in scenam prodeunt, A. 5,36; 7,18; 20,30. R. 15,12. H. 7,11,15; — γ) a

mortuis redivivus surgo; ἐκ νεκρῶν Mr. 9,9. L. 16,31. A. 10,41. E. 5,14 (metaph.); abs. Mt. 12,41. Mr. 8,31; 9,31; 12,23 v.; 16,9. L. 9,8. J. 11,23. 1 Th. 4,14,16 [Il. 21, 56; Hdt. 3, 62].

"**Ἄννα**, WH. He.; minus bene Tdf. Br. **Ἀννα**, ας (Bl. § 7, 2), ἡ (πᾶτη 1 Reg. 1,2) *Anna*, prophetissa L. 2,36.¹

"**Ἄννας** (WH. He.) melius quam "**Ἄννας**, ἡ, δ (πᾶτη, πᾶτη? FlJ. "Αναν-ος) *Annas*, pontifex maximus Judaeorum annis 6—15 p. C.; cui per Valerium Gratum procuratorem munere privato successere Ismaël (15—16), Eleazar (16—17), Simon (17—18), Joseph Cajaphas (18—36); amoto a munere cum sine dubio maneret nomen pontificis magnaqua apud plebem ac Cajapham generum auctoritas, ac per jus, quamdiu viveret, officium durabat, non falso dicitur L. 3,2 ἐπὶ ἀρχιερέως "Αννα καὶ Καιάφα, cf. A. 4,6; J. 18,13,24.*

ἀνόητος 2. (νοέω) 1) passive: *inintelligibilis, mirus* [h. Hom. Plat.] — 2) active (Kühner³ II p. 289): *insipiens, vecors*: L. 24,25. G. 3,1,3. T. 3,3; opp. *σοφός* R. 1,14; ἐπιθυμίαι a stulta mente profectae 1 T. 6,9 [Plat., pFay. 19, 19 -ως].*

ἄνοια, ας, ἡ (ἄνοις ‘amens’) *amentia, vecordia*; ea qua quis perverso usus iudicio veritati ac justitiae adversatur L. 6,11. 2 T. 3,9.*

βολή, ης, ἡ (βάλλω) *jactus*; λίθου β. «*jactus lapidis*», i. e. tanta distantia quam tam lapis totis viribus projectus emetitur L. 22,41 [Thuc. 5, 65, 2: μέχρι λίθου καὶ ἀκοντίου βολῆς ἔχωρησαν. Gen. 21,16 ὥσει τόξου βολήν].¹

†βολίζω, ao. ἐβόλισα ↓ *bolidem*, i. e. *perpendiculum nauticum* (*Senklei*) *demitto*, *bolide metior aequoris altitudinem* A. 27,28 bis.*

***βολίς**, ίδος, ἡ (βάλλω) *jaculum* H. 12,20 r. [LXX Plut.].¹

Βόος, **Βόος** v. **Βόες**.

βόρβορος, ου, δ *lутum, caenum* 2 P. 2,22 [ἐν β. κυλίεσθαι Epict. 4, 11, 29].¹

βορρᾶς, ῶ (= βορέας, έου), δ 1) *boreas, aquilo*, i. e. *ventus borealis*; 2) *plaga septentrionalis* L. 13,29. Ap. 21,13.*

βόσκω *pasco*; 1) act. *pasco gregem*; Mt. 8,30. Mr. 5,14. L. 15,15; δ *βόσκων pastor* Mt. 8,33. L. 8,34; *βόσκε τὰ ἀρνία* (*προβάτια*) *μου* metaph. de regendis subditis J. 21,15(17) [cf. LXX 3 Reg. 12,16 νῦν βόσκε τὸν οἰκόν σου, Δανείδ]. — 2) pass. de grege: *pascor* Mt. 8,30. Mr. 5,11. L. 8,32. — [βόσκω et ποιμαίνω utrumque quidem totum pastoris officium comprehendit: sed illud magis est ‘nutrire, pabulo prospicere’, hoc ‘curam agere gregis, ducere in pascua, providere’: Schmidt 200, 6. 7].*

Βοσόρ, δ *Bosor*, pater Balaami vatis, 2 P. 2,15, ubi tamen cum cod. B legendum Βεώρ, q. v. (cfr. Weiß, Texte und Untersuchungen VIII 3 p. 74); vulg. ‘ex Bosor’, ac si esset vatis patria.¹

βοτάνη, ης, ἡ (βόσκω) *herba pascua* et gener. *herba, gramen* H. 6,7.¹

βότρυς, υος, δ, acc. pl. -υας (att. -ος) *uva, botrus* Ap. 14,18.¹

βουλευτής, οῦ, δ ↓ *consiliarius*, «*decurio*» (is in municipiis et coloniis Rom. erat titulus, ut Romae *senator*); Mr. 15,43. L. 23,50 de synhedrii assessore.*

βουλεύω, in NT tantum **βουλεύομαι**, ao. ἐβουλευτάμην: dep. med. ↓ 1) *consiliator, delibero*: seq. *quaestio* *indir.* L. 14,31. — 2) *consilium capio, decerno*: seq. ἵνα J.

11,53; 12,10; seq. inf. A. 5,33; 15,37; 27,39 (hh. ll. in variis codd. βούλομαι); seq. acc. obji 2 C. 1,17.*

βουλή, ης, ἡ (βούλομαι) *voluntas*, et quidem non tam singularis aliqui actus quo aliquid volumus quam certa illa ac *constans in animi sententiā permansio quae, capto semel de re quapiam consilio, haberi solet*, hinc ipsum de re aliqua *consilium, decretum, Beschlüß, Ratschluß* (Schmidt 146, 8): L. 23,51. 1 C. 4,5; θέσθαι βουλήν ‘*consilium capere*’ c. inf A. 27,12 (LXX Ps. 12,3); *στρατιωτῶν* β. ἐγένετο, seq. ἵνα A. 27,42; saepe de divinis super aliqua re consiliis ac decretis: β. τοῦ Θεοῦ L. 7,30. A. 2,23; 4,28; 13,36; 20,27: H. 6,17; κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ‘secundum decretum voluntatis suae’ E. 1,11.*

βούλημα, ματος, τό ↓ *id quod quis facere vult seu decrevit, propositum, decretum, germ. Vorhaben*: A. 27,43. R. 9,19; τὸ β. τῶν ἐθνῶν ‘id quod gentiles (vos facere) volebant’, ad quod g. vos incitabant 1 P. 4,3cr. [cl. Epict. pTebt. 407, 9].*

βούλομαι (2. p. sg. βούλει, ut att.), ao. ἐβουλήθην (ἡβ. 2 J. 12r.) *volo*; hoc verbum non tam desiderium voluntatisque propensionem designat (ut θέλω), quam animi maturum consilium ac decretum, voluntatem igitur omnino practicam, in exsecutione versantem etc.: ἐβουλήθη ἀπολῦσαι αὐτήν ‘voluit (decrevit) eam dimittere’ Mt. 1,19 (ib. opp. θέλειν); βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς quia ipse libere sic decrevit, Ja. 1,18; A. 17,20; 18,27. 2 J. 12. Ju. 5; seq. acc. c. inf. 2 P. 3,9. Ph. 1,12; — *optione data inter complura, libere alqd. eligo seu volo seu malo*: εἰ βούλει L. 22,42; Mt. 11,27. J. 18,39. A. 25,20. 1 C. 12,11. Ja. 3,4; saepe verti potest: *eo tendo, id ago ut . . .* A. 5,28. 1 T. 6,9. Ja. 4,4; βουλόμενος cum infinitivo sententiam finalem circumscribit: β. τῷ ὅχλῳ τὸ ίκανὸν ποιῆσαι Mr. 15,15; A. 12,4; 22,30 al. H. 6,17; ἐβουλόμην (= βουλοίμην ἄν, Bl. § 63, 5; cfr. R. 9,3) τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι A. 25,22; nonnunquam in imperf. et ptc. praes. subest notio, alqm. *decrevisse* facere alqd., sed impeditum facere non potuisse: ἐβούλοντο ἀνελεῖν αὐτούς A. 5,33: A. 15,37; 19,30; 28,18. 2 C. 1,15,17. Phm. 13; βούλομαι sequente acc. c. inf. circumscribit

emphatice imperativum: 1 T. 2,8; 5,14. T. 3,8; οὐ βούλομαι ‘nolo’ A. 18,15 (firmius negat quam οὐχ ἐθέλω ‘non libet’).*

βουρός, οὐ, δ *collis* L. 3,5; 23,30 [Pol. Strab. pap. LXX].*

βοῦς, βοός, δ (et ἡ), acc. pl. βόας (att. βοῦς) *bos utriusvis sexus*: L. 13,15; 14,5,19. J. 2,14 s. 1 C. 9,9. 1 T. 5,18.*

βραβεῖον, οὐ, τό (βραβεύς ‘arbiter certaminis in ludis publ.’) *praemium quod βραβεύς victori certaminis dat*, «*bravium*» 1 C. 9,24; metaph. de praemio caelesti Ph. 3,14 [Lycophr. saec. 3. a. C.; Philo; Clem. Ro.; mart. Polyc.].*

βραβεύω sum βραβεύς i. e. *certaminis arbiter ac moderator*: hinc 1) *praemium victori tribuo* [Plut. mor. 960a], 2) *moderor, decerno alqd.* [Dem. 3, 27; Isocr. Areop. p. 144b]. — C. 3,15: ή εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν pax Christi regnet (ut moderatrix et remuneratrix) in c. v.’ (Vulg. goth. ‘exsultet’, syr. ‘gubernet corda v.’, copt. arm. ‘stabilietur in c. v.’)¹

βραδύνω (βραδύς) 1) trans. *tarde facio, retardo* alqd. — 2) intrans. «*tardo*», *cunctor*: abs. 1 T. 3,15; †c. gen. rei, in qua exsequenda aliquis cunctatur, 2 P. 3,9 (genet. fere ut in ὑστερεῖν τινος ‘tardius venio ad alqd.’).*

†**βραδυπλοέω** (βραδύς, πλοῦς) *tarde naviō* A. 27,7 [Artemid. 4, 30].¹

βραδύς 3. *tardus, latus, εἴς τι* Ja. 1,19; metaph. βρ. τῇ καρδίᾳ animo hebes, c. ἀνόητος L. 24,25 [βραδύνοιται DLäert.].*

βραδυτής, ητος, ή ↑ (de accentu v. Kühner³ I 489) *lentitudo, cunctatio* 2 P. 3,9, cfr. ήγέομαι 2.¹

βραχίων, ονος, δ *brachium*; ‘brachium Dei’ ex hebr. loquendi usu = *vis, potentia divina*: L. 1,51. J. 12,38 (ita v. g. Is. 51,5; 52,10; 53,1); μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ‘in brachio excelsa’ (LXX ex hebr.) i. e. brachio quasi ad protegendum ac defendendum levato A. 13,17.*

βραχύς 3. *brevis, etiam: paucus, paulus;* in NT tantum neutr. βραχύ *paulum*: 1) de loco: βραχὺ διαστήσαντες = βραχὺ διάστημα ποιήσαντες ‘brevi distantia facta’, paululum progressi A. 27,28 (vel de tempore: ‘brevi interstitio facto’). — 2) de tempore: *paululum*: μετὰ βραχύ ‘brevi post’ L. 22,58 [cl. ἐν βραχεῖ mox]; βραχύ adv.

paulisper A. 5,34. — 3) de copia vel mensura: βραχύ τι λαβεῖν ‘paululum accipere’ J. 6,7 [βραχύ τι τοῦ μέλιτος 1 Reg. 14,29]; διὰ βραχέων ‘paucis (verbis), breviter’ H. 13,22 [ita Pl. Gorg. 449a]; ἡλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ’ ἀγγέλους ‘fecisti eum angelis paulo inferiorem’ H. 2,7, it. 9 (quidam de tempore explicant: Crampon ‘pour un peu de temps’).*

βρέφος, ους, τό *infans; 1) infans nondum partus*: L. 1,41,44 [Hom. Il. 23, 266 de fetu animalis; Plut. rep. Stoic. 41]. — 2) *infans recens natus*: L. 2,12,16; 18,15. A. 7,19; ἀρτιγέννητα βρέφη 1 P. 2,2; ἀπὸ βρέφους ‘a prima aetate’ 2 T. 3,15 [ita ἐκ βρέφεος Anth. 9, 567].*

βρέχω, ao. ἔβρεξα: 1) *madefacio, irrigo* L. 7,38,44. [cl.] — 2) a) *pluviam madefacio* [Pol. 16, 12, 3; cfr. Pind. O. 7, 34]. — b) **pluviae instar caelitus mitto* alqd.: πῦρ καὶ θεῖον L. 17,29 [Gen. 19,24; Ps. 77,27 σάρκας]; — sine objecto: *pluviam mitto* Mt. 5,45 [Gen. 2,5]. — c) impersonaliter: βρέχει *pluit* [Teleclides (poëta com. saec. V a. Chr.) Bkk. 291; Epict. 1, 6, 26; neohell.] Ja. 5,17; *praemisso subjecto* θετός Ap. 11,6.*

βροντή, ης, ή *tonitru* Mr. 3,17. J. 12,29. Ap. 6,1; 14,2; plur. Ap. 4,5; 8,5; 11,19; 16,18; 19,6; metaph. *loquens voce tonitru simili* Ap. 10,3s.*

***βρογή**, ης, ή (βρέχω 2) *pluvia vehementior, imber* Mt. 7,25,27 [Ps. 67,10; 104,32 = Μώβ; pOx. 280,5 ‘inundatio’ Nili; neohell. ‘pluvia’].*

βρόχος, οὐ, δ *laqueus quo v. g. aves capiuntur* [Aristoph. av. 527; Plat. al.]; οὐχ ἵνα βρόχον ύμιν ἐπιβάλω ‘non ut laqueum vobis injiciam’, i. e. non quasi vos velim vestra in ea re libertate privare ac legis obligatione adstringere aut vos imprudenter illicere in statum virginalem qui suis propriis temptationibus potest alci fieri laqueus periculosus 1 C. 7,35 [περιβάλλω τινὶ βρ. FlJ. bell. 7, 7, 4 sensu proprio].⁴

***βρυγμός**, οῦ, δ (βρύχω) *crepitus dentium; δ βρ. τῶν δδόντων* Mt. 8,12; 13,42,50; 22,13; 24,51; 25,30. L. 13,28 «*stridor dentium*», qua locutione indicatur acerrimus dolor, furor, terror, desperatio hominum in aeternum damnatorum (art. δ *praemissus* βρυγμόν denotat qui ‘per eminen-

tiam' hoc nomen mereatur, utpote vehementissimus: Krüger § 50, 3, 1). [de fren-dore leonis Prov. 19,12, irascentis Eccli. 51,3.]^{*}

βρύχω *frendo*; ἔβρυχον τοὺς δδόντας (qui acc. omitti potuit) ἐπ' αὐτὸν A. 7,54 [Hippocr. 589, 44 al.].¹

βρύω 1) intrans.: *pullulo, scaturio* (de plantis, fontibus etc.). — 2) trans.: (*scaturiens*) *emitto* alqd.: Ja. 3,11 [Χάριτες ῥόδα βρύουσιν Anacr. 44, 2].¹

βρῶμα, ματος, τό (βιβρώσκω) *cibus* R. 14,15,20. 1 C. 8,8,13; plur. *cibi, cibaria* Mt. 14,15. Mr. 7,19. L. 3,11; 9,13. 1 T. 4,3. H. 13,9; τὰ βρῶματα τῇ κοιλίᾳ καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρῶμασιν ‘cibi ventri’ satiando destinati sunt ‘et venter cibis’ concoquendis (ideo qui manducat, agit sec. finem cibis et ventri praestitutum a Deo, ergo licite agit) 1 C. 6,13; βρῶματα καὶ πόματα H. 9,10 [Pl. legg. 932a; Epict. enchir. 33,2] prob. de legibus Mosis ad cibos et potūs pertinentibus; 1 C. 3,2 βρ. (= στερεὰ τροφή H. 5,12) ‘cibus solidus’, opp. γάλα, metaph.; βρ. πνευματικόν c. supernaturalis, miraculosus (manna) 1 C. 10,3; metaph. ἐμὸν βρ. ἔστιν ήνα . . . méum animi oblectamentum in eo consistit ut . . . J. 4,34. Neohell. βρῶμα = ‘foetor, sordes, res immunda’, quā significatione in lingua vulgari temporis Christi suppositâ Mr. 7,19 bene explicatur, cfr. καθαρίζω.*

βρώσιμος 2. ↓ *ad vescendum aptus, esculentus* L. 24,41.¹

βρῶσις, εως, ἡ (βιβρώσκω) 1) *actio com-*

edendi, esus: βρ. τῶν εἰδωλοθύτων (gen. obj.) 1 C. 8,4; βρ. καὶ πόσις R. 14,17 (cf. βασιλεία 3); 2 C. 9,10; — transl. = *erosio, corruptio, tabes* Mt. 6,19s. (‘aerugo’, vet. lat. ‘comestura’). — 2) = βρῶμα *cibus* J. 4,32; 6,27,55. H. 12,16; βρ. καὶ πόσις C. 2,16 [cl.].*

βυθίζω ↓ *mergo*; ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά ‘ita ut naves jam jamque mergerentur’ (infinitivus imperfecti conatus) L. 5,7; metaph. β. τινά εἰς ὅλεθρον 1 T. 6,9. [Aristot. ss.].*

βυθός, οῦ, ὁ *profundum maris* [Aeschyl. Soph. Ex. 15,5]; *altum mare* [Anth. XI 248; Ps. 106,24]: 2 C. 11,25 ἐν τῷ βυθῷ ‘in alto mari’, nempe, ut videtur, nave dissoluta, huc illuc fluctibus agitatus.¹

βυρσεύς, ἑως, ὁ (βύρσα cutis detracta) *coriarius*: Gerber: *tanneur, corroyeur*, A. 9,43; 10,6,32 [Aesop. Artemid.; in Talm. בָּרְסִים].*

βύσσινος 3. ↓ *byssinus, e byso confectus*; subst. τὸ βύσσινον (sc. ἱμάτιον) *vestimentum byssinum, byssus* Ap. 18,12 cr.16; 19,8,14 [Hdt. Aeschyl. Eurip.].*

βύσσος, οῦ, ἡ *byssus* (hebr. בַּשׂ; cl. pap.; sec. Polluc. onomast. 7, c. 17. s. 75 species lini Indici tenuissimi ac pretiosissimi pannique ex eo confecti, de lino Achaico Pausan. 5, 5, 2): L. 16,19. Ap. 18,12 r.*

βωμός, οῦ, ὁ *suggestus in quo alqs. stat* [Od. 7, 100]; *basis currūs, statuae; imprimis altaria, ara altior ad quam per gradus ascenditur* [Hom. ss. LXXX]: A. 17,23.¹

Γ

Γαββαθά Gabbatha; nomen aramaicum ejus loci tribunalis procuratoris Iudeae, qui Graece appellabatur λιθόστρωτος J. 19,13 [אַתְּבָעֵן tergum; an אַתְּבָעֵן collis?].¹

Γαβριήλ, ὁ *Gabriel*, archangelus L. 1, 19,26 [Dan. 8,16; 9,21 לְאַנְגָּלֶל] prob. = vir (bellator) Dei’].*

γάγγραινα, ης, ἡ *gangraena*, «partis alcs. (humani corporis) mortificatio et extinctio, proveniens a magnitudine inflammationis quae neque digeri neque in pus mutari potuit sibique conjunctas

partes in affectionis consortium pertrahens et ne ab ossibus quidem abstinens, quae vitioso humore perfusa imbataque, quo caro circumposita madet, putrescunt emoriunturque» (Stephanus, thes. ling. Gr.). Est morbus cancro vehementior periculösiorque: 2 T. 2,17. [Hippocr. al.].¹

Γάδ, ὁ *Gad*, septimus filius Jacobi; φυλὴ Γ. Ap. 7,5 [גָּד].

Γαδαρηνός 3. (τὰ Γάδαρα metropolis Peraeae, urbs maximam partem ethnica, cfr. FlJ. ant. 17, 11, 4) *Gadarenus*; χώρα

τῶν Γ. Mt. 8,28 er. (nBr). Mr. 5,1 r. L. 8, 26,37 r., ad quam Gergesa pertinebat (cfr. Γερασηνοί, Γεργεσηνοί).*

γάζα, ης, ἡ (vox testibus Curtio 3, 13, 5 et Mela 1, 11 persica) *aerarium regium* A. 8,27. [Esth. 4,7; Pol. Cic.]¹

Γάζα, ης, ἡ (παζ) *Gaza*, urbs olim Philistaeae celebris, quae ab Augusto donata Herodi M. obtigit, eo vero mortuo ad Syriam pertinuit, A. 8,26 (ubi additum αὕτη ἐστὶν ἔρημος ad δδόν refertur).¹

*γαζοφυλάκιον, ου, τό *locus ubi gaza*, i. e. *thesaurus asservatur, gazophylacium*; Mr. 12,41,43. L. 21,1. J. 8,20 ille locus templi in atrio mulierum dicitur, ubi rabbini tradunt fuisse 12 arcas ad suscipiendos nummos qui offerrentur collatatas. [LXX. Strab. FlJ.]^{*}

Γάϊος, ου, ὁ n. pr. lat. *Gajus, Caius*; 1) Macedo quidam A. 19,29. — 2) vir Derbaeus A. 20,4. — 3) Corinthius a Paulo baptizatus, hospes Pauli et ecclesiae R. 16,23. 1 C. 1,14. — 4) is ad quem Johannes tertiam epistolam dedit 3 J. 1.*

γάλα, γάλαχτος, τό *lac* 1 C. 9,7; — metaphorice a) de institutione christiana sola fidei elementa proponente, quae ita sit captui imperfectorum adaptata, ut lac est cibus congruus infantium 1 C. 3,2. H. 5,12s.; — b) de omnibus quae ad animi vitam supernaturalem alendam ac perficiendam juvant, quod lac ἄδολον (non adulteratum, purum) esse oportet, 1 P. 2,2.*

Γαλάτης, ου, ὁ 1) *Gallus*. [Pol. Strab.] — 2) *Galata*; etenim ineunte saec. 3. ante Chr. n. quaedam Gallorum tribus in Asiam Minorem immigrantes eam Phrygiae partem occuparunt quae ab eis nomen Galatiae traxit. [Strab. Cic. Plin.] — 3) hinc, quoniam Romani toti provinciae ad quam illa Galatia pertinebat, nomen **GALATIAE** imposuerant, latiore sensu *Galata* est *incola provinciae Galatiae*, sive est de tribubus illis gallicis ipsaque regione Galatiae sive non est. Hoc sensu vox G. 3,1 accipienda videtur: v. Cornely, compendium introd. 6 de ep. ad Gal. nr. 684; comment. in ep. ad Gal. proleg. § 1 nr. 1; Weber, Zahn, Ramsay alii itidem judicant. Sunt tamen qui ipsam tribum Galicam dictam putant, ut Grimm, Wieseler etc.¹

Γαλατία, ας, ἡ regio τῶν Γαλατῶν, i. e.

1) *Gallia* [Plut., Steph. Byz.]; ita sec. quosdam 2 T. 4,10 cAD al., cfr. Γαλλία. — 2) *Galatia*, regio a Galatis occupata, inter fines Bithyniae, Paphlagoniae, Ponti, Cappadociae, Lycaoniae, Phrygiae sita, quae A. 16,6; 18,23 Γαλατικὴ χώρα dicitur [Str. FlJ.]. — 3) *Galatia*, provincia Romana (inde ab a. 24. ante Chr. n.), quae praeter ipsam Galatarum regionem Pisidiām, Pamphyliam partemque Lycaoniae completebatur; ita prob. 1 C. 16,1. G. 1,2 et verisimiliter 2 T. 4,10 (nTdf.). 1 P. 1,1; cfr. art. praeced.*

Γαλατικός 3. (Γαλάτης) *Galaticus* A. 16,6; 18,23; cfr. art. praeced.*

γαλήνη, ης, ἡ, *tranquillitas maris* Mt. 8,26. Mr. 4,39. L. 8,24. [Hom. Xen. al.]*

Γαλιλαία, ας, ἡ sc. χώρα *Galilaea*, regio Λιλῆν per eminentiam dicta, regio Palæstinae septentrionalis, quae ex territoriis fere tribuum Aser, Zabulon, Nephtali constabat, fertilis erat magnoque numero incolarum florebat (v. FlJ. vit. c. 45); tempore Christi, ab a. 4. ante Chr. n. ad 39 post Chr. n., ad Herodis Antipae tetrarchiam pertinebat (L. 3,1): passim commemoratur in Mt. Mr. L. J. et A. 9,31; 10,37; 13,31; ἡ περίχωρος τῆς Γ. (genet. expl.) ‘circumjacens regio, Galilaea’ Mr. 1,28; ἡ θάλασσα τῆς Γ. lacus Gennesareth Mt. 4,18. Mr. 1,16; Γ. τῶν ἔθνῶν Mt. 4,15 (ex Is. 8,23 לִילָן ‘circus seu regio gentilium’) de Galilaea a multis gentilibus habitata, cfr. 1 Mach. 5,15 Γ. ἀλλοφύλων.

Γαλιλαῖος 3. ad regionem, quae *Galil* vocabatur pertinens, *Galilaeus*, e *Galilaea* oriundus: Mt. 26,69. Mr. 14,70. L. 13,1s.; 22,59; 23,6. J. 4,45. A. 1,11; 2,7; 5,37.*

Γαλλία, ας, ἡ 2 T. 4,10 Tdf^s sec. ΣC vel a) = *Gallia*, ut censem Euseb. (hist. 3, 4, 8), Epiph., Theodoret., Theod. Mops., vel b) = *Galatia*, quae ab Appiano (b. civ. 2, 49) Γαλλία ἡ ἔως appellatur.¹

Γαλλίων, ωνος, ὁ *Gallio*, proconsul Achaja ab anno p. C. fere 50: A. 18,12, 14,17. Fuit is frater Seneca philosophi, domesticum ei nomen erat M. Annaeus Novatus; ab Junio Gallione rhetore adoptatus, vocatus est Junius Annaeus Gallio.*

Γαμαλιήλ, ὁ *Gamaliel*, celeberrimus legis

doctor Pharisaeus, magister S. Pauli: A. 5,34; 22,3 [לְאַלְמָנָה].*

γαμέω, ao. ἔγημα vel × ἔγάμησα, pf. γεγάμηκα, ao. pass. ἔγαμήθην (γάμος) — 1) de viro: *mulierem mihi matrimonio jungo*: a) c. acc. Mt. 5,32; 19,9. Mr. 6,17; 10,11. L. 14,20; 16,18; hinc pass. de muliere: *matrimonium ineo*, τινί c. alqo., Mr. 10,12r. 1 C. 7,39; — b) absol. Mt. 22,25,30; 24,38. Mr. 12,25. L. 17,27; 20,34s. 1 C. 7,28a,33. — 2) †de muliere: *nubo viro*: a) c. acc. Mr. 10,12 cr. [solum ironice ita Eur. Med. 606; sed mulieres dicebantur γαμεῖσθαι τινι]; b) absol. 1 C. 7,28b,34. 1 T. 5,11,14. — 3) †de utrovis sexu: *matrimonium ineo*: absol. Mt. 19,10. 1 C. 7,9s.,36. 1 T. 4,3 [οἱ γαμοῦντες p.Berol. 717, 16].

†**γαμίζω** *nuptum do filiam* 1 C. 7,38 cr.; pass. in t. cr. Mt. 22,30. Mr. 12,25. L. 17,27; 20,35 [Apollon. Dysc. de synt. p. 277].*

γαμίσκω *nuptum do filiam*; pass. Mr. 12,25 r. L. 20,34cr.,35 cB. [Aristot. Stob.]*

γάμος, οὐ, δ 1) *nuptiae*, in forma sing. vel plur. (pluralis nominum festorum, Bl. § 32, 5); a) sollemnia nuptiarum Mt. 22,2 (pl.). J. 2,1s. Ap. 19,7,9; b) epulæ nuptiales Mt. 22,8,10r. Br., plur. Mt. 22,3s.,9; 25,10. L. 12,36; 14,8; ἐνδύμα γάμου Mt. 22,11s. [Hom. ss.] — 2) *matrimonium*, *vita conjugalis* H. 13,4.*

γάρ (ex γ' ἀρ = γε ἄρα ‘quidem igitur’) particula postpositiva, quae aut aliquid ante dictum indicatā causā seu ratione fulciri, aut brevius obscuriusque dictum explicari innuit = *nam*, *enim*; de cuius usu in NT haec enotasse sufficerit. I. *Particula causalitatis*: 1) *post sententias assertivas* inducit earum probationem vel confirmationem: ἐν Βηθλέεμ (Christus nasceret) οὕτως γάρ γέγραπται... Mt. 2,5: ib. 2,6; 15,19; 16,2s. 2 P. 1,21. 1 J. 2,19; 4,20. Ju. 4 (necessere est ut scribam exhortationem vobis; nam...); — eventū vel actionis causae ac rationes indicantur: εἰδεν δύο ἀδελφοὺς βάλλοντας ἀμφίβληστρον· ἤσαν γάρ ἀλεεῖς Mt. 4,18: ib. 7,25,29; 9,16, 21; 14,4; 28,2. J. 4,44; — interdum γάρ refertur ad aliquid implicite in verbis praemissis contentum: οὐκ ἥδειν... γέγραπται γάρ κτλ. ‘nescivi [= si hoc scivissem, illud non dixissem]; nam scriptum

est’ A. 23,5. — 2) *post sententias quibus monitio, mandatum, prohibitio, cohortatio continetur* ea inducit quibus illae confirmantur et urgeantur: χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε· δ λέγων γάρ αὐτῷ χαίρειν κοινωνεῖ κτλ. 2 J. 11: Mt. 1,20; 2,13; 3,2; 5,12 (= ita existitis prophetarum imitatores). L. 1,30; 2,10. 2 C. 6,14. H. 2,2. 1 P. 3,5 al.; talis monitio potest latere in quaestione, reprehensione ets.: τί μέλλεις ποιεῖν; [= noli facere!] ὁ γάρ ἄνθρωπος οὗτος ‘Ρωμαῖός ἐστιν A. 22,26: R. 13,11. 1 C. 11,22 al. — 3) *post sententias interrogativas* aut ratio indicatur cur interrogatio fiat: ποῦ ἐστιν ..; εἴδομεν γάρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα Mt. 2,2: 22,28 al.; aut ratio redditur enuntiati in interrogatione latentis: Mt. 26,9s. (εἰς τί, τί = nequiqam, immerito). R. 4,2 (4,1 satis innuit doctrinam ‘Abraham per fidem justificatus est’); 9,19; 14,10 (τί κρίνεις; = μὴ κρίνε). H. 11,32 (τί ἔτι λέγω; = desino exempla afferre). Ja. 4,14 (ποία = res inanis est) al. — 4) *si nihil praecedit quod indicanda ratione fulciatur*, tum vel aliquis respondens alteri suae dissensionis quam enuntiaturus est rationes affert: οἱ δὲ ἔλεγον· Μή γάρ κτλ.; ‘alii dicebant: [Nequaquam!] num enim ...’ J. 7,41: 9,30. A. 4,20 (vobis *non obsequemur, neque enim possumus); 8,31 (non intellego; nam); — vel vult aliquis prius rationes propondere, conclusionem postea dicturus (id enim facere licet: ν. Pape γάρ 1a), et hanc, ut evidentem, dein tacere potest: A. 19,35. — II. *Particula explicativa = enim, etenim*: res brevius, obscurius, per transennam dicta fusius explicatur vel modi loquendi ratio redditur: Mt. 12,40,50 (explicatur σημεῖον Ἰωνᾶ, ἡ μῆτηρ μου κτλ.). 23,3; 24,38; 25,3v. R. 7,2. H. 2,8; 3,4. Ja. 1,11. 1 P. 4,15 (explicatur illud ἐν δνόματι Χριστοῦ 14). 2 P. 2,8. 3 J. 3v. (expl. εὐοδοῦται); — huc referri potest quod subinde assertum novis ejusdemmodi assertionibus explicatur ac fulcitur: Mt. 5, 18,20; 12,37; 13,17 al.; — quia interrogative rei obscurae explicatio elicetur, consuevit γάρ particulis interrogativis adnecti: τίς γάρ, τί γάρ, μὴ γάρ etc. (cfr. quisnam? wer denn?): H. 3,16. R. 3,3. Ph. 1,18 al. — Nota: 1) *Ipsa sententia*, cui γάρ inseritur, potest esse enuntiatum assertorium Mt. 1,20; 2,2, — imperativum,

praesertim ubi imperativo μνημονεύετε γάρ, βλέπετε γάρ ets. aliquis id cogitare jubetur quod rationis loco affertur: 1 C. 1,26. 1 Th. 2,9. H. 12,3. — interrogativum, praesertim quaestio rhetorica: τί γάρ (i. q. οὐδὲν γάρ) ὡφεληθῆσεται Mt. 16,26: L. 14,28; 22,27. 1 C. 7,16. H. 1,5. — 2) Complures deinceps sententiae particulâ γάρ notatae aut singulae aliquid seorsum demonstrant, ut H. 2,10s.; 4,2—4, aut omnes ad idem probandum convergunt (= ‘nam primum . . ., dein . . ., tum . . .’): ita accipi potest Mt. 6,32. 2 C. 12,11,13. 2 P. 1,8s. et 1,10s. — 3) καὶ γάρ a) nam etiam: καὶ γάρ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθεν διακονηθῆναι Mr. 10,45: L. 6,32 al. — b) vi particulae καὶ debilitata: namque, etenim (Krüger § 69, 32, 21) Mr. 14,70. L. 1,66; 22,37.

γαστήρ, τρός, ἡ venter, alvus: Unterleib; per synecdochen 1) stomachus, ventriculus; sic metonymice vocatur homo ventris deliciis indulgens, helluo T. 1,12 ex Epi-menide aut Callimacho [item Hsd. theog. 26, latine ‘venter’ Lucil. sat. 5, 41]. — 2) uterus feminae: συλλαβεῖν ἐν γαστρὶ prolem concipere L. 1,31 [ἐν γ. λαβεῖν Aristot. hist. an. 9, 50]; ἐν γ. ἔχειν gravidam esse Mt. 1,18,23; 24,19. Mr. 13,17. L. 21,23. 1 Th. 5,3. Ap. 12,2 [Hdt. pMagd].*

γὲ particula postpositiva enclitica, in NT satis rara; ejus vis universim in eo est ut ea sententia sententiae pars in qua ponitur efferatur cum magna emphasi, cuius emphaseos sensus pro variis adjunctis diversis particulis redditur (*etiam, adeo, profecto, saepe saltem, quidem*) aut bene verti non potest; — 1) sola ponitur: εἰ καὶ οὖ... διὰ γε τὴν ἀναίδειαν... ‘etiam si non..., certe quidem (saltem) propter importunitatem...’ L. 11,8, item 18,5; ὃς γε τοῦ Ιδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο ‘qui quidem, quippe qui’ R. 8,32 (totum enuntiatum cum emphasi legendum innuitur). — 2) cum aliis particulis copulatur, ubi saepe eadem vis emphaseos ei competit, nonnunquam illa satis minuta videtur: a) ἀλλά γε at vero L. 24,21; post εἰ οὐ i. q. at certe, at saltem 1 C. 9,2. — b) ἄρα γε numne? A. 8,30 (vis eliciendi responsum augetur). — c) ἄρα γε ἕργο (cum emphasi conclusio infertur) Mt. 7,20; 17,26. A. 11,18; εἰ ἄρα γε num forte A. 17,27 (v. ἄρα 3). — d) εἰ γε saltem si,

si quidem, si tamen, fere = vorausgesetzt daß, supposé que, sive res supposita pro vera sumitur, ut E. 3,2 (= suppono enim vos audiisse . . .); 4,21, sive non, ut G. 3,4 (si quidem reapse nequidquam passi estis [id quod vix credere possum]), sive prorsus in ambiguo relinquitur, ut 2 C. 5,3; ut universim, ita potissimum pro NT melius negatur, particulis εἰ γε semper induci ‘rem quae jure sumatur’ (Herm. ad Viger. p. 834). — e) εἰ δὲ μήγε post sententias positivas valet sin minus L. 14,32; ponitur etiam post ἐάν L. 10,6; 13,9 (Curtius § 215 Anm. 1), εἰ δὲ μήγε enim evasit adverbium immutabile, quare etiam post sententias negativas ponni potest = cetero-quin: widrigenfalls: au cas contraire Mt. 6,1; 9,17. L. 5,36s. 2 C. 11,16. — f) καὶ γε (cl. potius καὶ . . . γε) et quidem L. 19,42 (nWH.), atque etiam A. 2,18. — g) καίτοι γε (cfr. καίτοι) quamquam J. 4,2. A. 14,17r. Br. 17,27r. — h) μενοῦν γε immo vero L. 11,28r. He. R. 9,20; 10,18. — i) μήτι γε nedum 1 C. 6,3. — k) ὅφελόν γε o utinam! 1 C. 4,8.*

Γεδεών, δ (גֵּדְעֹן) Gedeon, dux notus et liberator Israëlitarum H. 11,32, cfr. Jdc. 6—8.¹

γέεννα, ης, ἡ «gehenna», Orcus, locus ubi damnati in aeternum igne cruciantur Mr. 9,43,45. L. 12,5; εἰς γ. Mt. 5,29s., ἐν γ. 10,28; ἡ γ. τοῦ πυρός Mt. 5,22; 18,9. Mr. 9,47r. He. Br. (cfr. Mt. 18,8. Mr. 9,42); ἡ κρίσις τῆς γ. sententia judicialis condemnans ad gehennam Mt. 23,33; υἱὸς γεέννης gehennâ dignus Mt. 23,15 (ut υἱὸς θανάτου 2 Sam. 12,5 al.); gehenna, i. e. diabolus, ad peccandum homines lassedit Ja. 3,6. [aram. מְגַנְנָה; derivatur ab hebraico מְגַנְנָה נִיּוֹת ‘Vallis ejulationis’ Neh. 11,30, jam Jos. 18,16 cB. Γαίεννα; in illa valle, quae ab oriente et meridie Hierosolymorum protenditur, olim idolo Moloch sacrificia fiebant infantium in statuam dei aheneam igne succenso calefactam inclusorum 4 Reg. 23,10. Jer. 7,31s. al.; locus a Josia rege ab his sceleribus expiatus omnibus erat horrori et abominationi. Deinde a doctoribus Judaeis nomen usurpabatur pro Orco damnatorum: cf. F. Weber, System der altsynagogalen paläst. Theologie, locis in indice ad vocem *Gehinnom citatis.**]

Γεθ-σημανεί t. cr., -νῆ t. r. *Gethsemani*, praedium ad radices montis Olivarum situm, Mt. 26,36. Mr. 14,32. [τὸν (¤) γῆμα 'torcular oleorum'; de apocopando □ finali post Κ v. exempla ap. Gesen. 27 § 87f].*

γείτων, ονος, δ (ex γηῖτων 'Landsmann') *vicus* L. 14,12; 15,6. J. 9,8; ἡ *vicina* L. 15,9.*

γελάω, ft. -άσω (cl. -άσουμαι) *rideo*, metonym. = *beatus sum, deliciis fruor* L. 6,21,25.*

γέλως, ωτος, δ ↑ *risus* Ja. 4,9.¹

γεμίζω, αο. ἐγέμισα, αο. P. ἐγεμίσθην: *implete*; τί τινος alqd. alqa re: Mr. 15,36. J. 2,7a; 6,13, pass. Ap. 15,8; τὶ ἀπό τινος L. 15,16 Tdf. He. Br., τὶ ἔχ τινος A. 8,5 (ita magis effertur, alias rei *partem* sumi ad implendum); absol. J. 2,7b, pass. Mr. 4,37. L. 14,23 [Aesch. Xen. Dem. al. pap].*

γέμω (verb. def.: *praeter praes. et imperfect. nihil exstat*) *plenus vel refertus sum*: seq. τινός Mt. 23,25v.,27. L. 11,39. R. 3,14. Ap. 4,6,8; 5,8; 15,7; 21,9; ἔχ τινος rebus petitis *ex*. Mt. 23,25; per hebraismum constr. c. acc. ut Αλλ.: θηρίον γέμον (vel soloec. γέμοντα vel γέμον τὰ) δνόματα βλασφημίας Ap. 17,3v.; ib. 4 neglecta constructione cum genet. et acc.: γέμον βδελυγμάτων καὶ τὰ ἀκάθαρτα.*

γενέα, ἄς, ἡ (γενέσθαι oriri) 1) *ortus, nativitas* [Xen. an. 2, 6, 30]. — 2) metonym.: *ii qui orti sunt, genus: a) ii qui origine inter se succedunt, singula membra stemmatis*: Mt. 1,17. — b) collective: *ii qui communem ab eadem stirpe originem habent, gens, natio: οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη* (gens Jud.), ἔως ἂν πάντα ταῦτα γένηται Mt. 24,34: Mr. 13,30, L. 21,32 (v. Knabenb. in ll. cc.); it. fort. Mt. 23,36. L. 11,31s,50s.; 17,25. H. 3,10; — c) porro *ii qui communem aliquam notam (bonam: Ps. 13,5; 23,6, vel malam: Ps. 11,8. Dt. 32,5: quasi origine inditam) habent et per hanc notam ad idem hominum «genus» pertinent: γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίς* Mt. 12,39; 16,4; ib. 17,17. L. 9,41; 11,29; 16,8 (= 'erga sui similes'). A. 2,40. Ph. 2,15. — d) *homines una aetate simul viventes: μακαριοῦν με πᾶσαι αἱ γενεαὶ* L. 1,48; fort. Mt. 12,41s.; τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; 'aequales ejus (tam pravos) quis describere poterit?' A. 8,33 (Is. 53,8). —

3) de tempore, ad indicandum quando vel quamdiu homo vivat: *aetas, aevum, saeculum* [Il. 1, 250; Hdt. 2, 142; 3, 122]; τῇ ἵδιᾳ γενεᾷ 'sua aetate' A. 13,36; plur. γενεαῖ: ἔτεραις γενεαῖς 'aliis i. e. prioribus saeculis' E. 3,5 = ἐν ταῖς παρωχημέναις γ. A. 14,16; ἐκ γενεῶν ἀρχαίων 'inde a prisco tempore' A. 15,21; ἀπὸ τῶν γενεῶν (parall. ἀπὸ τῶν αἰώνων) C. 1,26; εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων E. 3,21 ubi γενεαῖ sunt velut partes aeternitatis; εἰς γενεὰς καὶ γενεάς t. cr. (λέροι), εἰς γενεὰς γενεῶν (λέροι) t. r. L. 1,50.

γενεαλογέω (γενεά, λόγος) *alicujus genus seu originem recenseo, τινά;* pass. γενεαλογοῦμαι *genus meum repetitur ab . . ., originem duco a . . ., seq. ἐκ H. 7,6 [Hdt. Pl. Xen.].¹*

γενεαλογία, ας, ἡ ↑ *natalium per stemma descriptio, «genealogia»*; 1 T. 1,4. T. 3,9 de pseudognosticorum genealogiis angelicis, quibus angelorum, daemonum, aeonum series et ordines numero paene infinitos singillatim persequebantur (cf. v. gr. Texte u. Untersuchungen VIII fasc. 1/2 p. 384 ss. et passim).*

γενέσια, ων, τά plur. ttm. (γενέσιος 2. 'natalis' adj.) ↑ *dies festus natalis* v. g. principis, *natalicia* Mt. 14,6. Mr. 6,21 [DCass. al.; γενεσίοις τῶν θεῶν Σεβαστῶν 'natali divisorum Augustorum' pBer. 1, 9; pFay. 114, 20 al.].*

γένεσις, εως, ἡ (γενέσθαι) *origo; speciatim hominis a parentibus ac majoribus origo: nativitas, generatio* [Hdt. 2, 146; Aristot.; Gen. 31,13; 40,20] Mt. 1,18 cr. L. 1,14 cr.; βίβλος γενέσεως 'album originis' i. e. catalogus progenitorum Mt. 1,1; πρόσωπον τῆς γ. 'facies s. forma innata s. nativa' Ja. 1,23; δ τρόχος τῆς γ. «rota nativitatis» i. e. rota vitae inde a nativitate currens = vitae cursus Ja. 3,6.*

γενετή, ἥς, ἡ (γενέσθαι) *ortus, nativitas; tantum in dictione adv. ἐκ γενετῆς 'inde a nativitate'* J. 9,1 [Hom. Aristot. Pol.].¹

***γένημα**, ματος, τό (γενέσθαι: dic. de rebus, quae γίνονται, 'oriuntur', sed non γεννῶνται, 'pariuntur', — cf. γέννημα et Bl. § 3, 10) *quod ortum est ex planta, fructus*: γ. τῆς ἀμπέλου in t. cr. Mt. 26,29. Mr. 14,25. L. 22,18; τὰ γ. μου L. 12,18; metaph. γ. τῆς δικαιοσύνης 'fructus justitiae' 2 C. 9,10 [in cod. B Gen. 41,34.

Cant. 6,10 al.; in pap. aeg. inde a saec. 3. a. C.].*

γεννάω (γέννα poët.: genus, proles) *procreo, gigno*: 1) *proprius*: a) dic. *primitus de patre filios procreante* [δ γεννήσας πατήρ Soph. El. 1404]: οῦτως (Abraham) ἐγέννησεν τὸν Ἰσαάκ A. 7,8; ib. 29; latius dic. *de procreatione posterorum* (*nepotum, pronepotum etc.*): H. 11,12; ita in *genealogia Mt. 1*, ubi *membra stemmatis omissa sunt, ut 1,8; add. ἐξ c. genet. matris 1,8,5 s.* — b) *de utrolibet parente* [Pl. republ. 538a; Aristot. Pol. 8, 16 τοῦ μὲν ἔτι δυναμένου γεννᾶν, τῆς δὲ μὴ δυναμένης], et in *matre quidem tam de conceptione dicitur quam de partu: τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθέν ‘infans in ea generatus’ Mt. 1,20, cfr. L. 1,35 [τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς Hdt. 1, 108]; Elisabeth praegnanti impletum est tempus τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ ἐγέννησεν υἱόν ‘et peperit filium’ L. 1,57; J. 16,21; saepe passive *ortum habeo, nascor* Mt. 1,16; 2,1,4; 19,12; 26,24. J. 3,4; 9,2. A. 7,20. R. 9,11 al.; *metaphorice: μία* (sc. διαθήκη) εἰς δουλείαν γεννῶσα i. e. qui ad *Vetus foedus pertinebant, vi originis erant servi* G. 4,24. — 2) *γεννᾶσθαι* dic. *de supernaturali hominis generatione ex Deo*, qua filius Dei constituitur eique nova ac spiritualis superioris ordinis vita confertur: ἐκ Θεοῦ γεννᾶσθαι, γεννηθῆναι, γεγεννηθεῖν J. 1,13. 1 J. 2,29; 3,9; 4,7; 5,1,4,18; γ. ἐκ τοῦ Πνεύματος J. 3,6,8, ἐξ ὄδατος καὶ Πνεύματος (quia aqua baptismi est verum quoddam principium [*instrumentale*] generationis) J. 3,5; cum respectu ad generationem naturalem quae praecedit, dic. γεννηθῆναι ἀγνθεν ‘iterum’ J. 3,3,7. — 3) *de generatione Filii Dei ex Patre* H. 1,5 (‘cui unquam angelorum dixit . . .?’); 5,5. A. 13,33; quae aeterna generatio propter communicationem idiomatum de Christo Deo-homine ll. cc. dicitur). — 4) *metaphorice: Paulus, se dicit eos quos suis laboribus Christo lucrifecit, genuisse* 1 C. 4,15. Phm. 10; — *de causa quae effectum producit: stultae inquisitiones γεννῶσιν μάχας* 2 T. 2,23 [ita Plat.].*

γέννημα, ματος, τό ↑ 1) *id quod generatione productum est* (in animalibus et hominibus; cfr. γένημα), *suboles*: γεννήματα ἔχοντα ‘progenies viperarum’, *metaph.* = *pessima suboles malorum progenitorum*

Mt. 3,7; 12,34; 23,33. L. 3,7. — 2) *per abusum in codd. recent. scribebatur pro γενήματα q. v.; ita in t. r. Mt. 26,29. Mr. 14,25. L. 12,18; 22,18. 2 C. 9,10. [Soph. Plat. al.]**

Γεννησάρ [cod. D in Mt. Mr.], **Γεννησαρέθ, Γεννησαρέτ** «*Genesar, Genesareth*»: 1) *regio fertilissima lacui Galilaeo ab occidente adjacens*, a FlJ. bell. 3, 10, 8 *descripta: ἡλθον ἐπὶ τὴν γῆν εἰς Γεννησαρέτ* Mt. 14,34 cr. Mr. 6,53 cr. (t. r. εἰς, ἐπὶ τὴν γῆν Γ.). — 2) *eodem nomine* (FlJ. 1. c.) *vocabatur lacus Galilaeus: παρὰ τὴν λίμνην Γ. L. 5,1 [in scriptis Jud. poster. סְגִבֵּן, בְּנַרְתָּה יְמִינָה;* in V. T. *תַּהֲרָתִים, יְמִינָה* (LXX Χενέρεθ, Χενερώθ); 1 Mach. 11,67 τὸ ὄδωρ (τοῦ) Γεννησάρ, FlJ. Γεννησάρ].*

γέννησις, εως, ἡ (γεννάω) *generatio, nativitas* Mt. 1,18r. L. 1,14r. (t. r. γένεσις).*

γεννητός 3. (adj. verbi γεννάω) *genitus, natus* [Plato]; γεννητοὶ γυναικῶν *a mulieribus nati* = *homines* Mt. 11,11. L. 7,28 [dictio hebr. poët. Job 14,1 al.].*

γένος, ους, τό (γενέσθαι) *genus; 1) origo, germ. Abstammung: Κύριος τῷ γένει* (dat. respectus) A. 4,36; Mr. 7,26. A. 7,13; 18,2,24. — 2) *metonymice: ii qui de certa quadam stirpe orti sunt: a) proles, suboles, posteri: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν* A. 17,28, it. 29 (h. l. sensu metaph.); de uno: Ap. 22,16. — b) *familia, gens: ἐκ γένους ἀρχερατικοῦ* A. 4,6; ib. 13,26. Ph. 3,5; τὸ γένος ήμῶν ‘populum nostrum’ A. 7,19; τὸ γένος = *populares, qui ad eandem nationem pertinent: 2 C. 11,26. G. 1,14.* — 3) *res quae sunt ejusdem naturae, genus, species (Gattung, Art): γένη γλωσσῶν 1 C. 12, 10,28; Mt. 13,47; 17,21r. He. Br. Mr. 9,29. 1 C. 14,10.**

Γερασηνοί, ὄν, οἱ Mt. 8,28 Br. Mr. 5,1cr. L. 8,26,37 cr. (nTdf.) *Geraseni*; *cum ap. FlJ. ita vocentur incolae urbis, cui nomen erat τὰ Γέρασα, in Galaaditide prope Jabboc flumen sitae, in NT procul dubio nomen spectat locum quendam ignotum in litore orientali lacus Galilaei positum, cuius ruinae dicuntur esse eae, quae hodie Gersa, Kursi dicuntur (cfr. Schumacher, der Dscholan, Leipz. 1886, p. 177; Knabenb. in Mt. 8,28); sed regione diligenter inquisita W. A. Neumann (Qurn Dscheradi, Freibg. 1894) jūdicat, nomen collis Qurn Dscheradi inter Wadi Semak*

et Wadi N'qēb esse vestigium loci *Geradi* vocati, a quo vicinia habuerit nomen χώρα τῶν Γεραδινῶν, cuius nominis ignari scribae facillime potuerint notiora nomina τῶν Γαδαρηνῶν vel Γερασηνῶν substituere, vel etiam, si id fieri non posse intellegarent, Γεργεσηνῶν.*

Γεργεσηνοί, ὄν, οἱ *Gergeseni*, v. l. Mt. 8,28 r. Mr. 5,1 v. L. 8,26,37 Tdf.: Origenes cum sibi persuaderet, nec Γαδαρηνῶν, nec Γερασηνῶν sat recte dici ll. cc., confugit ad lectionem Γεργεσηνῶν, nomine ab urbe aliqua Γέργεσα, cuius ceteroqui nullum usquam vestigium exstat, repetito; per eum maxime et versionem syr. late sparsa est haec v. l.*

γερουσία, ας, ἡ (nom. abstr. ad γέρων, sensu collect.) *senatus, concilium seniorum*; in VT dicitur de magistratu cuiusvis civitatis Dt. 19,12, de supremo populi Israëlitici senatu Ex. 3,16, speciatim de Hierosolymitano, qui dicebatur συνέδριον Jdth. 4,8. 1 Mach. 12,6. 2 Mach. 1,10 al.; it. FlJ. 13, 5, 8; — A. 5,21 τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γ. τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ: sec. alios *synhedrium* et *gerusia* sunt idem, καὶ πᾶσαν = 'et quidem totam g.'; sec. alios συνέδριον est pars concilii, i. e. sacerdotes et scribae, γερουσία vero totum concilium, i. e. sacerdotes, scribae, seniores; sec. alios denique praeter *synhedrium* in urbe aliud concilium fuit, ἡ γερουσία (Knabenb. in l. c.).¹

γέρων, οντος, δ *senex* J. 3,4.¹

γεύω *gustandum praebeo* alci. alqd. τινά τινος; in NT occurrit sol. med. γεύομαι, ft. γεύσομαι, ao. ἐγευσάμην: *gusto*; τινός (exc. J. 2,9): 1) *degusto, delibando gustum cibi potusve explorō*: Mt. 27,34 abs.; J. 2,9 c. acc. — 2) *re* (max. cibo ac potu) *fruor* seu *utor*: *cibo potuve utor*: μηδενὸς γεύσασθαι A. 23,14; abs. C. 2,21; abs. = *cibum capio* A. 10,10; 20,11; δείπνου, ceneae *particeps sum* L. 14,24. — 3) *rem valde jucundam aut amaram ipse in me experior*: τινός H. 6,4; τὶ ib. 5; δτὶ 1 P. 2,3; huc pertinet aramaismus γεύομαι θανάτου = 'morior' Mt. 16,28. Mr. 9,1. L. 9,27. J. 8,52 (Aristid. 15; in Targum. ΜΥΘ ΑΓΝΩ).*

γεωργέω (γεωργός sum) *agrum colo*, c. acc.; pass. H. 6,7.¹

*γεώργιον οὐ, τό ↓ *ager, arvum* 1 C. 3,9

[Gen. 26,14 al. Strabo; alibi = 'agricultura, fruges'].¹

γεωργός, οῦ, δ *agricola* (γῆ, ΕΡΓΩ) Mt. 21,33—41. Mr. 12,1—9. L. 20,9—16. 2 T. 2,6. Ja. 5,7; †*vitis cultor, vinitor* J. 15,1 [it. Ael. h. a. 7, 28].*

γῆ, γῆς, ἡ *terra*; 1) i. q. *tellus*, cui opp. *caelum*, quocum universitatem rerum efficit (Gen. 1,1): Mt. 5,18; 6,10. Mr. 13,31. 2 P. 3,5 al. — 2) *terra quatenus ab hominibus habitat*, *domicilium hominum in hac vita degentium*: ἐκ περάτων τῆς γῆς Mt. 12,42; αἱ φυλαὶ τῆς γῆς Mt. 24,30; ἐπὶ (τῆς) γῆς 'in terra' fere i. q. inter homines Mr. 2,10; 9,3. L. 2,14; 18,sal.; ἡ γῆ metonym. = homines Ap. 19,2; A. 1,8; 3,25. H. 11,13 al.

— 3) sensu magis restricto: a) *terra continens*, ubi opp. mare: Mr. 4,1; 6,47. L. 5,3. Ap. 12,12 al. — b) *regio* alc. *populi: Land*: *pays*: seq. genet. nominis proprii γῆ Αἰγύπτου A. 13,17 v., Γεννησαρέτ Mr. 6,53r. Br., vel *populi γῆ Χαλδαίων* A. 7,4, vel *urbis principalis γῆ Σοδόμων* Mt. 10,15 (Mt. 2,6 non Bethlehem vocatur 'terra Juda', sed γῆ 'Ιούδα est casus absolutus pro genetivo positus, cfr. Bl. § 33, 2); ἡ γῆ simpliciter *Judaeis* est *Palaestina* Mt. 27,45. L. 4,25. Ja. 5,17 al. — c) *superficies terrae, solum*, cui insistimus: ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν J. 8,8r. He. Br.; πεσῶν ἐπὶ τὴν γῆν A. 9,4; Mt. 10,29; 23,35; 27,51. Mr. 8,6 al. — d) *suprema pars corii terrae*, ubi plantae crescunt, *arvum, humus*: χόρτος τῆς γῆς Ap. 9,4; L. 13,7. H. 6,7 al.; *ipsa materia hujus humili*, considerata ejus bonitate aut copia Mt. 13,5,8,23. Mr. 4,5,8; quia Deus, cum hominem formaret, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς sumpsit (Gen. 2,7), homo vocatur ἐκ γῆς χοῖχός 'de terra pulvereus' 1 C. 15,47.

γήρας, τό (attice gen. γήρως, dat. γήρᾳ, — in dialecto vulg. gen. γήρους 3 Reg. 15,23 cA, γήρει Gen. 15,15; 25,8 cA al., cfr. Helbing p. 42) *senectus*; ἐν γήρει αὐτῆς L. 1,36 cr., t. r. γήρᾳ.¹

γηράσκω ↑ (verb. inchoat. ad γηράω 'senex sum'), ao. ἐγήρασα: *senesco* J. 21,18; metaph. de re quae obsolescit, quae jam in eo est ut abrogetur H. 8,13.*

γίνομαι (ion. et hell. = att. γίγνομαι), ft. γενήσομαι, ao. ἐγενόμην et [LXX, inscr. Magn., pap. — v. Mayser p. 379] ἐγενήθην, pf. γέγονα et γεγένημαι: *flo*, et

accuratius γενέσθαι fieri, γίνεσθαι nunc fieri, identidem fieri ets. (et v. nr. II 2c), γεγονέναι factum esse = esse; accedit quod ex hoc verbo supplentur formae verbi εἰμί deficientes, minus usitatae atque exolescentes, nempe (pro ἵσθι, ἔστε, ὁ, ὄμεν, ὥν) γίνου, γίνεσθε, γίνωμαι, γινώμεθα, γινόμενος . . . , porro aor. ἐγενόμην = fui.

I. *Dicitur absolute sine praedicato γίνομαι fio;* 1) esse *incipio, exsisto* ets.; a) *creatione fio:* πάντα δὶ αὐτοῦ ἐγένετο J. 1,3; J. 1,10. H. 11,3. Ja. 3,9; — b) *orior, nascor, exsisto:* cum ἐξ originis R. 1,3. G. 4,4a — cfr. J. 8,58. Ap. 16,18d; — c) *in publicum prodeo, exsisto: aufreten: ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν* 1 J. 2,18; Mr. 1,4. J. 1,6. — 2) *res fit, vario modo et sensu: a) planta crescit* 1 C. 15,37; *res conficitur ab homine* A. 19,26; *leges statuuntur* Mr. 2,27. G. 3,17; alqd. *producitur hominibusque offertur: ή χάρις καὶ ή ἀλήθεια, add. διὰ auctoris, J. 1,17; b) actio, opus ab alqo. fit seu peragitur* (sic suppletur passivum verbi ποιεῖν): τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου A. 12,9; L. 9,7r. Br. (δύ' αὐτοῦ); 13,17; 23,8. 1 C. 14,26,40; 16,14. E. 5,12; id quod alqs. fore dixit aut fieri vult, *fit, exsecutioni mandatur: γέγονεν δὲ ἐπέταξας* L. 14,22; Mt. 6,10. L. 22,42; 23,24 ('id quod petebant'). A. 21,14. 1 C. 15,54 (γενήσεται 's'accomplira' sec. Crampon); cfr. nr. i; c) *quibusdam causis effectus producitur: χεῖρον σχίσμα γίνεται* Mr. 2,21; 1 T. 6,4 cum ἐξ causae; d) *festa aguntur, celebrantur* Mt. 14,6 cr.; 26,2. J. 2,1; 10,22; e) *tempus, dies, nox... incipit aut occurrit: δψίας γενομένης* Mt. 8,16; 14,15. Mr. 1,32 al., πρω̄τας γ. Mt. 27,1. J. 21,4; δψὲ ἐγένετο Mr. 11,10, νῦν A. 27,27, ή ὥρα L. 22,14; Mr. 6,2 al. (etiam nr. d. huc referri potest); f) *eventus naturae fiunt, oboriuntur: χάλαζα* Ap. 8,7, βροντὴ J. 12,29; Mt. 8,24,26; 28,2. Mr. 4,37; 9,7. L. 6,48; 23,44. J. 6,17. A. 2,2; 16,26. Ap. 11,13; g) *eventus in vita communi et commercio hominum, calamitates ets. fiunt, eveniunt, oriuntur: λιμός* L. 4,25; τάραχος A. 19,23, σχίσμα J. 7,43; Mr. 4,17. L. 22,24; 23,19. A. 6,1; 23,9 al. saepe; h) *affectus animi oriuntur: θάμβος* L. 4,36; 1,65; 15,10 al.; i) *multa nomina actionis cum verbo γ. copulantur ad faciendum*

Passivum periphrasticum: ἀθέτησις γίνεται ἐντολῆς lex abrogatur H. 7,18, οὐ γίνεται ἄφεσις (ἀμαρτιῶν) 9,22; Mr. 14,4. A. 8,1; 13,32 al.; saepe φωνὴ ἐγένετο i. q. ἐφωνήθη vox loquentis audita est Mr. 1,11; 9,7 al.; γενήσεται δὲ λόγος δὲ γεγρ. tunc dicetur (cantabitur) illud S.Scr^{ae} 1 C. 15,54; εὐδοκία ἐγένετο volitum est Mt. 11,26. L. 10,21; k) saepe cum pronomine neutro ets. de quibusvis eventibus seu rebus gestis: τοῦτο δὲ γέγονεν 'hoc totum evenit' Mt. 1,22 al.; τούτου γενομένου 'quo facto' A. 28,9; τὸ γεγονός L. 8,35. A. 4,21; Mt. 24,34. L. 12,54. A. 10,37. 1 C. 9,15 al.; v. nr. seq. — 3) Construitur impersonaliter: a) in formula graeca μὴ γένοιτο, qua quis aut malum deprecatur ne fiat L. 20,16 [εἰ δὲ μαλακισθείη Σωτήριχος — δὲ μὴ γένοιτο! — . . . inscr. Delph. saec. 2. a. C.], aut alqd. cum emphasi negat ac rejicit, *absit, minime!* R. 3,4,6 al. [Epict. I 1, 13; 2, 35 al.] — b) in formula ἐγένετο δέ [Luc. LXX] vel καὶ ἐγένετο = hebr. יְהִי, qua ab initio novae narrationis ejusve partis indicatio temporis aut adjunctorum induci solet, saepe in Mt. Mr. L.: pleonastice igitur haec formula ponitur ante ὅτε, ως ets.: καὶ ἐγένετο ως ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι = 'cum elapsi essent dies' L. 1,23: Mt. 7,28; 11,1; 26,1. L. 2,15; 19,29 al.; ante genetivum absol.: ἐγένετο δὲ τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος 'egresso autem daemonio . . .' L. 11,14; Mt. 9,10; ante praepositiones temporales: καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις Mr. 1,9; L. 1,59; 2,46 al.; ante nominativum quandam absolutum temporis (Bl. § 33, 2) L. 9,28. A. 5,7; saepe ante ἐν τῷ cum (accus. et) inf^o: καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν 'cumque seminaret' Mr. 4,4; ἐγ. δὲ ἐν τῷ ιερατεύειν αὐτόν L. 1,8, L. 2,6; 5,1 al.; — post indicatum ita tempus sequitur verbum aut absolute: καὶ ἐγ. ὅτε . . . , εἰπεν 'cumque . . . , dixit' Mt. 26,1, 7,28; 11,1. L. 1,23 al., aut καὶ (ad instar hebraici י) praemissō: καὶ ἐγ. ἐν . . . , καὶ αὐτὸς ήν διδάσκων L. 5,17: 8,1; 9,28 al.; — alibi a verbo ἐγένετο accus. et inf. suspenditur: ἐγ. δὲ ἐν . . . ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν 'cum . . . , apertum est caelum' L. 3,21, A. 19,1; alicubi etiam ipsa indicatio temporis (sententia secundaria) itidem ab ἐγένετο suspenditur: καὶ ἐγ. αὐτὸν

παραπορεύεσθαι, . . . καὶ οἱ μαθηταὶ ἥρξαντο ‘cum . . . transiret, discipuli spicas vellere cooperunt’ Mr. 2,23; de his formulis cfr. Moulton, Expositor VI 9 p. 74. — **c)** Extra has constructiones occurrit ἐγένετο cum acc. c. inf. *accidit ut*. ἐγ. αὐτὸν ἐγγίζειν ‘contigit ut appropinquaret’ A. 9,3: 21,5; ἐγένετο cum dat^o personae cui contigit ut . . . (sequitur acc. c. inf.) A. 22,6,17; γίνεται cum dat. subjⁱ et inf^o praedicati: δπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ‘ne sibi contingere ut diutius tempus tereret’ A. 20,16, [έάν ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι Epict. enchir. 23]; ἐμοὶ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι ‘utinam ne accidat ut ego glorier!’ G. 6,14 [LXX = Ὡς τῇ ηλίῃ Gen. 44,7. 3 Reg. 20,3; μὴ σοι γένοιτο . . . ἀπαγορεῦσαι Epict. 2, 2, 13 al.; X. Cyr. 6, 3, 11 λαβεῖν μοι γένοιτο τοὺς πολεμίους]. — **d)** εὗ γίνεται τινὶ ‘alci. bene (res) evenit, alqs. beatus est’ E. 6,3 ex Dt. 5,16 [Epict. 2, 5, 29].

II. Dicitur cum addito praedicato: 1) *praedicatum est substantivum: a) aliquis fit alqd.*, **a)** se facit, evadit, constituitur, nominatur ets.: ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο J. 1,14; ἐγένετο προδότης L. 6,16; Mr. 1,17. L. 23,12. J. 1,12; 9,27; 12,36, A. 1,22; 7,52. R. 4,18. H. 7,20; nota metaphoras κατάρα = male-dictus G. 3,13, παρηγορία auctores solacii C. 4,11, χαλκὸς ἡχῶν aeri sonanti similis 1 C. 13,1, Χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία 1 C. 1,30 = Christus factus est noster, ejus sapientia nostra. — **b)** alqs. se opere praebet seu monstrat esse alqd.: ἵνα γένησθε ἐμοὶ μαθηταί J. 15,8; L. 10,36 (proximus). 1 C. 4,16. E. 5,1. 1 T. 4,12. H. 11,6 s. 3 J. 8 (v. notam post nr. II 2c). — **b)** *aliquid fit alqd.*: interna mutatione L. 4,3. J. 2,9. Ap. 16,3; metaph. J. 4,14; valore ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν ‘circumcisio tua evasit’ in aestimatione apud Deum ‘incircumcisio’ R. 2,25; ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκέτι γίνεται χάρις ‘alioquin gratia non amplius revera se praebet gratiam (i. e. gratis datum)’ R. 11,6. — **c)** hebraizat dictio τὶς γίνεται εἰς τι = *fit alqd.* = Ὡς πάπ: ἐγένηθη εἰς κεφαλὴν γωνίας Mt. 21,42 (Ps. 117,22); L. 13,19. J. 16,20. R. 11,9. 1 C. 15,45. Ap. 8,11; 16,19. 2 C. 8,14 (= fiat vestrae indigentiae supplementum); γ. εἰς οὐδέν ‘ad nihilum redigi’ A. 5,36, εἰς οὐδέν ‘ad irritum redigi’ 1 Th. 3,5. —

2) praedicatum est adjectivum: a) aliquis (aliquid) fit talis: περίλυπος γενόμενος Mr. 6,26; Mt. 12,45; 17,2. Mr. 4,19. J. 5,6; 8,33 al.; huc trahi potest dictio γίνομαι ὡς (ώσει) τις *fio alci. similis*: ως Σόδομα ἀν ἐγενήθμεν R. 9,29; Mt. 10,25. L. 22,26. 1 C. 9,20. G. 4,12; saepe γίνομαι cum adjectivo est emphatica circumscriptio verbi simplicis, ut γνωστὸν ἐγένετο ‘innovuit’ A. 1,19, ἀφαντὸς ἐγ. ‘evanuit’ L. 24,31; A. 22,9 al. — **b)** *in aestimatione aliorum fio talis*, i. e. cognoscor ut talis: γενέσθω δ Θεὺς ἀληθής R. 3,4: 7,13 c. 2 C. 7,14. — **c)** *moribus ac vita me praeebo talem*: πιστὸς ἐγένου L. 19,17; H. 11,34. Ja. 1,12 al. *Nota*, verbo γίνεσθαι suppleri formas verbi εἰναι deficientes aut exolescentes; saepe sic occurrit imper. γίνου et prohibitio μὴ γίνου, ut: γίνεσθε οἰκτίρμονες ‘estote misericordes’ L. 6,36; μὴ γίνεσθε ἀφρονες E. 5,17; Mt. 6,16; 10,16. J. 20,27. R. 12,16. 1 C. 4,16; 7,23; 14,20 al. — **3)** *praedicatum est genetivus vel dativus substantivi: a) genetivus possessivus*: ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία L. 20,14: 20,33. Ap. 11,15 b; 12,10; genetivus qualitatis δτε ἐγένετο ἐτῶν ιβ’ ‘cum evasisset duodennis’ L. 2,42; 1 T. 5,9. 2 P. 1,20 (v. ἐπίλυσις). — **b)** *dativus*: τι γίνεται τινὶ alqd. *alci. obtinet, alqs. rem obtinet, adipiscitur*: μὴ γένηται ἀνταπόδομά σοι L. 14,12; Mt. 18, 12,19. Mr. 4,11. L. 19,9. J. 15,7. A. 24,3. R. 7,3. 1 C. 4,5; eventus *alci. contingit, accidit*: θλῖψίς τινὶ γίνεται 2 C. 1,8; Mr. 5,33 cr.; 9,21. L. 1,38 (cfr. κατά II, 6, notam in fine). J. 5,14 al. — **4)** Ut verbi εἰναι, ita verbi γίνεσθαι *praedicatum esse potest praepositio localis cum suo nomine* (et primitus significat ‘fieri praesentem in . . .’ ets.), ubi verti potest *venio* aliquo, *versor* alicubi: **a)** εἰς: γενέσθαι εἰς ‘Ιεροσόλυμα ‘venire Hierosolyma’ A. 20,16; 21,17. L. 1,44. G. 3,14. — **b)** γ. ἐμπροσθέν τινὶ ‘ante alqm. (localiter) venio s. collocor’, et hoc dicitur metaphorice = ‘alci. anteponor, praesto’ J. 1,15,27 r. He. Br. 30. — **c)** ἐν: ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος ‘cum domum venisset’ Mr. 9,33; A. 13,5. 1 Th. 1,5. 2 T. 1,17. Ap. 1,9 (‘fui in insula’ an ‘veni [deportatus] in insulam?’); γ. ἐν πνεύματι ‘in ecstasis abripi’ Ap. 1,10; 4,2; γ. ἐν ἑαυτῷ ‘ad se reverti’ = sui plene conscientum fieri A. 12,11 [X. anab. 1, 5, 17];

ἐν παραβάσει γέγονεν ‘in peccatum incidit’ 1 T. 2,14; L. 22,44. R. 16,7 (fieri Christianum). Ph. 2,7. — **d)** γίνου ἐπάνω ε' πόλεων ‘praeesto V urbibus’ L. 19,19. — **e)** γ. ἐπί ‘advenire’: seq. ἐπί c. gen. L. 22,40. J. 6,21; seq. ἐπί c. acc. L. 24,22. A. 21,35. — **f)** γ. κατά c. acc. loci: ‘advenire’ L. 10,32. A. 27,7; γ. κατὰ μόνας ‘se seorsim recipere’ Mr. 4,10. — **g)** ἐγένετο μετά τῶν ἐν Δ. μαθητῶν ‘fuit s. conversatus est cum . . .’ A. 9,19; Mr. 16,10. — **h)** γ. πρός τινα venire ad alqm., aut esse apud alqm. 1 C. 2,3; 16,10. 2 J. 12 cr. — **i)** γ. σύντινι alci. se associare L. 2,13. — **k)** ὑπὸ νόμου γενέσθαι ‘fieri legi subjectum’ G. 4,4. — **l)** ἐγγὺς τοῦ πλοίου γ. ‘prope accedere ad navem’ J. 6,19; — **5)** ut *praepositiones, ita adverbia loci subjunguntur*: πότε ὅδε γέγονας; ‘quando huc venisti?’ J. 6,25; ἐγγὺς γ. ‘prope venire’ E. 2,13; ἐξ μέσου γ. ‘e medio abire s. tolli’ 2 Th. 2,7.

III. γίνεσθαι cum adverbio = *se habere, se gerere sic: δσίως κτλ.* 1 Th. 2,10; πῶς A. 20,18; A. 15,25.

γινώσκω (att. γιγνώσκω), ft. γνώσομαι, ao. ἔγνων (conj. 3. ps. sg. γνῷ J. 7,51, hell. γνοῖ Mr. 5,43; 9,30. L. 9,15 in t. cr.), pf. ἔγνωκα, pf. P. ἔγνωσμαι, ao. P. ἔγνωσθην, ft. P. γνωσθήσομαι: I. inchoative: *notitiam alcs. acquirō, nosco* (ita potissimum aor. et fut. usurpantur): 1) *cognosco aliquid*, i. e. alqd. mihi notum, clarum, certum fit, quacunque ratione id evenit: ut observando, ratiocinando cognosco Mt. 21,45. L. 1,18; 16,4; 21,20. J. 4,53 al.; experiendo, videndo, audiendo, sentiendo percipio Mr. 5,29 (*τῷ σώματι*); 8,17. J. 13,28 al.; discendo nosco, edoceor Mt. 13,11. A. 1,7. Ja. 2,20 al.; audiens nosco, mihi nuntiatur Mt. 12,15. L. 9,11; 24,18 al.; quaerendo ex aliis nosco, mihi dici jubeo ets. Mr. 15,45. J. 7,51. 1 C. 4,19 al.; sensum dictorum perspicio Mr. 4,13. L. 18,34 al. — 2) *nosco aliquem*, cognosco quis ille sit L. 24,35; alqm. (Deum) exsistere intellego R. 1,21; perfectius cognosco qualis quantusque alqs. sit J. 1,10; 16,3; 17,25.

1 C. 1,21; ex adjunctis i. q. *aestimo, dijudico* 2 C. 5,16. 1 J. 4,6 b, vel *approbo, agnosco* Mt. 7,23. J. 10,14. 1 C. 8,3. G. 4,9 b. 2 T. 2,19. — II. non inchoative: *scio, novi* (ita praesertim praes. et perf.): 1) *novi aliquid* i. e. alqd. mihi notum, certum,

*clarum est: Mr. 15,10. L. 16,15. J. 2,25; 3,10. A. 20,34; saepe imperativus γινώσκετε etc. in monitione Mt. 24,33. A. 2,36 al.; — alcs. artis gnarus sum (ut ἐπίσταμαι), c. inf. Mt. 16,3; ‘Ελληνιστὶ γινώσκεις A. 21,37; τὸν μὴ γνόντα ἀμαρτίαν innocentem, impeccabilem 2 C. 5,21; intellego dictum A. 8,30; de charismate scientiae 1 C. 13,9. — 2) novi aliquem, alqs. mihi notus est: J. 1,49. A. 19,15; quis, quid, quantus alqs. sit novi J. 2,24; 8,55; 14,9; 17,3; cf. J. 10,14. — 3) sensu perfectiore verbum accipitur: de personarum divinarum inter se cognitione J. 10,15; 17,25; de salutari ac caritati conjuncta cognitione qua Deum vel Christum cognoscere dicimur, ubi ‘nosse Deum, Christum’ fere est i. q. ‘de ejus notis seu amicis esse, amicitia caritatis cum eo conjunctum esse’, ut 1 J. 2,3,4, 13,14; 3,1; 4,6, ac vicissim ‘a Deo cognosci’ i. q. ‘a Deo pro amico, pro genuino filio vel famulo haberī’, cfr. J. 10,14. 1 C. 8,3. G. 4,9 b. 2 T. 2,19, negative Mt. 7,23 [Sap. 4,1; 10,5 c⁸A^C: Sapientia ἔγνω τὸν δίκαιον, Abrahamum]. — III. Per euphemismum cognoscere dicitur vir mulierem Mt. 1,25 [Gen. 4,1 al. = γῆ], mulier virum L. 1,34 [Gen. 19,8], sc. per copulam maritalem (οὐκ ἔγινωσκεν, οὐ γινώσκω statum virginalem describit). — NB. *De constructione verbi haec sufficiunt: unde cognitio hauriatur, ita enuntiant: ab alqo ἀπό τινος Mr. 15,45; ex re: ἐκ τινος Mt. 12,33. 1 J. 4,6, κατά τι L. 1,18, ἐν τινι 1 J. 2,5; 3,24 (ἐν τούτῳ ὅτι 1 J. 3,16, . . . ἐὰν 2,3, . . . ὅταν 5,2), ὅθεν ‘inde’ 2,18.**

μόνον adv. *solum, tantum, modo, non . . . nisi* accedit vel ad nomina sententiarumve partes vel ad verba integrasque sententias: τοῦτο μόνον ‘hoc solum’ G. 3,2; τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μ. ‘solum fratres vestros’ Mt. 5,47; ἐὰν μ. ἄψωμαι τοῦ ἵματίου αὐτοῦ ‘si hoc unum mihi contigerit ut tangam etc.’ Mt. 9,21; Mt. 10,42; 14,36. R. 3,29. G. 1,23; aliquotiens cum imperativis = ‘hoc unum rogo, exigo, moneo, ut . . .’: μόνον εἰπὲ λόγῳ ‘tantum dic verbo’ Mt. 8,8: Mr. 5,36. L. 8,50. G. 5,13 (verbum ipsum, fort. μετατρέπετε vel δίδοτε omissum est), hinc in oratione indir.: μ. τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν (= or. dir. μ. μνημονεύετε!) G. 2,10; μ. ἵνα ‘ad eum solum finem ut’ G. 6,12; οὐ μόνον . . . ἀλλὰ καὶ ‘non solum sed etiam’ Mt. 21,21. J. 5,18. A. 19,27. R. 1,32 al., om. καὶ A. 19,26; οὐ (vel μὴ) μόνον, ἀλλὰ καὶ J. 11,52; 12,9; 13,9; 17,20. R. 4,12,16. Ph. 2,12 al., om. καὶ 1 J. 5,6; οὕπω . . ., μόνον δέ ‘nondum . . ., sed tantum’ A. 8,16; verbo in negativo membro omissio οὐ μ. δέ, ἀλλὰ καὶ ‘non solum hoc, sed etiam’ =

insuper, praeterea R. 5,3,11; 8,23; 9,10. 2 C. 8,19; positivo membro praemisso, sequitur καὶ οὐ (vel μὴ) μόνον, ut: γίνεσθε ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ ἀκροαταὶ μ. Ja. 1, 22 (= μὴ μ. ἀκροαταὶ, ἀλλὰ καὶ ποιηταὶ): G. 4,18. Ja. 2,24; ellipsis: μ. ἔως ‘tantum id aperte ac plene non fit, donec’ 2 Th. 2,7.

μόνος 3. *solus, unus, unicus*; ponitur praedicati loco post verba ὑπολείπεσθαι, εἶναι, μένειν ets. Mt. 14,23. L. 9,36. J. 8,16. R. 11,3. 1 Th. 3,1; praedicative additur nominibus ac pronominibus = *sō'us, solum, non . . . nisi*: μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον J. 6,22; αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις Mt. 4,10; Mt. 12,4; 18,15. Mr. 9,2. L. 24,18. J. 6,15. R. 16,4 al.; pleonastice additur post εἰ μή, praegressâ negatione, Mt. 12, 4; 17,8; 24,36. L. 5,21; 6,4. Ap. 9,4; attributive: *unicus*: *der einzige*: δ μόνος Θεός J. 5,44: ib. 17,3. 1 T. 6,15. Ju. 4; e contextu i. q. a) *auxilio destitutus, solus sibi relictus*: οὐκ ἀφῆκεν με μόνον J. 8,29: L. 10,40. J. 16,32; b) *sterilis, sine fructu*: δ κόκκος τοῦ σίτου αὐτὸς μόνος μένει J. 12, 24; — dictio adverbialis κατὰ μόνας ‘solus, nullo alio praesente, in loco solitario’ Mr. 4,10. L. 9,18 [X. mem. 3, 7, 4; Thuc. 1, 32, 5 al.].

μονόφθαλμος 2. *unius oculi* i. e. altero oculo *captus, lucus* Mt. 18,9. Mr. 9,47. [Hdt.; Apollod. Strab.]*

μονώ (μόνος) *reddo alqm. solum, unum, solitarium, auxilio aliorum destitutum* ets. [Hom. Hdt. Xen. al.]; μεμονωμένη, ptc. pf. P., 1 T. 5,5 ‘prorsus sola relicta’, nempe quae ne filios quidem aliosque propinquos habet qui eam sublevent [Thuc. 2, 81, 5].¹

μορφή, ῥε, ἡ *forma*; 1) *figura, externa species personae vel rei*; ἐν ἑτέρᾳ μ. ‘in specie diversa (sc. ab ea quam videre in eo ante soliti erant)’ Mr. 16,12 [Hom. Pind. ss.]. — 2) Aristotelī μορφή est *principium formale* rerum et universim philosophis posterioribus erat rerum *character specificus*, ut nunc dicimus. — 3) fere i. q. *natura*: est illa personae vel rei qua tali propria nec mutari potest (cum σχῆμα sit transitorium et mutabile): unde ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ‘in forma Dei existens’ indicat naturam divinam realiter atque inseparabiliter in Christo existentem Ph. 2,6; μορφὴν διύλου λαβών ‘susce-

pitque formam (naturam) servi' ib. 2,7. [Justin. M. apol. I 9, M. 6, 340 a dicit numina paganorum Θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα, Deus contra dicitur ἀρρητὸν δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων. Apud Patres aut οὐσία et μορφή identifyantur, aut οὐσία in conceptu μορφῆς inclusa supponitur. Cfr. locos in art. ἀρπαγμός citatos ex periodicis Zeitschrift für kath. Theologie.]*

***μορφῶ**, οὐ, δ *P.* ἐμορφῶθην † *formo, efformo, effingo*; objectum verbi est vel materia quae in certam formam scalpro fingitur [ξύλα, λίθους Clem. Al.] vel persona resve cuius imago fingitur [τὸν ἀσώματον Anth. 1, 33, 1] vel res quae certam formam nanciscitur [animalia, plantas: pass. Theophr.]; sensu metaphor.: ἄχρις οὗ μορφωθῆ Χριστὸς ἐν ὑμῖν 'donec formetur in vobis Christus G. 4,19, ubi Galatae considerantur tamquam materia quae ita est dolanda ac polienda, ut dein fiat imago Christi (cf. R. 8,29. 2 C. 3,18. G. 2,20). [Is. 44,13 v. Arat. al.]¹

~~μόρφωσις~~, εως, ἡ † 1) *actus formandi, formatio* [Theophr.]. — 2) † *formatio = forma*; a) *vera alcs. rei imago et expressio*: ἔχειν τὴν μ. τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας R. 2,20. — b) *externa dumtaxat rei species et simulatio*: ἔχοντες μ. εὐσεβείας 2 T. 3,5 (opp. δύναμις 3 b).*

†**μοσχοποιέω**, οὐ. ἐμοσχοποίησα *vitulum facio* i. e. *vituli simulacrum e metallo confacio* A. 7,41: ipsum vocabulum recens fabricatum videtur nescio quid ironiae prae se ferre. [scr. eccl.]¹

μόσχος, οὐ, δ *tenera suboles* 1) plantarum: *vitulamen, tenella planta vel plantae surculus*. [Theophr.; v. Schmidt 76, 12] — 2) hominum et animalium: *puellus, pullus*. [Eur.] — 3) plerumque: *juvencus, vitulus*: L. 15,23,27,30. H. 9,12,19. Ap. 4,7. [tragg. Plat. al.; LXX]*

μουσικός 3. (Μοῦσα 'Musa; ars liberalis, scientia; carmen, cantus, poësis') 1) *ad Musas* i. e. *artes liberales pertinens*. [Aristoph. Plat. al.] — 2) *ad cantum ac musicen pertinens, musicus*, ubi de homine praedicatur = *canendi (instrumentis vel voce) peritus* [Aristoph. Xen. al.]; substantivum: *musicus* [X. Cyr. 1, 6, 38], *cantor* [Ez. 26,3 = γένε]: μουσικῶν καὶ αὐλητῶν Ap. 18,22.¹

μόγχος, οὐ, δ *arduus labor, aerumna, negotium operosum*; c. synon. κόπος (q. v.)

2 C. 11,27. 1 Th. 2,9. 2 Th. 3,8. [Pind. tragg. Xen. LXX]*

μυελός, οὖ, δ *medulla* [Hom. ss.]; plur. [raro] H. 4,12.¹

μνέω, pf. P. *μεμύημαι*: 1) *sacris mysteriis initio* alqm.; pass. *mysteriis initior, seq. acc. vel gen. rei; οἱ μεμυημένοι 'initiati'* [Hdt. tragg. Plat.]. — 2) sensu latiore: *doceo* alqm. id quod est a communi hominum scientia magis remotum; pass. *doceor, disco* [seq. inf. Alciphron 2, 4, 21]: ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσιν μεμύημαι καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾶν κτλ. 'inter quaecumque rerum adjuncta hujus artis gnarus sum, ut [aeque facile] possim satiari vel esurire' Ph. 4,12, i. e. neque abundantiam neque egestate perturbor aut a recta via abducor.¹

μῆδος, οὐ, δ 1) *quibus sermo, narratio, mandatum, colloquium* etc. [Hom., raro ap. Atticos] — 2) *narratio ficta, fabula, rumor rei incertus qualis narrationibus vulgi continetur* [Pind. Hdt. Plat. Arist., inde Dem. p. 1219, 14 μύθους λέγειν = mentiri; Eur. ώς δ μ. ἔχει 'ut rumor est'] 2 P. 1,16; aliis locis hoc nomine designantur commenta falsa, insipida, inutilia pseudodidascalorum: 1 T. 1,4. 2 T. 4,4 (opp. ἀλήθεια); illi mythi dicuntur 'Ιουδαῖοι ab Judaeis inventi et a christiana veritate alieni T. 1,14, βέβηλοι καὶ γραώδεις profani et aniles 1 T. 4,7.*

μυηάομαι verbum onomatopoëticum 1) *mugio*, de bubus. [Hom. ss.] — 2) *rugo, rudo*; de leone: Ap. 10,3. [ita jam Theocr. 26, 21 μύχημα λεαίνης]¹

μυκτηρίζω (μυκτήρ 'naris, nasus') *naribus corrugatis subsanno alqm., irrideo*: Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται 'Deus [impune] non irridetur' vel 'Deus sibi illudi non patitur' G. 6,7. [Lys. (Poll. 2, 78); LXX; SEmp.]¹

×**μυλινός** 3. (μύλη 'mola') † *ad molam pertinens, molaris* Mr. 9,42 r. L. 17,2 cr.*

μύλινος † 1) *e lapide molari confectus*. [CIGr. n. 3371] — 2) † *molaris* Ap. 18,21 WH. Br.¹

μύλος, οὐ, δ 1) **lapis molaris* Ap. 18, 21; lapis superior mobilis, quia in molis majoribus ab asino circummovebatur, dic. μύλος δινικός «mola asinaria» Mt. 18,6. Mr. 9,42 cr. L. 17,2 r. (idem lapis dicebatur δνος ἀλέτης 'asinus molitor' Xen., vel simpl. δνος Hesych. Suid.) [LXX = בְּגַת]

Jdc. 9,53 cA (cB ἐπιμύλιον ut Dt. 24,6). | 2 Reg. 11,21; Anthol.] — 2) * *mola, mollestinum* Mt. 24,41 cr. Ap. 18,22. [LXX = Μύλη] Ex. 11,5. Dt. 24,6. Is. 47,2; Strab. DSic. pap. Plut.]*

μυλών, ὄνος, ὁ (μύλη 'mola') *locus molaes, pistrinum* Mt. 24,41 r. [Eur. Thuc. LXX]¹

Μύρα (minus bene Μύρρα Tdf. WH. He.), ων, τά *Myra*, Lyciae urbs maritima, A. (21,1 cD) 27,5 (nBr.).¹

μυριάς, ἀδος, ἡ (μύριοι) 1) *numerus decem milium, decem milia*; ὅνο μυριάδες μυριάδων $2 \times 10000 \times 10000$ Ap. 9,16 r. Br. (cfr. δισμυριάς); innumerabilis multitudine indefinite indicatur μυριάδες μυριάδων καὶ χιλιάδες χιλιάδων Ap. 5,11; ἀργυρίου μυριάδας πέντε 'nummorum argenteorum (= drachmarum) quinquaginta milia' = circiter 35 000 marcas, A. 19,19 [ita om. ὀραχμῶν Aristoph. Eq. 829]. — 2) indeterminate et hyperbolice (cfr. μυρίοι) = *numerus ingens, numerus praeter opinionem magnus, caterva, nubes*; L. 12,1. A. 21,20 [Eur. Plat.; Ps. 3,7 = תְּבַבָּר]; de catervis angelorum H. 12,22, qui dicuntur ἄγιαι μυριάδες Ju. 14 [Dt. 33,2 שְׂעִירָתְּבַבָּר, LXX σὺν μυριάσιν Καθήξ].*

μυρίω, ao. ἐμύρισα (μύρον) *unguentis inungo* Mr. 14,8. [Hdt. ss.]¹

μύριοι 3. *decies mille, decem milia*; ita, ut vid., Mt. 18,24, quia etiam v. 28 pecunia determinatae magnitudinis indicatur (cf. art. seq.).¹

μυρίοι 3. (de accentu v. Kühner³ I p. 629, poët. etiam sing. μυρίος 'imensus, ingens') *permulti, sescenti, innumera-biles*; dic. de numero magno, indeterminato, ultra opinionem majore: 1 C. 4,15; 14,19; dubito num etiam Mt. 18,24.*

μύρον, ον, τό (a μύρω 'fluo; fleo': ergo primitus de suco ex arbore profluente) *unguentum bene olens, oleum odoratum* Mt. 26,7,9 r., 12. Mr. 14,3-5. L. 7,37 s., 46. J. 11,2; 12,3,5. Ap. 18,13; plur. L. 23,56. [Aesch. Hdt. ss. LXX].*

Μυσία, ας, ἡ *Mysia*, regio Asiae Minoris, Propontidi adjacens: A. 16,7 (χατά II 1 a), 8.*

μυστήριον, ον, τό (cf. μύστης 'sacris arcanis initiatus', μυέω 'sacris arcanis alqm. initio') Graecis profanis est *mysterium* i. e. res religiosa arcana paucis tan-tum nota, quam nullo modo initiatis lice-

bat cum profanis communicare; erant mysteria arcanae quaedam doctrinae caerimoniaeque sacrae statis quibusdam diebus sollemniter solitae peragi, quorum celeberrima fuere Eleusinia [Hdt. tragg. ss.]; interdum metaphorice *id quod ceu arcanum sacram retinetur, secretum* [Menander: μ. τοῦ μὴ κατείπης τῷ φίλῳ, cf. Cic. de or. 3, 64 'alqd. tacitum tamquam mysterium tenere']. — In LXX a) *mysterium, caerimoniae gentilium*, Sap. 15,8,23; b) *secretum consilium Dei* Sap. 2,22, regis Tob. 12,7. Jdth. 2,2; c) *quodvis secretum* Sir. 22,22; 27,16 s., 21. 2 Mach. 13,21; d) *res quaedam humano intellectui impervia quae nisi revelatione divinâ cognosci non potest*, ut significatio somnii Dan. 2,18 s., 27 s. al. = aram. Η. — In NT: 1) *veritas a Deo revelata per se intellectui nostro abscondita, doctrina arca-na quae revelatione divinâ innotescit, fidei dogmata divinitus revelata*: a) generatim: μυστήρια Θεοῦ (gen. subj. vel auctoris) veritates fidei magisterio apostolico commissae 1 C. 4,1, quae collective dicuntur τὸ μ. τῆς πίστεως quia sunt objectum fidei 1 T. 3,9, it. μ. τοῦ εὐαγγελίου E. 6,19, sim. μ. τῆς εὐσεβείας quia iis innititur pietas religioque christiana 1 T. 3,16; τὰ μ. (Mt. 13,11. L. 8,10) vel τὸ μ. (Mr. 4,11) τῆς βασιλείας τ. Θ. (τῶν οὐρανῶν) eae doctrinae ac veritates quibus natura atque essentia regni Messiani continetur, quae erant Judaeis aegre intelligibiles, omnibus hominibus partim sunt obscurae, ipsis quoque angelis partim erant absconditae atque ignotae (cf. E. 3,10). — b) in specie quaedam capita fidei christianaе vel naturā suā excellentiora atque intellectu difficiliora vel particulari aliquā revelatione manifestata nec omnibus statim fidelibus proposita 'mysteria' vocantur: 1 C. 13,2; 14,2; 'mysterium' vocatur opus redēptionis generis humani per Christum 1 C. 2,1 WH. E. 1,9 (explicatur v. 10 ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ); 3,9. Ap. 10,7; τὸ μ. τοῦ Χριστοῦ (gen. obj. vel epexeg.) doctrina fidei revelata de Christo, vel: *mysterium quod est persona Christi Domini E. 3,4. C. 4,3; ita fort. C. 2,2 εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μ. τοῦ Θεοῦ, Χριστοῦ 'ad cognoscendum Dei mysterium, Christum'* (al. τοῦ Θεοῦ Χριστοῦ 'a Deo Christi [cf. E. 1,17] revelatum'); in parti-

culari mysterium vocantur: doctrina de futura Israëlitarum conversione R. 11,25, de mortuorum resurrectione 1 C. 15,51, de redemptionis universalitate ac gentilium ad regnum Messianum vocatione R. 16,25. E. 3,3 (cf. 6). C. 1,26 s., de praestantiâ matrimonii quae exoritur et elucet ex ejus relatione ad unionem Christi et Ecclesiae E. 5,32 (Gen. 2,24); λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μ. ‘docemus divinam sapientiam tamquam mysterium’, i. e. tanquam doctrinam perfectioribus solis aptam et destinatam, 1 C. 2,7 (ἐν IV 1; Bl. § 41, 2). — c) visio mysterii plena Ap. 1,20; 17,7 (c. gen. obj.); Ap. 17,5 praemissâ parenthetice voce (μυστήριον) magis reconditus atque arcanus nominis (Βαβυλών etc.) sensus inuitur. — d) Dei mysterio (operi redemptionis: cf. supra b) quodammodo, ut re, ita nomine opponitur τὸ μ. τῆς ἀνομίας i. e. quaecunque consilia a diabolo pravissime hominibus in detrimentum et eversionem operis Christi capessuntur 2 Th. 2,7.*

†μυωπάζω (μύωψ [Arist.] vel μυωπός [Xen.] ‘myops, lusciosus [Gell. 4, 2], qui propter defectum oculorum non longe prospicit’, germ. ‘kurzsichtig’, gall. ‘myope’; a μύειν τοὺς ὄπας ‘claudere oculos, conivere’) *myops* s. *lusciosus sum, ea tantum cerno quae prope absunt*; sensu metaphorico 2 P. 1,9. [scr. eccl.]¹

μώλωψ, ωπος, δ verberum *quod in cute remanet vestigium, cicatrix, vibix (-īcis), livor* [Hyper. Aristot. LXX]; 1 P. 2,24 loco ex Is. 53,5 citato Petrus aptissime servos qui totiens vapulare solebant, exemplo Christi solatur; fortasse numero singulari monetur, Christi corpus, cum pateretur, factum esse velut unum magnum vulnus.¹

μωμάομαι, ao. ἐμωμησάμην, ao. P. (sensu pass.) ἐμωμήθην ↓ est partim = *reprehendo, vitupero*, partim = *irrideo, ludibrio habeo* (Schmidt 133, 2); 2 C. 8,20; pass. ib. 6,3. [Hom. ss.; ion. μωμέομαι]*

μῶμος, ου, δ 1) *vituperium, irrisio.* [Hom. ss.] — 2) **vitium corporis*, ut caecitas, clauditas ets.; max. *vitium quod hominem a ministerio sacro, animal a numero victimarum excludebat ac velut conspectu Dei indignum reddebat* (Lev. 21,17 s.; 22,20. Dt. 15,21. Cant. 4,7); hinc in NT homines corrupti ac perversi, velut ipsâ suâ praesentiâ sacram Christianorum coetum com-

maculantes vocantur μῶμοι (sunt id in ecclesia, quod in corpore vitia) 2 P. 2,13.¹

μωραίνω (μωρός), ao. ἐμώρανα, ao. P. ἐμωράνθην: 1) intransitive: *stultus sum, stulte ago.* [Eur. Xen. al.] — 2) transitive: *stultum, hebetem reddo:* a) **stultum reddo vel demonstro;* active: ἐμώρανεν δ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου ‘Deus sapientiam mundi stultam fecit’, i. e. stultam esse et a se pro stulta haberi ostendit 1 C. 1,20 [cf. μωρεύειν τὴν βουλήν τινος Is. 44,25; pass. ή βουλὴ μωρανθήσεται Is. 19,11]; passive: ἐμωράνθησαν ‘stulti evaserunt’ R. 1,22 [Jer. 10,14; 28,17 cA; 2 Reg. 24,10 ‘stultum me exhibeo, stulte ago’]. — b) †*fatum, insipidum reddo* v. gr. sal; pass. Mt. 5,13. L. 14,34.*

μωρία, ας, ή (μωρός) *stultitia* 1 C. 1,18, 21,23; 2,14; 3,19. [Hdt. Soph. ss.]*

μωρολογία, ας, ή (μωρο-λόγος ‘stulte loquens’) *stultiloquium, scurrilitas, consuetudo sermonum stultorum* [μ. καὶ ἀδολεσχία Aristot. hist. an. 1, 11; de sermonibus ebriorum stulta blaterantium, Plut. mor. p. 504 b]: E. 5,4.¹

μωρός 3. 1) *hebes, tardus, fatuus:* a) *stultus, imprudens, desipiens*; de personis Mt. 23,17,19 r., opp. φρόνιμος Mt. 7,26; 25,2 s., 8; de rebus seu actionibus 2 T. 2,23. T. 3,9. [tragg. al.]. — b) *carens iis quae mundus pro sapientia habet, is qui seu id quod secundum iudicia hominum mundanorum sapiens vocari non potest:* 1 C. 3,18; 4,10; τὸ μ. τοῦ Θεοῦ ‘stultitia Dei’ i. e. stultitia quam in consiliis et operibus divinis naturalis homo sibi videtur detegere 1 C. 1,25; . — e contextu i. q. ‘scientiâ carens, rudis, simplex’ 1 C. 1,27, ubi τὰ μωρά = οἱ μωροί (Bl. § 32, 1). — c) *†*insipiens, stultus = in Deum rebellis, qui Deum esse negat* [LXX usurpant μ. = בָּבֶל Dt. 32,6. Is. 32,6. Sir. 50,26, cfr. Ps. hebr. 14,1 al.]: μωρέ Mt. 5,22 ita accipiendum videtur (Field, Otium Norvic., aequiparat מִרְחַה ‘rebellis’, cuius μωρέ sit transcriptio; at enim, cur vox hebr. juxta vocem aram. δακά? porro transcriberetur μωρή); cfr. Bibl. Zeitschrift V 56. — 2) *insipidus, fatuus, grato sapore carens* [de cibis: Diosc.]; cfr. μωραίνω 2 b.*

Μωσῆς t. r. plerumque vel Μωϋσῆς Tdf. Br. vel Μωυσῆς, gen. ἐως, dat. εῖ et ἦ, acc. ἐα et ἦν, δ Moses (ita pleraque

et optima mscr^a lat.), *Moyses*, legislator et dux populi Israël, Mt. 8,4; 17,3 et passim per NT; per metonymiam = *libri Mosis* L. 16,29,31; 24,27. A. 15,21. 2 C. 3,15. — NB. a) Textus receptus scribit Μωϋσῆς A. 6,14; 7,35,37; 15,1,5. 2 T. 3,8. H. 9,19. — b) Significatio etymologica: a) sec. Ex. 2,10 «Extractus (sc. ex aqua)»: ptc. pass. Qal formae *qōṭāl* = *quṭṭāl* (Gesenius²⁷

§ 52 s) verbi ηὐθύνει; β) sec. FlJ. ant. 2, 9, 6, Apion. 1, 31 e lingua aeg. μωυ-εσης «Ex aqua servatus», cfr. copt. οωωτ ‘aqua’, ορχαι ‘salus’; γ) sec. aegyptologos recentes est i. q. *msu* (pronuntiandum prob. fere *mus* vel *mos*) ‘filius’, quae vox et cum nominibus deorum composita (cfr. Θούθμωσις) et sola nominis proprii vices gerebat.

N

Ναασσών, δ (נָשׁוֹן) *Naasson* Mt. 1,4. L. 3,32.*

Ναγγάι, δ (γγ = gg) *Nagge* L. 3,25.¹

Ναζαρά Tdf. WH. Mt. 4,13. L. 4,16. **Ναζαρέθ** He. Br. (exc. J. 1,46 s.) et aliquotiens Tdf. WH., **Ναζαρέτ** t. r., J. 1,46 s. t. cr., alibi aliquotiens Tdf. WH., indecl., ἡ (prob. נָצְרָן, cfr. Zenner in *Zeitschr. f. kath. Theol.* 1894 p. 744 ss.) *Nazareth*, oppidum Galilaeae, neque in VT neque in FlJ. aut Talmude commemoratum: Mt. 2,23; 4,13; 21,11. Mr. 1,9. L. 1,26; 2,4,39,51; 4,16. J. 1,46 s. A. 10,38.*

Ναζαρηνός, οῦ, δ ↑ *Nazarenus*, *ex oppido Nazareth oriundus* Mr. 1,24; 10,47 cr.; 14,67; 16,6. L. 4,34; 24,19 cr. [aram. נָצְרָן]*

Ναζωραῖος, οὐ, δ (evgl. Hier. L. 1,26 λιον ‘Nazareth’) i. q. Ναζαρηνός: *Nazoreus*, *Nazarenus* Mt. 26,71. Mr. 10,47 r. L. 18,37; 24,19 r. J. 18,5,7; 19,19. A. 2,22 al.; de Mt. 2,23, cfr. commentarios; Christiani appellati sunt οἱ Ναζωραῖοι A. 24,5.

Ναθάν Tdf. WH., **Ναθάν** t. r. He. Br., δ (נָתָן) *Nathan*, f. Davidis L. 3,31.¹

Ναθαναήλ, δ (Նահանդ) *Nathanael*, discipulus Jesu J. 1,46-50; 21,2; quem probabilissimum est fuisse eundem ac Bartholomeum (v. Knabenb. in ll. cc.)*

ναὶ particula affirmativa: *ita*, *utique*, *profecto*: *ja*: *oui*; ναὶ respondetur interrogatori Mt. 9,28; 13,51; 17,25; 21,16. J. 11,27; 21,15 s. A. 5,8; 22,27, addito λέγω διμῶν Mt. 11,9. L. 7,26; post quaestionem negativam = *doch!* *si!* R. 3,29; repetitur ναὶ ναὶ (opp. οὐ οὐ) Mt. 5,37; ἔτω διμῶν τὸ ναὶ ναὶ ‘vestrum Ita sit [vere] Ita’, sit per se prorsus fide dignum neve opus

sit illud jurando confirmare: Ja. 5,12; ναὶ καὶ οὐ 2 C. 1,18 s., itidem τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ οὐ οὐ 1,17 ‘ita et (postea) non’, inconstantia, infidelitas: opponitur τὸ ναὶ constans fidelitas, fidelis promissorum impletio 1,19 s.; — ναὶ dicit qui dictis alterius assentitur Mt. 15,27 (‘ita est’). Mr. 7,28. Ap. 14,13; 16,7; 22,20 b in t. r., qui sua dicta cum emphasi repetit iisve similia subjugnit Mt. 11,26. L. 10,21; 11,51; 12,5. Ph. 4,3. Phm. 20, qui aliquid sollemnius asseverat Ap. 22,20 a, ναὶ ἀμήν 1,7.*

Ναϊμάν, δ (נָעָם) *Naaman*, dux exercitū Syrorum tempore Elisaei prophetae, L. 4,27 cr.¹

Ναΐν, ἡ (v. 1. Ναείν, Ναείμ) *Naim*, oppidum Galilaeae inferioris in descensu aquilonari Hermon minoris, ubi hodie est viculus Nain, L. 7,11.¹

ναός, οῦ, δ *templum*, ac potissimum pars templi sacrior ubi est sedes numinis, sacrificia fiunt etc., *adytum*: Mt. 23,16 s., 21,35 (inter sanctuarium et altare holocaustorum); 26,61; 27,5,40,51. Mr. 14,58; 15,29,38. L. 1,9,21 s.; 23,45. J. 2,20. A. 7,48 r.; 17,24. 2 Th. 2,4. Ap. 21,22; templum caeleste quod Johannes vidit Ap. 7,15; 11,1 al., in alia visione templum non vidit 21,22; parva templi Ephesini effigies A. 19,24; metaphorice homo, corpus humanum, per inhabitationem Dei est templum 1 C. 6,19, itidem ecclesia particularis 1 C. 3,16 s. et universalis E. 2,21: 2 C. 6,16; sensu sublimissimo, utpote sedes divinitatis (C. 2,9), corpus Jesu erat templum Dei J. 2,19,21; Deus et Agnus sunt Hierosolymae caelestis templum = caeliti-

bus semper sunt Deus et Agnus, sicut in terra numen in templo, praesentes Ap. 21,22 b.

Ναούμ, δ (נָהָם) nomen formae hypocor. fort. pro Nehemia) *Nahum* L. 3,25.¹

νάρδος, ου, ἡ *nardus, nardum*; 1) *planta ex qua fit unguentum pretiosum: ad familiam Valerianacearum pertinet et 'nardo-stachys Jatamansi' appellatur.* [Cant. 1,12; 4,14 masc.; sanscr. *nalada vel piçita*] — 2) *unguentum ex nardo factum* Mr. 14,3. J. 12,3 (cfr. Fonck ap. Hagen III 341).*

Νάρκισσος, ου, δ *Narcissus*, Romanus: Paulus R. 16,11 salutat τοὺς ἐξ τῶν Ναρκίσσου 'eos (Christianos) qui sunt ex familia Narcissi', i. e., ut Cornely in l. c. explicat, servos qui olim ad Narcissum pertinuerant, tum vero ad Caesaris familiam pertinebant.¹

ναυαγέω, αο. ἐναυάγησα (*ναυ-αγός* 'naufragus', a ναῦν ἄγνυμι): *naufragium facio* [Hdt. tragg.] 2 C. 11,25; metaphorice 1 T. 1,19 [Dem].*

ναύ-πληρος, ου, ὁ *nauclerus, dominus navis* (*Schiffsherr*) A. 27,11.¹

ναῦς, νεώς, ἡ, in NT solum acc. ναῦν: *navis* A. 27,41.¹

ναύτης, ου, ὁ *nauta* A. 27,27,30. Ap. 18,17.*

Ναχώρ, δ (נָחָר) *Nachor*, pater Thare, patris Abrahae L. 3,34.¹

νεαρίας, ου, δ *juvenis*, i. e. mas aetate novâ ac mentis corporisque vigore conspicuus, germ. *der junge Mann* A. 7,58; 20,9; 23,17,18 r. He., 22 r.*

νεανίσκος, ου, δ (deminut. vocis νεάν) 1) *juvenis, adulescens*; hac voce nihil inuitur nisi aetas, sed ita indefinite, ut idem interdum v. et μειράκιον ('puer'), idem v. et ἀνήρ ('vir') dicatur (Schmidt 152, 7): Mt. 19,20,22. Mr. 14,51. L. 7,14. A. 2,17; 5,10; 23,18 v., 22 cr. 1 J. 2,13 s.; angelus specie juvenis Mr. 16,5. — 2) **famulus aetate juvenis*; ita fort. in t. r. Mr. 14,51 b οἱ νεανίσκοι [ita Lucian. Alex. 53, et LXX = hebr. רַעֲנָן].*

Νεάπολις, εως, ἡ t. r. He. vel **Νέα πόλις**, Νέας πόλεως, ἡ t. cr. (nHe.) *Neapolis*, urbs maritima Macedoniae, e regione Thasi insulae sita, A. 16,11.¹

Νεεμάν, ὁ t. r. = *Naiμάν*, q. v.

νεκρός (cfr. lat. 'neco, nex') I. adjective: νεκρός 3. *mortuus, vitâ carens*, 1) pro-

prie: *mortuus*; A. 5,10; 20,9; 28,6. Ja. 2,26. Ap. 1,18; 2,8; ώς vel ώσει νεκρός 'velut mortuus' Mt. 28,4. Mr. 9,26. Ap. 1,17; sensu paulo latiore: *morti obnoxius, mortalis*; ita probabilius R. 8,10 [ita Epict. 3, 10, 15; 3, 22, 41 corpus vocat φύσει νεκρόν]. — 2) metaph. a) *mortuus* dicitur homo aerumnis, fame atque infamiâ paene consumptus L. 15,24,32, homo vitâ verâ spirituali carens E. 2,1,5. C. 2,13, qui eam vitam non agit quam Deus ab eo exigit Ap. 3,1; v. τὴν ἀμαρτία = non jam peccato vivens sed Deo R. 6,11. — b) de rebus: v. vocatur fides iners, non actuosa Ja. 2,17,20 r. He. Br., 26 b, concupiscentia quae iners latet necdum se manifestat R. 7,8, opus quod verae vitae supernaturalis actus non est, praesertim peccatum H. 6,1; 9,14. [Epict. 3, 23, 28] — II. substantive **νεκρός**, ου, δ *homo mortuus* [Hom. ss.]: δοτέα νεκρῶν Mt. 23,27; τοὺς νεκροὺς ἐγείρειν Mt. 10,8. Mr. 12,26. J. 5,21 al., ζωοποιεῖν R. 4,17; ἀνάστασις νεκρῶν ets. Mt. 22,31. A. 17,32; 23,6. 1 C. 15,42. Ph. 3,11 r. al.; Christus judicabit ζῶντας καὶ νεκρούς A. 10,42. 2 T. 4,1. 1 P. 4,5, i. e. tam eos quos ad judicium descendens vivos inventiet, quam eos qui tum mortui erunt; testamentum valet ἐπὶ νεκροῖς 'in mortuis', tum demum cum testator mortuus est H. 9,17; νεκροί incolae Orci 1 P. 4,6, ἀπὸ νεκρῶν ex Orco L. 16,30; ἐξ νεκρῶν ('e mortuis', proprie ex mortuorum statu vel domicilio) ἐγείρειν J. 12,1. A. 3,15 al., ἀνιστάναι A. 13,34; 17,31, ἀνάγειν R. 10,7. H. 13,20, ἐγείρεσθαι Mr. 6,14. L. 9,7, ἀνιστασθαι Mt. 17,9. Mr. 9,9. L. 24,46 (ἐξ τῶν v. E. 5,14); ἡ (ἐξ-)ἀνάστασις ἡ ἐξ νεκρῶν L. 20,35. A. 4,2. Ph. 3,11, sine artº 1 P. 1,3; πρωτότοκος ἐξ τῶν v. C. 1,18 (v. πρωτότοκος); constructio praegnans: ἐξ νεκρῶν ζῶντες e mortis statu resuscitati ac jam vivi R. 6,13; item ζῷη ἐξ νεκρῶν 'post mortem vita', i. e. summa felicitas atque utilitas R. 11,15; — ii qui curis rerum fluxarum immersi veram vitam non agunt, i. e. Deo non vivunt, in adagio Mt. 8,22. L. 9,60 οἱ νεκροὶ appellantur.

***νεκρώω**, αο. ἐνέκρωσα, pf. P. νενέκρωμαι ↑ *mortuum, exanimem reddo, eneco*; in NT metaphorice (cf. νεκρός I 2): *ad certum vitae genus vel actum incapacem reddo, «mortifico»; ut corpus ad peccan-*

dum C. 3,5 (cf. R. 6,11); νενεχρωμένον Paulus dicit corpus senis ad prolem procreandam jam impotentis R. 4,19, ipsumque talem senem H. 11,12. [Epict. diss. 1, 5, 7; Plut., MAur.; i. q. 'occido' Anth. app. 313, 5, inscr. ap. Deißmann LvO. 62]*

†**νέκρωσις**, εως, ἡ *mortificatio*; passive: *status ejus qui νεκροῦται, qui moritur*: τὴν ν. τοῦ Ἰησοῦ Jesu morientis statum apostoli in assiduis tribulationis ac periculis versantes prae se ferunt 2 C. 4,10; *status rei emortuae*: ν. τῆς μήτρας ineptitudo matricis anūs ad prolem concipiendam R. 4,19. [Galen. Nilus]*

νεομηνία, ας, ἡ WH. = νουμηνία, q. v. [pTebt. 318, 12 al.]

νέος 3. I. adjective: 1) *aetate recens, nondum diu exsistens, eas habens bonas aut imperfectas proprietates quae tali recenti personae vel rei competere solent: jung, frisch, neu: jeune, frais, neuf; dicitur potissimum de animantibus rebusque organicis: οἶνος ν. Mt. 9,17. Mr. 2,22. L. 5,37 ss.; ν. φύραμα (ein frischer Teig) 1 C. 5,7 in metaphora; δέ νέος ἀνθρωπος 'novus homo', qualis fit per supernaturalem baptismi regenerationem C. 3,10; διαθήκη ν. 'foedus recens' H. 12,24, innuitur vigor ac perfectio Novi Foederis (δ. καινή = foedus veteri substitutum). — 2) compar. νεώτερος 3. *aetate junior, natu minor* L. 15,12 s. J. 21,18. 1 T. 5,11; cui ratione aetatis incumbit alios honorare iisque servire L. 22,26. — II. substantive: 1) οἱ νέοι [Plat. Pol.], οἱ νεώτεροι A. 5,6. 1 T. 5,1. T. 2,6 *adulescentes, juvenes*; 1 P. 5,5, ubi opp. πρεσβύτεροι 'presbyteri', νεώτεροι aliis videntur esse 'laici' (Hundhausen), aliis vero 'cleric presbyteris, quos Petrus alloquitur, gradu inferiores'. — 2) αἱ νέαι T. 2,4, αἱ νεώτεραι 1 T. 5,2 *adulescentulae: de viduis junioribus ib. 5,14.***

νεοσσός, οῦ, δ (a νέος, ut 'pullus' a 'puellus, puer') *pullus*, potissimum avium: L. 2,24 r. [Hom. ss.]¹

νεότης, ητος, ἡ (νέος) dicitur sat indeterminate de annis ante aetatem virilem: *juventus, adulescentia, pueritia*; 1 T. 4,12; ἐξ νεότητος [LXX, Il. 14, 86] 'inde ab adulescentia' A. 26,4; ἐξ νεότητος μου (omissio articuli hebraizat: 3 Reg. 18,12. Zach. 13,5; ν. Bl. § 46, 9) Mt. 19,20 r. He. Br. Mr. 10,20. L. 18,21.*

***νεό-φυτος** 2. (νέον 'recens, nuper'; φύω 'produco; cresco') *recens productus. vel natus vel plantatus*; 1) substantive: τὸ ν.

***planta, plantatio novella**. [Job 14,9. Ps. 127,3; 143,12. Is. 5,7. pBer. 563 II] — 2) *+recens coetui Christianorum aggregatus, neophytus, novicius, tiro* 1 T. 3,6. [scr. eccl.]¹

νεύω, ao. ἔνευσα: *nuo, annuo, nutu significo*, τινὶ J. 13,24 cr. [Hom. ss.]; ubi valet *nuto jubeo, moneo*, seq. τινὶ et inf. J. 13,24 r. A. 24,10 [Eur. Hec. 545].*

νεφέλη, ης, ἡ *nubes* Mt. 17,5. Mr. 13,26. L. 9,34 s.; 12,54; 21,27. A. 1,9. 1 Th. 4,17. 2 P. 2,17 r. Ju. 12. Ap. 1,7; 10,1; 11,12; 14,14-16; grandius dicitur αἱ ν. τοῦ οὐρανοῦ [Dan. 7,13 = aram. נֶמֶשׁ עֲנָנוֹת] Mt. 24,30; 26,64. Mr. 14,62; ἐγένετο ν. 'orta est, apparuit nubes' Mr. 9,7. L. 9,34; de columna nubis quae Israēlitas ab Aegypto emigrantes ducebat et eos expansa ut velamentum obumbrabat ac protegebat (cfr. Ex. 14,19 ss. Num. 14,14 ss. Ps. 104, 39. Sap. 19,7) 1 C. 10,1 s. [Hom. ss.]; cfr. νέφος.*

Νεφθαλεῖμ, Ap. 7,6 WH. He. -λίμ, δ (נְפָתִיל) *Nephthali(m)*, filius Jacob patriarchae ex Bala Gen. 30,7; ab illo originem nomenque traxit φυλὴ N. 'tribus N.' Ap. 7,6, cujus territorium erat γῆ N. Mt. 4,15, τὰ ὅρια N. ib. 13.*

νέφος, ους, τό *nubilum, nubila*, i. e. *caelum nubilum*: *Gewölk* (opp. νεφέλη una aliqua nubes certae formae). [Hom. ss. LXX]; — metaphorice *nubes* i. e. *ingens quaedam atque innumerabilis multitudo: τοσοῦτον* ν. μαρτύρων H. 12,1 [ν. πεζῶν Il. 4, 274, ἀνθρώπων Hdt. 8, 109 al.; cfr. 'nubes locustarum, peditum' Liv.]¹

νεφρός, οῦ, δ *ren*; pl. *renes*; Hebraei in locutione metaphorica 'renes' nominant pro sede desideriorum, affectuum, consiliorum maxime occultorum (cfr. Jer. 11,20; 12,2; 17,10) ac fere pro *conscientia* hoc vocabulum ponere videntur (nam Deus renes dicitur perspicere, probare, purgare Ps. 7,10; 25,2. Sap. 1,6 al., renes dicuntur alqm. monere Ps. 15,7): δέ ἐραυνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας Ap. 2,23.¹

νεωκόρος 2. (νεώς 'templum'; κόρος 'puer ministrans' Il. 1, 470) *minister templi, aedituus* [Plat. Xen.]; — agnomen honorificum urbium aliquo fano sacro celebrium:

Ephesus est v. τῆς Ἀρτέμιδος A. 19,35 «cultrix (Itala: ‘aedictua’) Diana» [it. in nummis et in inscr. apud Wood Ephesus, app. p. 50 n. 6; CIG 2966 al.; FlJ. bell. 5, 9, 4: Deus sibi Israëlitas νεωκόρους ἤγειν].¹

νεωτερικός 3. (νεώτερος, δ, v. νέος II 1) *juvenile, quod juvenum seu adolescentum proprium esse aut decet, si est laus, aut solet, si est vituperium:* 2 T. 2,22. [Pol. 10, 24, 7; FlJ. al.]¹

νεωτέρα, ας, ἡ et **νεώτερος**, ου, δ v. νέος II.

νή particula quā Graeci in affirmando ac jurando utuntur, quam sequitur acc. personae vel rei per quam alqd. affirmatur (ut: νὴ τὸν Δία): νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν (cfr. καύχησις) 1 C. 15,31. [νὴ τὴν ὑγίειαν Φαραὼ Gen. 42,15 s.]¹

νήδω *fila duco, neo: spinnen: filer,* Mt. 6,28. L. 12,27. [Plat. LXX al.]*

νηπιάς ↓ *infans sum, infantili simplicitate sum:* c. dat. limitationis 1 C. 14,20. [Hippocr., scr. eccl.]¹

νήπιος, ου, δ (νη- praefixum a privativo aequivalens, ἔπος: ‘in-fans’) 1) *infans et puer tenerae aetatis, in quo max. conspicua est simplicitas nec ad subtilia intellegenda, nec ad mala patranda aut ab aliis timenda, nec ad res futuras prospiciendas satis capax* (Schmidt 47, 7); Mt. 21,16. 1 C. 13,11 [Hom. ss.], transit ad metaphoram H. 5,13; νήπιοι metaphorice: ii qui res necessarias nondum didicerunt (gentiles) R. 2,20, qui infantilem modestiam atque humilitatem prae se ferunt 1 Th. 2,7 WH. Br. (vulg. «parvuli»), porro ii qui velut pueruli non de se confidunt nec sibi quidquam arrogant, sed sunt sinceri, simples, dociles, humiles Mt. 11,25. L. 10,21, neophyti nuper in Christo renati, in scientia, fide, sanctitate religionis christiana nondum satis perfecti ac robusti 1 C. 3,1 (cf. H. 5,13) iidemque etiam seductioni hominum dolosorum patentes E. 4,14. [LXX = יתְפַנֵּה Ps. 18,8; 114,6; 118, 130] — 2) **×***nondum justae aetatis, nondum sui juris;* G. 4,1, metaph. 4,3. [ita pLee-mans B I 22 ἔτι νηπίας οὐσας δ πατήρ ἀπέδωκεν εἰς σύστασιν Πτολεμαίων]*

Νηρεύς, ἐως, δ *Nereus, vir, qui* R. 16, 15 salutatur.¹

Νηρεί t. cr., **Νηρί** t. r., δ (יְרִי)

Neri, unus ex progenitoribus Christi L. 3,27.¹

×*νησίον, ου, τό ↓ parva insula* A. 27,16. [Strab.]¹

νησος, ου, ἡ *insula* A. 13,6; 27,26; 28,1, 7,9,11. Ap. 1,9; 6,14; 16,20.*

νηστεία, ας, ἡ ↓ *inedia, jejunium;* a) *inedia voluntaria, virtutis exercendae vel paenitentiae causa ac potissimum ad conciliandam precibus vim impetratoriam* (v. Tob. 12,3. Dan. 9,3) *suscepta:* Mt. 17,21 r. He. Br. Mr. 9,29 r. He. Br. 1 C. 7,5 r.; plur. de iteratis jejuniis L. 2,37. A. 14,23. 2 C. 11,27 (*jejunium coactum verbis ἐν λιμῷ καὶ δίψῃ exprimitur*), fort. etiam 6,5; ἡ *νηστεία* (it. FlJ. 18, 4, 3; ἡ τῆς ν. ἡμέρᾳ 14, 4, 3; in Talm. אָבֶן אֲמֹרֶץ ‘*jejunium magnum’ festi expiationis*, Dalmann § 58) dic. dies magnus expiationis, dies 10. mensis Tišri (Sept.-Oct.), Lev. 23,27 praescriptus: A. 27,9. — b) *inediae non voluntariae hominis inopis possunt intellegi* 2 C. 6,5 (non 11,27; v. supra). [Hippocr. Arist. Ath. Plut. LXX]*

νηστεύω, ft. *νηστεύσω, αο. ἐνήστευσα ↓ jejuno, jejunium observe, diem jejunus transigo* (apud Judaeos *jejunium generatim observabatur abstinentia a cibo et potu usque ad ingruentem noctem; regulae Rabbinorum — v. in Mišna tr. Joma et Taanith — insuper abstinentiam a lotione, unctione, induendis sandaliis, concubitu maritali exigebant*); Mt. 6,16-18; 9,14 s. Mr. 2,18-20. L. 5,33-35; 18,12 (usum piorum Judaeorum bis in hebdomade, feriis 2^a et 5^a, *jejunandi commemoratur in Mišna tr. Taanith 2, 9*). A. 10,30 r.; 13,2 s.; de continua et perfecta per 40 dies et noctes *inedia* Mt. 4,2, cfr. L. 4,2 οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἔκείναις et Ex. 34,28. 3 Reg. 19,8 (quod ab hyperbole Mt. 11,18. L. 7,33 facile distinguitur). [Aristoph. Aristot. LXX. al.]*

νηστις, ιος, δ, ἡ, acc. pl. *νήστεις* et (Tdf. Mr. 8,3, itacismus an ionismus? Il. 19, 156 Bekker) *νήστις* (etymologia: νη-, rad. ἔδ edere) *impastus, jejunus* Mt. 15,32. Mr. 8,3 [poët. Aristot. LXX; — *νήστις, νήστεις, νήστεσιν* Arist., ut πόλις, πόλεις, πόλεσιν]*

×*νηφαλέος* 3. (é sec. Kühner³ II p. 297, 11) i. q. *νηφάλιος*, q. v.: 1 T. 3,2 r., 11 r. [Philo, act. Joh. 69]*

νηφάλιος 2. [cl. etiam 3] ↓ *sobrius*; 1) *proprie: qui potu inebrianti aut nullo aut modico utitur*, opp. μεθύων. [tragg.] — 2) *improprius: † mente sobrius, sui compos*, nempe qui non facile cupiditatibus aut animi commotionibus perturbatus perverse judicat vel agit [de rebus: Plut. mor. 504 a]. — In NT utro modo explicitur loci, vix quidquam interest, ambae enim virtutes inter se supponunt et complent; 1 T. 3,2 vid. esse *mente sobriā* (quia seq. 3 μὴ πάροινον); 1 T. 3,11 et T. 2,2, si conferas versūs parallelos 1 T. 3,8,11. T. 2,3, vid. esse *sobrius in potu*; interpretes et versiones non sunt concordes.*

νίφω, ao. ἔνηψα: *sobrius sum*; 1) *proprie: non sum immodico potu ebrius* [Theogn. ss.]. — 2) *metaphorice: sobriā mente sum, me nullā re perturbari aut seduci sino, circumspectus sum etc.* [Aristot. Hdn.]: cum γρηγορεῖν copulatum 1 Th. 5,6. 1 P. 5,8 inculcat maximam vigilantiam, ut vigiles ac plane sui compotes circumspectique sint; 1 Th. 5,8. 2 T. 4,5 (add. ἐν τινι). 1 P. 1,13; 4,7 (εἰς [τὰς] προσευχάς = ‘ut orare possitis’); imper. aor. νήψατε 1 P. 4,7; 5,8 aut monet, ut, si non jam sint sobrii, fiant sobrii, — aut, ut *usque ad finem sint sobrii* (Bl. § 58, 2).*

Νίγερ, [gen. ερος in inscr.] δ *Niger*, cognomen latinum cuiusdam Simeonis, A. 13,1. [Hdn. Plut. Νίγρος, οὐ, δ]¹

Νικάνωρ, ορος, δ *Nicanor*, unus ex septem diaconis A. 6,5.¹

νικάω, ft. νικήσω, ao. ἐνίκησα, pf. νενίκηκα, Ap. 2,17 Tdf. ptc. praes. νικοῦντι ↓ 1) *intransitive: νικῶ victor sum, superior discessi* (att.), ἐνίκησα *victoriā consecutus sum*: a) *de pugna: Christus dicitur ‘victoriā rettulisse’ de hostibus suis omnibus* Ap. 3,21 b; ἐνίκησεν ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον ‘vicit, ita ut jam valeat aperire librum’ Ap. 5,5 (aut est aramaismus: אָכַי c. inf. = ‘suā justitiā ac virtute dignus exstitit qui aperiret’; cfr. Levy, chald. Wörterbuch I 220 b); *Christus etiam designatur symbolo illius equitis qui ἐξῆλθεν νικῶν καὶ ἦν νικήση ‘egressus est victor (jam partā victoriā clarus) et ut (novas) victorias reportaret’* Ap. 6,2; ‘victor esse’ dic. Christianus qui salutis suae hostibus superatis gloriae caelestis particeps fit, Ap. 2,7,11,17,26; 3,5,12,21; 21,7; τοὺς νικῶν-

τας ἐξ τοῦ θηρίου ‘eos qui victores evaserunt seque immunes servarunt a bestia’ (constr. abbrev.) Ap. 15,2 (nisi forte subest aramaismus: אָכַי, לְפִי, primitus ‘vinco’, מִנְאָכַי, לְפִי ‘purus sum ab’). — b) *in lite seu iudicio victor evado, rem meam evinco* [Eur. Dem.]: ὅπως νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαι σε ‘ut, cum [ab hominibus] in iudicium vocaris, vincas’, i. e. justus fidelisque agnoscaris R. 3,4 ex Ps. 50,6. — 2) *transitive: νικῶ vinco, devinco, supero, ἐνίκησα vici, νενίκηκα vici*, ita ut effectus victoriae etiamnum perduret: τινά alqm. L. 11,22. Ap. 11,7; 13,7; 17,14; ‘vincere alqm.’ dicitur is qui alqm. ita superat ut eum debilitet ac potestate nocendi privet J. 16,33, is qui se ab alqo. superari atque ad malum seduci non sinit, sed ei efficaciter resistit, 1 J. 2,13 s.; 4,4; 5,4 s. Ap. 12,11; R. 12,21 μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν ‘noli a malo vinci (id quod eveniret, si malo tibi illato pellicheris ad similiter male agendum, sc. ad malum aliis inferendum), sed vince per bonum malum (eo quod benefaciens malefactorem ad pudorem, paenitentiam, amorem trahis).*

νίκη, η, ἡ *victoria*; metonymice = *id quo victoria reportatur*, ea velut arma quibus alqs. *victor evadit* 1 J. 5,4.¹

Νικόδημος, οὐ, δ *Nicodemus*, Phariseus, synhedrii Hierosolymitani assessor, qui Jesu favebat: J. 3,1,4,9; 7,50; 19,39.*

Νικολαῖτης, οὐ, δ *Nicolaita*, *Nicolai assecla*; Ap. 2,6,15. Nicolaitae, pestis Ecclesiarum Ephesi, Pergami et, ut videatur (cfr. 2,14 s. et 2,20), Thyatirae, ll. cc. Balaamum secuti esse et usum carnium idolis sacrificatarum ac fornicationem permisisse dicuntur. Christiana antiquitas Nicolaum diaconum aut ipsius sectae fundatorem fuisse putavit (Hier. Aug.) Judaeque Iscariotae comparavit, aut (Clem. Al., Euseb. Theodoret.) solum auctorem nominis exstitisse censuit, quod homines perversi effato ejus «παραχράσθαι τῇ σαρκὶ δεῖ caro male tractanda, mortificanda est» in alium sensum detorto (carne abutendum esse) vitia permiserint Nicolaumque suae doctrinae magistrum esse dicere non erubuerint, v. Clem. Al. strom. 3, 4; Euseb. h. e. 3, 29. Sunt qui suspicentur, ‘Nicolaitas’ dici = ‘Balaamitas’. i. e. ‘Νικό-

λαον' dici = Βαλαάμ בָּלָע sec. etymologiam popularem hoc nomen derivantem a עַלְבָּד 'devoravit', מָם 'populus' = 'populi vastatorem'.*

Νικόλαος, οὐ, ὁ *Nicolaus*, proselytus Antiochenus, in numerum primorum diaconorum cooptatus, A. 6,5 (cf. art. praeced.).*

Νικόπολις, εως, ἡ *Nicopolis*, nomen civitatis, T. 3,12. Ex multis urbibus a variis victoribus hoc nomine insignitis l. c. ea videtur designari, quae in Epirisita erat et ab Actiaca Augusti de Antonio ac Cleopatra victoria nomen traxerat (Hier. in T. 3,12); haec tempore Pauli apostoli fuit florentissima civitas atque ex Achaja in Italiam iter facientibus statio peropportuna (Cornely, introd. III² p. 562; aliae ejus nominis civitates erant in Armenia, Ponto, Cilicia, Thracia).¹

***νῖκος**, ους, τό (i. q. νίκη) *victoria* [LXX, *Orphica*] 1 C. 15,55,57; χατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος 'absorpta est mors in victoriam', i. e. ita devicta est omnique nocendi vi privata, ut velut devorata esse videatur, ib. 15,54 (S. Paulus igitur Is. 25,8 legit נִצְחָה לְנִצְחָה בְּלֹעַד, vocemque נִצְחָה לְנִצְחָה [quae nunc explicatur 'in perpetuum], exemplum LXX secutus [2 Reg. 2,26. Job 36,7 al.], vertit εἰς νῖκος 'in victoriam'); ἐκβαλεῖν εἰς ν. τὴν κρίσιν 'facere ut victriosum exitum habeat jus divinum' Mt. 12,20 ex Is. 42,3, cfr. Knabenb. in l. c.*

Νινεύη (sec. codd. potius scribendum erat Νινεύη, cfr. Tdf.; πηνίη), ἡ *Ninive*, urbs Assyriae, in orientali ripa Tigris fluvii sita, L. 11,32 r.¹

Νινεύητης (L. 11,30,32 He.; alibi t. cr. είτης: cfr. Bl. § 3, 2), οὐ, ὁ ↑ *Ninirita*, Ninive urbis incola Mt. 12,41. L. 11,30, 32 cr.*

τινιπτήρος, ἥρος, ὁ *pelvis aqualis, pellu-vium* J. 13,5. [scr. eccl.; ποδα-νιπτήρος Hdt. 2, 172]¹

νίπτω [Hippocr. LXX; alias cl. νίζω], οὐ. ἔνιψα: *lavo*, nempe partem corporis (opp. λούω totum corpus) J. 13,5-14. 1T. 5,10; τινά J. 13,8 b; — med.: a) *me lavo*, nempe partem corporis, ut faciem, pedes: J. 9,7,11,15; 13,10 Tdf. [WH.]; quia id quod lavatur 'in vas' mergitur, dic. νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν 'lava te in natatoria' J. 9,7 [cfr. Mr. 1,9; λούειν παιδίον εἰς

σκάφη Epict. 3, 22, 71]; — b) *mihi lavo* partem corporis: Mt. 6,17; 15,2. Mr. 7,3. J. 13,10 r. He. Br.*

νοέω, οὐ. ἐνόησα (γοῦς) 1) *mente percipio, intellego, alcs. rei mihi perfecte conscientis fio*; τὶ E. 3,4,20. 1T. 1,7, pass. R. 1,20; seq. ὅτι Mt. 15,17; 16,11. Mr. 7,18; seq. acc. c. inf. H. 11,3; abs. Mt. 16,9. Mr. 8,17, add. τῇ χαρδίᾳ (dat. instr.) J. 12,40. — 2) e contextu i. q. *ut recte intellegam operam do, considero, perpendo*: ὁ ἀναγινώσκων νοείτω 'qui [vaticinium Danielis, cuius modo mentionem facio, in SScri^a] legit, [illud bene] consideret!' Mt. 24,15. Mr. 13,14; 2T. 2,7. — 3) aliae significations: *cogito*; — *consilium aliquod animo concipio*; — (bono aut malo) *animo sum erga alqm.*: v. Pape, Bailly.*

νόημα, ματος, τό ↑ 1) *consideratio, persensio rei, cogitatio*. [Xen. Plat. al.] — 2) *consilium, id quod alqs. intendit* 2C. 2,11. [Hom. Plat., Bar. 2,8; 3 Mach. 5,30] — 3) metonymice: *ipsa cogitandi seu intellegendi facultas, quatenus se suis actibus manifestat* [Il. 19, 218; Od. 18, 214. 219; Pl. conv. 197 e], plur. de singulis complurium mentibus; ita ubi τὰ νόηματα dicuntur 'hebetes fieri' 2C. 3,14, excaecari 4,4, corrumpi 11,3; αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα 'omnem intellectum in servitatem redigentes', i. e. omnem hominem adgentes ut se subjiciat etc. 2C. 10,5; τὰς χαρδίας ὄμῶν χαὶ τὰ ν. ὄμῶν 'corda ac mentes vestras' (aut sec. nr. 1: 'corda et cogitationes vestras') Ph. 4,7.*

νόθος 3. vel 2. *nothus*, i. e. non ex justa uxore patri natus, sed ex. gr. ex pelice, servâ, cuiusmodi filii a patre ceteris posthaberi et neglegi solebant; *illegitimus*, opp. γνήσιος [Hom. ss.; Sap. 4,3]; νόθοι ἔστε χαὶ οὐχ υἱοί sensus: si vos Deus non castigat — castigare omnes suos filios solet —, hoc signum esse videatur, vos ab eo genuinos suos filios non agnosci H. 12,8 (in vulg. primitus scriptum fuerit 'adulterini'; quamquam etiam adj. 'adulter' raro ita occurrit, ut 'nummus adulter').¹

νομή, ἥς, ἡ (νέμω 'pasco', med. 'pascor, depascor') 1) *pascua, locus ubi grex pascitur* [Hdt. Xen. Soph.]: νομὴν εύρήσει pastor Christo adhaerens suo gregi 'pascua inveniet', non deerunt ei ea quibus

fideles ad salutem ducat J. 10,9. — 2) *pabulum, pastus* [Plat. Aristot.]: etiam hoc J. 10,9 referri potest. — 3) *depastio*, quae ex gr. *ulcus carnes, ignis domum depascitur eoque ipse augetur*, germ. *das Umsich-fressen* [Hippocr. Pol. FlJ. Plut.; cf. διανέμεσθαι A. 4,17]: ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομήν ἔξει ‘sermo eorum [, si cum iis disputes,] ansam habebit latius serpendi ceu gangraena’, omnis disputatio cum iis eos non convertet, sed opportunitatem dabit novarum disputationum 2 T. 2,17.*

νομίζω, ao. ἐνόμισα: 1) *pro ritu antiquo ac legitimo* (νόμος) alqd. *habeo atque observo* [Pind.], τὰ νομιζόμενα *ritus prisci, antiquitus fieri soliti* [Hdt. ss.]. — 2) *consuevi, soleo* [c. inf. Hdt. 1, 131; Xen. al.]: οὗ ἐνόμιζον ἐν προσευχῇ εἶναι ‘ubi solebant precari’ A. 16,13 Bl.; idem significare videtur t. r. Br. οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι ‘ubi solebat precatio fieri’ (constr. mixta ex ἐνομίζετο πρ. [nr. 1] et ἐνόμιζεν πρ. εἶναι [nr. 2]). — 3) *puto, existimo: seq. δτι Mt. 5,17; 10,34; 20,10; seq. acc. c. inf. [cl.] L. 2,44. A. 7,25; 14,19; 16,13 cr. (nBr.), 27; 17,29. 1 C. 7,26. 1 T. 6,5, acc. et δτι A. 21,29; seq. solus inf. (ubi manet idem subj.): τὴν δωρεὰν τ. Θ. ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι ‘donum Dei existimasti te per pecuniam acquirere’ A. 8,20: 1 C. 7,36; absolute, pass. ὅν οἶδις, ὡς ἐνομίζετο, Ἰωσήφ ‘erat, ut putabatur (wie man meinte), filius Joseph’ L. 3,23.**

νομικός 3. (νόμος) *ad legem vel leges pertinens, legalis* [Plat. Aristot.]; μάχαι ν. ‘disputationes de lege’, de lege Mosaica interpretanda certisque casibus applicanda T. 3,9; — substantive: ὁ νομικός *legum peritus, legis doctor* [Strab. 12, 2, 9; Epict. 2, 13, 6 al.] fort. T. 3,13; de doctoribus legis Mosaicae Mt. 22,35. L. 7,30; 10,25; 11,45 s., 52; 14,3.*

νομίμως adv. (νόμιμος ‘legi conformis’) *legitime, ut lege praescriptum est, ut oportet:* 1 T. 1,8. 2 T. 2,5. [Plat. Pol.]*

νόμισμα, ματος, τύ (νομίζω) 1) *quidquid est legitimo more vel statuto legali sancitum* [tragg.]. — 2) in specie: *nomisma, nummus legitimus* [tragg. Plat. al.]: ν. τοῦ κήνσου (ν. κῆνσος) Mt. 22,19.*

† **νομο-διδάσκαλος**, ου, ὁ *legis doctor, legis Mosaicae interpres* L. 5,17. A. 5,34;

de doctoribus quibusdam judaizantibus legem Mosaicam vel s. Scripturam profundius, ut eis videbatur, explicantibus 1 T. 1,7. [scr. eccl.; νομοδιδάκτης Plut.]* **νομο-θεσία**, ας, ἡ ↓ *legislatio* [Plat. Arist. al.]; ἡ ν. *legislatio Mosis R. 9,4* [2 Mach. 6,23].¹

νομοθετέω, pf. P. *νενομοθέτημαι, plusqu. sine augm.* (Bl. § 15, 1) *νενομοθέτητο* H. 7,11 r. ↓ 1) *legislatoris munere fungor, leges do seu impono subditis; τινί* [Xen. Plat. al.]; hinc passive *νομοθετοῦμαι leges accipio, leges mihi imponuntur* (Kühner³ III p. 124, 6); ὁ λαὸς *νενομοθέτηται* populus Isr. *legislationem* [Mosaicam] accepit H. 7,11 cr., t. r. *νενομοθέτητο*. [ἡ νομοθετουμένη πόλις Pl. legg. p. 701 d al.] — 2) *lege praecipio alqd., statuo, ordino, instituo alqd. τὶ* [Plat. Xen. Aristot.]; pass. H. 8,6.*

νομο-θέτης, ου, ὁ (νόμον τίθημι) *legislator* Ja. 4,12. [Antipho, Thuc. ss.]*¹

νόμος, ου, ὁ (νέμω ‘attribuo, distribuo’) 1) *lex quaelibet* R. 3,27; 5,13 b (nempe si ibi legitur *praes. ἐλλογεῖται*), fort. 1 T. 1,9 [Hesiod. ss.]; in NT fere solum de legibus a Deo datis: H. 8,10; 10,16 (plur.); de Lege Veteri v. nr. 3; Lex NTⁱ vocatur ὁ ν. τοῦ Χριστοῦ G. 6,2, ν. (τῆς) ἐλευθερίας lex non servis data sed liberis (J. 8,32. 2 C. 3,17. G. 5,1) Ja. 1,25; 2,12; de singulis quibusdam *praeceptis*: ν. βασιλικός ‘lex, quae est omnium legum regina’, i. e. dignitate ceteris superior Ja. 2,8, fort. H. 9,19 (χατὰ νόμον secundum Dei mandatum). — 2) *norma agendi, regula quam in agendo fere sequi et observare solemus, cuique velut subjecti sumus: εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον κτλ. ‘invenio igitur hanc agendi regulam (mihi esse seu a me observari)’* R. 7,21, quoddam velut principium agendi nostro corpori insidens 7,23 a, ν. τῆς ἀμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου norma agendi ad peccandum nos sollicitans et ad mortem dicens R. 8,2, ν. ἀμαρτίας (genet. epexeg.) lex pravae concupiscentiae 7,25, cui in justificatis opponitur ὁ ν. τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς norma agendi, quae est ipse Spiritus S. vitam gratiae dans 8,2. — 3) in specie ὁ νόμος per excellentiam vocatur in NT *legislatio Mosaicā, Lex Vetus, oeconomia Veteris Testamenti*, quae pro contextu aut universa aut

partim consideratur; cum additamentis: δ ν. Κυρίου L. 2,39, (τοῦ) Θεοῦ R. 7,22,25; 8,7, Μωϋσέως L. 2,22. J. 7,23. A. 13,39; 15,5. H. 10,28 (genetivi auctoris); δ ν. ὑμῶν, αὐτῶν ets. (genet. subj., indicans subditos qui habent legem sibi impositam, eam profitentur ac sequuntur) J. 18,31; 19,7 b. A. 24,6; 25,8 (cf. 22,3 πατρῷος); ita τῷ ν. τοῦ νοός μου 'ei legi, quam mens mea amplectitur (qua interior homo delectatur)' R. 7,23; interdum fere valet i. q. *Religion*: *religion*, quod nunc vocamus: A. 18,15; 23,29; — absolute δ νόμος = *lex Mosaica, oeconomia VTⁱ* Mt. 23,23. L. 2,27. A. 6,13; 7,53; 15,24 r.; 18,13; 21,20, 24,28; 22,12; 23,3. R. 2,14 b,17,23 b,26; 3,19 b; 4,15 s.; 7,4-6,7 bc,12,14,16; 8,3 s.; 10,5. 1 C. 15,56. G. 3,12 s.,17,19,21 a,24; 5,3,14. E. 2,15. 1 T. 1,8. H. 7,5,19,28; 8,4; 9,22; 10,1,8 v. Ja. 2,9 s.; — porro, omissio articulo, νόμος eodem sensu usurpatur R. 2,12,13 v.,23 a, 25; 3,20 b,31; 4,13-15; 5,13,20; 6,14 s.; 7,1 a; 10,4; 13,8,10. 1 C. 9,20. G. 2,19,21; 3,11; 6,13. Ph. 3,5,6,9 (fort. 1 T. 1,9). H. 7,12; 10,8 v. Ja. 2,11 al.; οἱ ἐκ νόμου R. 4,14, v. ἐκ VI c; τὸ ἔργον τοῦ ν. R. 2,15 = τὰ τοῦ ν. 2,14 ipsa res ac quasi essentia legis Mosaicae; ἔργα νόμου SPaulo sunt opera a sola Lege dependentia, i. e. talis impletio mandatorum legis Mosaicae qualis ab alqo. praestatur solâ Legis cognitione adjuto minisque territo, viribus naturalibus, ante fidem et gratiam, R. 3,20,28; 9,32 r. G. 2,16; 3,2,5, et ii qui talibus operibus confidunt iisque solis justificari volunt dicuntur ἐξ ἔργων νόμου εἶναι (opp. ἐκ πίστεως 3,9) G. 3,10; — de lege aliqua particulari, matrimoniali R. 7,2 s. 1 C. 7,39 r. — 4) *liber sacer quo Lex Vetus continetur*; et quidem a) sensu strictiore: *liber Mosis legislatoris, Pentateuchus*: τὸ βιβλίον τοῦ νόμου G. 3,10; alibi simpliciter δ νόμος (= hebr. פָּרָשָׁת): ita ubi tota s. Scriptura designatur vocibus δ ν. καὶ οἱ προφῆται Mt. 5,17; 7,12; 11,13; 22,40. L. 16,16 (cf. Mt. 11,13). A. 13,15; 24,14; 28, 23. R. 3,21, tripartito δ ν. καὶ προφῆται καὶ φαλμοί L. 24,44 (δ VIII 1); δ νόμος Mt. 12,5 (ad Num. 28,9 s.); 22,36. J. 1,46; 8,5,17 (ὑμέτερος = quo vos utimini et gloriamenti). 1 C. 14,34 (Gen. 3,16). G. 4,21, fort. H. 9,19 κατὰ τὸν = 'ut narrat liber legis'; δ Μωϋσέως ν. 1 C. 9,9, ἐν

νόμῳ Κυρίου (de om. art. v. Bl. § 46, 9) L. 2,23. — b) sensu latiore = *sacra Scriptura*, cuius praecipua pars erat pentateuchus (ita etiam rabbini loquebantur; v. Cornely, introd.² I 15, nota 7): ita, ubi evidenter non Mosis, sed alii sacri libri innuuntur: J. 10,34 (Ps. 81,6); 12,34 (Is. 9,7. Dan. 7,14. Ps. 109,4 al.); 15,25 (Ps. 68,5). 1 C. 14,21 (Is. 28,11); ubi generaliter de libris sacris agitur neque ullus in particulari determinatur: Mt. 5,18, parallel. L. 16,17 (in versibus praeced. δ ν. καὶ οἱ προφῆται). L. 10,26. J. 7,49. R. 2,18; 3,19 a; 7,1. 1 C. 9,8.

νοσέω (νόσος) *aegrotus sum, aegroto*; — metaph. *insano rei studio labore, insanio*: περὶ τι 1 T. 6,4 [v. περὶ δόξαν Plut. mor. p. 546 f].¹

νόσημα, ματος, τό ↓ *id malum quo alqs. aegrotat, morbus* (νόσος magis generaliter 'status ac valetudo corporis aegroti': Schmidt 149, 3): J. 5,4. [tragg. Plat.]¹

νόσος, ου, ἡ *morbus, aegrotatio* Mt. 4,23 s.; 8,17; 9,35; 10,1. Mr. 1,34; 3,15 r. He. Br. L. 4,40: 6,17; 7,21; 9,1. A. 19,12. [Hom. ss.]*

* **νοσσιά**, ἀς, ἡ (= cl. νεοσσιά, a ν[ε]οσσός) *nidus*, — nonnusquam = *nidus cum iis quae in eo insunt ovis vel pullis* [Is. 10,14]; — per metonymiam = *pullities, pulli avium* [ut Dt. 32,11]: L. 13,34.¹

* **νοσσίον**, ου, τό ↓ *parvus pullus avium* Mt. 23,37. L. 13,34 Lachm. [Ps. 83,4; νοτίον Aristoph.]¹

νοσσός, οῦ, δ *pullus avium* L. 2,24 cr. [LXX, cA scribit νεοσσός; semel in Aesch. fragm.; Phryn. formas breviores νοσσο- reprobat]¹

νοσφίζω (νόσφι 'seorsum') 1) *seorsum pono*: a) *disjungo* [Eur.]; b) *demo, furor* [Pind. tragg.]. — 2) med., ao. ἐνοσφισάμην: a) *me separo, secedo* [Hom.]; b) *mihi sepono, in meum commodum interverto pecuniam* [Xen.; Pol. 10, 16, 6]: abs. T. 2, 10; ἀπό τινος partem pecuniae quam se fatebantur ultro totam offerre, A. 5,2,3. [Jos. 7,1; ἐκ Ath. 234a].*

νότος, ου, δ *auster*; 1) *ventus australis* L. 12,55. A. 27,13; 28,13. [Hom. ss.] — 2) *plaga australis* L. 13,29. Ap. 21,13. [Hdt. 6, 139; Thuc. al.] — 3) †*terra quaedam australis*: βασιλισσα νότου de regina Saba (אֲבָשׁ), regionis versus austrum Arabiae

sitae Mt. 12,42. L. 11,31. In NT ubique deest art. [LXX = מִרְאָה, בְּנֵי etc.]*

νουθεσία, ας, ἡ ↓ *admonitio, reprehensio, adhortatio, praesertim ea qua quis peccatorum commissorum et imminentis in posterum poenae monetur, ut se emendet*, T. 3,10; c. genet. auctoris E. 6,4 (ipse Deus per parentes monet liberos); c. genet. obj. πρὸς ν. ἡμῶν ‘ad nos monendos’ 1 C. 10,11. [Aristoph. DSic.; Sap. 16,6]*

vum nusquam occurrit; — dep. med. et pass. περι-λείπομαι *residuus relinquor*, *superstes sum* [Aristoph. Plat. al.]; ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ‘*nos vivi*, ii, inquam, qui relinquimur’, nempe quibus viventibus dies Domini superveniet, 1 Th. 4,15,17. — NB. a) Verbis allegatis probabile est ipsos Thessalonicenses usos fuisse ac quaesivisse ex Paulo: ἀρα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι φθάσομεν κτλ.; quibus Paulus ipsis eorum verbis bis emphatice repetitis usus respondet ἡμεῖς κτλ. οὐ μὴ φθάσωμεν. — b) Non potest certo probari, Paulum putasse, se fore in secundo adventu Domini inter vivos, ut hoc optarit (2 C. 5,4 s.) et ad hoc paratus fuerit aliosque paratos esse voluerit; ipsâ enim incertitudine diei judicii, quae et apostolo et Christianis bene nota erat, talia effata temperabantur et corrigebantur (cfr. 1 Th. 5,10. 2 Th. 2,3 s.).*

περιλυπός 2. (λύπη) *valde tristis* Mt. 26,38. Mr. 6,29; 14,34. L. 18,23,24 r. He. Br. [Hippocr. Isocr. al.]*

περι-μένω *ultra exspecto*; c. acc. *op-
rior*, *exspecto* alqm. vel alqd. A. 1,4; 10, 24 cD. [Xen. Thuc. al.]*

πέριξ adv. *circum*; c. art^o: *circumjacens*: αἱ πέριξ πολεῖς ‘*urbes vicinae*’ A. 5,16 r., seq. gen. *urbis cuius vicinae sunt* (τῆς) ‘*Ierousalām*’ ib. t. cr. [Plat. Thuc. al.]¹

περι-οικέω *circumhabito*: οἱ περιοικοῦντες αὐτούς ‘*vicini eorum*’ L. 1,65. [Hdt. 5, 78 al.]¹

περί-οικος 2. plur. *ii quorum domūs* *sunt circumcirca, vicini* L. 1,58. [Thuc. al.]¹

*†περιούσιος 2. *proprius, peculiaris, acquisitus*; Israël a Deo vocatur λαὸς π. Ex. 19,5. Dt. 7,6; 14,2; 26,18 = נָצְרָן מַע ‘*populus peculiaris*’, i. e. quem Deus prae aliis nationibus sibi proprium fecit: jam ille titulus a Paulo T. 2,14 in Christianos

per Christum redemptos transfertur. — *N.B.* a) περιποιέομαι ‘mihi acquirō’, περιγίνομαι ‘acquiror’ (Plat. Plut.), περιγέγονα ‘acquisitus sum’ (Plut.), unde transitus patet ad περίειμι (= περιγέγονα), περιών, περιούσιος. — b) in NT. verterunt Vulg. ‘populum acceptabilem’, syr. ‘p. novum’, copt. ‘p. congruum’ aut ‘manentem’, arm. ‘p. proprium’, aeth. ‘populum’ sine adjō; in VT. syr. targg. ‘p. dilectum’. — c) περιποιέω ‘salvum servo’, περίειμι ‘salvus servatus sum’ [Hdt. 3, 36]; an igitur περιούσιος = εἰς περιποίησιν 1 P. 2,9 = ‘destinatus ut salvetur’?¹

περιοχή, ḥς, ḥ (περιέχω) 1) = τὸ περιέχον *ambitus*; *fructūs putamen* (*Schale, Hülse*: *pelure*) ets. — 2) ×= τὸ περιεχόμενον a) *id quod libro librive loco aliquo continetur, argumentum* (*Inhalt*) vel etiam *ipsa verba* (*Wortlaut*): ita A. 8,32 ḥ π. τῆς γραφῆς ḥν ἀνεγίνωσκεν ‘argumentum’ vel ‘verba ejus loci SSeræ quem legebat’; — b) *alicuius libri particula, sectio* (*Abschnitt*): ita l. c. ‘sectio SSeræ quam legebat’. [Exempla usūs hujus vocis ap. Wetst. et Blass in Acta l. c.]¹

περι-πατέω, ft. -πατήσω, ao. -επάτησα, plusq. 3. sg. περι(ε)πεπατήκει (Bl. § 15, 1) *circumeo, obambulo*; absolute 1 P. 5,8 ‘huc illuc obambulat’; *ambulo* Mr. 8,24; 16,12. L. 24,17. J. 1,36 al.; additur, ubi alqs. ambulet: ἐν Mr. 11,27 (sc. in variis partibus vel atriis templi docens). J. 7,1; 11,54, παρά c. acc. Mt. 4,18 cr., ἐπί c. genet. Mr. 6,48 s. J. 6,19, eodem sensu (Bl. § 43, 1; sec. alios simul indicato motu supra mare ‘übers Meer hin’) ἐπί c. acc. Mt. 14,29 et v. l. 14,25 s., ἐπάνω L. 11,44, ὅπου ξθελες J. 21,18; π. μετά τινος J. 6,66. Ap. 3,4, ἐν τῇ σκοτίᾳ (metaph.) J. 8,12. 1 J. 2,11, ἐν τῷ σκότῳ 1 J. 1,6, ἐν τῷ φωτί ib. 7, διὰ τοῦ φωτός Ap. 21,24; alqs. *ambulat γυμνός* Ap. 16,15, ἐν στολαῖς ‘stolis induit’ Mr. 12,38. L. 20,46. Ap. 3,4 [ἐν κοκκίνοις Epict. 3, 22, 10]; — in specie περιπατεῖν dicuntur ii qui habent vel recuperarunt usum pedum (opp. claudum esse) Mt. 9,5; 11,5. Mr. 2,9. Ap. 9,20 al. [Aristoph. Xen. al.] — 2) metaphorice: a) per hebraismum de vitae ratione (germ. Lebenswandel): *certo modo vitam transigo seu instituo, vivo; sequuntur adverbia ets.: εὐσχημόνως περιπατήσωμεν

‘honeste vivamus’ R. 13,13, ὡς τέκνα φωτός ‘sicut (vivere debent) filii lucis’ E. 5,8: 1 C. 7,17. E. 4,1,17; 5,15. Ph. 3,17,18 (anacoluthice omissio additamento). C. 1,10. 1 Th. 2, 12; 4,1 al.; — ἐν cum dat. indicat velut viam in qua quis incedit vel regionem in qua vivit: π. ἐν καινότητι ζωῆς R. 6,4, 2 C. 4,2. E. 2,2,10; 4,17; 5,2. C. 2,6 (ἐν Χριστῷ ‘Christo intime conjuncti’); 3,7; 4,5. H. 13,9. 2 J. 4,6. 3 J. 3 s.; — κατά c. acc. indicat normam vivendi: οὐ περιπατοῦσιν κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων ‘non vivunt secundum tr.’ Mr. 7,5: 2 J. 6 a., κατὰ ἀγάπην ‘ut caritas exigit’ R. 14,15: R. 8,1 r. Br. 4. 1 C. 3,3. 2 C. 10,2 (ubi apostolus concedit se vivere ἐν σαρκὶ velut ‘carne indutum’, negat se carnem sequi ut normam); — διά c. gen. indicat condicionem iu quā positus alqs. vitam transigit: διὰ πίστεως, οὐ διὰ εἰδους 2 C. 5,7 (v. διὰ I 2); — dativus, si qui sequitur, est dativus modi vel viae (cfr. πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου A. 9,31; Ju. 11; Bl. § 38, 3): τοῖς ἔθεσιν περιπατεῖν ‘secundum mores (Mosis vel patrum) vivere’ A. 21,21; R. 13,13. 2 C. 12,18. G. 5,16. [ita fere 3 Reg. 16,2 al. Prov. 8,20. Eccle. 11,9]. — b) J. 12,35 περιπατεῖτε ὡς (vel ἔως) τὸ φῶς ἔχετε = utimini bona opportunitate lucis praesentis, quamdiu eam habetis.

×**περι-πείρω**, aor. περιέπειρα (περιπείρω κρέα δβελοῖς Lucian. = πείρω κρέα [περὶ δβελούς =] ἀμφὶ δβελοῖς Hom. ‘carnes figo circa veru’ i. e. ‘carnes veru transfigo’): *transfigo, transfodio, τινά τινι alqm. alqā. re* [DSic. Plut.]; — metaph. ἔαυτοὺς δδύναις 1 T. 6,10 [τινὰ κακοῖς Philo in Flacc. § 1].¹

περι-πίπτω, ao. -έπεσον: 1) *circum cadō*, a) *ita cado ut amplectar alqm. vel alqd.*; hinc b) π. τῷ ξίφει *ensi incumbo*, i. e. ita cado ut sim circa ensem seu ensi perforiar. — 2) *casu incido in alqm. vel alqd., obviam fio alci.*, τινί [Hdt. 6, 105] — *prae-assertim* 3) *incido in hostes, res adversas, infortunium ets.* [χινδύνῳ Thuc. 8, 27, 3; δουλοσύνῃ Hdt. 6, 106, 2]: λησταῖς L. 10, 30; Ja. 1,2; π. εἰς τόπον A. 27,41.*

περι-ποιέω 1) *superstitem vel residuum facio, reservo, servo; med. περιποιοῦμαι, ao. περιεποιησάμην: alqd., quod est meum, servo;* L. 17,33 Tdf. WH., ubi v. l. σῶσαι,

opp. ἀπόλλυμι. [Xen. Cyr. 4, 4, 10 τὰς ψυχής ‘suam vitam’] — 2) *acquiro, comparo*; med. *michi acquiro s. comparo* alqd.; A. 20,28; *pleonastice τὶ ἔαυτῷ* 1 T. 3,13 [δύναμιν Xen. an. 5, 6, 17].*

περιποίησις, εως, ἡ ↑ 1) *actus alqm. vel alqd. ab interitu servandi, conservatio*; εἰς π. ψυχῆς (gen. obj.) H. 10,39, opp. εἰς ἀπώλειαν. [Plato defin. p. 415 c: σωτηρία π. ἀβλαβής. 2 Par. 14,13 metonym. ‘superstites servati’] — 2) *+acquisitio, comparatio*: seq. gen. obj. 1 Th. 5,9. 2 Th. 2, 14; — metonymice: **id quod seu is qui possidetur, peculium, quos sibi alqs. acquisivit proprios*: λαὸς εἰς π. (sc. δν vel: destinatus) 1 P. 2,9, locus ex Mal. 3,17 et Is. 43,22 conflatus; itidem E. 1,14.*

περι-(ρ)ράινω, ptc. pf. P. *+περιρεμα-μένος* (de hac redupl. v. Kühner³ II p. 23; Bl. § 15, 6): *circum aspergo*; pass. Ap. 19,13 Tdf.¹

περι-(ρ)ρήγνυμι, ptc. ao. περιρήξας t. cr., -ρηξας t. r. (v. Bl. § 3, 10) *alqd. undique seu alqd. quod alqm. circumdat, abripi, detraho*, ut vestes; A. 16,22 [τὸν χιτωνίσκον Dem. 19, 197].¹

περι-σπάω 1) *circum detraho*, i. q. περιαιρέω. — 2) *×aliorum traho* [Pol.]; *occupo seu occupatum teneo* (= beschäftigen) *alqm. re alqā.*, *potissimum re aliā diversā* [τὸν ἀργὸν δῆμον περὶ τὰς ἔξω στρατείας DHal. 9, 43]: pass. Μάρθα περιεσπάτο περὶ πολλὴν διακονίαν ‘Martha occupata erat (re ab audiendo Domino alienā, sc.) multo ministerio’ L. 10,40 [cfr. ταῖς διανοίαις καὶ τοῖς ὅμμασιν περιεσπάσθαι περὶ τινα Pol. 3, 105, 1; Epict. 1, 8, 5 περιεσπάσθαι ἀπὸ τῆς ἐπιμελείας].¹

×περισσεία, ας, ἡ (περισσεύω) 1) *abundantia, copia alcs. rei abundans* i. e. major vel permagna; seq. genet. rei R. 5,17. 2 C. 8,2 [Moschion]; εἰς περισσείν μεγαλυνθῆναι ‘ad majorem abundantiam, i. e. magis magisque crescere’ 2 C. 10,15. [Prov. 21,5] — 2) i. q. περισσευμα 2: *residuum*: *Überschub: surplus* [CIG 1378; inscr. Bulletin 1897 p. 65] — 3) *emolumen, praestantia*. [Eccle.] — Varie explicatum est Ja. 1,21 π. κακίας (v. Justinianum et Trenkle in l. c.), fortasse optime ‘nimietatem — sc. affectum irae ets. — ex malignitate provenientem’, vulg. ‘abundantiam malitia’; alii ‘residuum, reliquias

malitiae’ ex priore vitâ vobis adhuc restantes (cA περισσευμα, quod Mr. 8,8 = ‘reliquiae’).*

×περισσευμα, ματος, τό ↓ 1) *id quod abunde adest, res quibus alqs. abundat, abundantia* 2 C. 8,13 s. ita, ut v. 13 fortunae, v. 14 bona spiritualia intellegantur; ἐκ τοῦ π. τῆς καρδίας ‘ex iis quibus animus abundat’ Mt. 12,34. L. 6,45. [Eratosth. Plut.] — 2) *+id quod de alqā copiā rerum superat, residuum, reliquiae*: seq. gen. part. Mr. 8,8.*

περισσεύω, ft. -εύσω, ao. ἐπερισσευσα, ft. P. -ευθήσομαι ↓ I. intransitive: περισσέω *sum*; 1) *de rebus* a) *numerum vel mensuram certam supero* [Hsd.], hinc: *supero, supersum, resto*: τὸ περισσεύον τῶν κλασμάτων (gen. part.) Mt. 14,20; 15,37: J. 6,12; cum dat. pers. L. 9,17. J. 6,13. [1 Reg. 2,36] — b) *multus, magnus copiosus sum vel fio, abundo*; ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ύμῶν ἡ δικαιοσύνη πλείον τῶν γραμματέων ‘si vestra justitia non fuerit major quam scribarum’ Mt. 5,20: Ph. 1,9,26; περισσεύει τι τινι [Thuc. 2, 65, 13] ‘alqd. alci. abunde suppetit’ Mr. 12,44. L. 21,4 (opp. ύστέρησις, ύστέρημα); οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινί ‘nequaquam, si cui est magna rerum copia, . . .’ L. 12,15; περισσεύω ἀριθμῷ ‘numero augeor’ A. 16,5, περισσεύει τι εἰς τινα ‘alqd. alci. copiose contingit seu tribuitur’ R. 5,15. 2 C. 1,5; additum verbo εἰς indicat aliquem effectum: εἰ ἡ ἀλήθεια τ. Θ. ἐπερισσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ ‘si vera Dei cognitio clarius effulsit ad (= eoque factum est ut ego meo errore augerem) gloriam ejus’ R. 3,7; it. cum oxymoro 2 C. 8,2: *gaudium spirituale et paupertas Macedonum tam locupletes fuerunt, ut producerent dicitias largitatis*. — c) *excello, praesto*; δόξη ‘gloriā’ 2 C. 3,9 (t. r. He. Br. ἐν δ.): 2 C. 9,12. — 2) *de personis*: a) *abundo alqā. re, abunde habeo* alqd., *dives sum*: τινός L. 15,17 (nWH.); *absolute* 1 C. 8,8 (sc. justitiā, vel Dei beneplacito); 14,12 (sc. charismatis). Ph. 4,12, 18; π. εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν ‘abundo ut possim omne genus bonorum operum exercere’ 2 C. 9,8 b; π. τινί 1 Th. 3,12 si ita supplex: καθάπερ καὶ ἡμεῖς περισσεύομεν ἀγάπη εἰς ύμᾶς ‘ut nos abundamus caritate erga vos’. — b) *multus sum, in alqo. opere praestando, colenda virtute ets.*,

assiduum seu insignem me praesto, vel pro contextu: proficio: seq. ἐν R. 15,13.1 C. 15, 58. 2 C. 8,7. C. 2,7; absolute, addito μᾶλλον, 1 Th. 4,1,10. — **II.** †transitive: 1) ita ut obj. sit res: *reddo alqd. copiosum s. abundans: τὴν εὐχαριστίαν* 2 C. 4,15; τὶ εἰς τινὰ i. q. ‘alqd. alci. large tribuo’ 2 C. 9,8 a. E. 1,8 (ἥς per attr. = ᾧ); pass., cum dat. pers.: διδήσεται αὐτῷ καὶ περισσευθήσεται ‘dabitur ei et abunde dabitur’ Mt. 13,12; ib. 25,29 (syr.). — 2) ita ut obj. sit persona: *facio alqm. abundare s. excellere τινὰ ἀγάπη* 1 Th. 3,12; pass. *large instruor alqā.* re: Mt. 25,29 sec. vulg. arm. copt. slav., seq. gen. copiae L. 15,17 WH.*

περισσός 3. qui alqm. numerum vel mensuram excedit; hinc 1) *excellens, eximius;* τί περισσὸν ποιεῖτε; ‘quid eximii facitis?’ Mt. 5,47; substantive: τὸ περισσὸν τοῦ λουδαίου ‘Judei praestantia’ R. 3,1. [Aristot. al.] — 2) *supervacaneus;* περισσόν μοί ἔστιν τὸ γράφειν ὑμῖν 2 C. 9,1. [π. πόνος, λόγοι tragg.] — 3) *abundans, copiosus;* neutrum substantive: περισσὸν ἔχειν ‘abundantiam (rerum ad veram beatitudinem necessariarum) habere’ J. 10,10. [οἱ μὲν περισσὰ ἔχουσιν, οἱ δὲ οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα δύνανται πορίζεσθαι Xen. oec. 20, 1] — 4) sensu comparativo = πλείων (Bl. § 11, 3 Anm.) *major, plus;* c. genet. compar. τὸ περισσὸν τούτων = τὸ πλέον τούτων ‘id quod est his plus’ Mt. 5,37; ὑπὲρ ἐξ περισσοῦ ν. ὑπερεκπερισσοῦ. — Comparativus: **περισσότερος** 3. 1) *excellentior;* c. genet. compar. περισσότερον προφήτου ‘alqm. qui est excellentior quam propheta’ Mt. 11,9. L. 7,26. — 2) *plus, major, vehementior* ets.; χρίμα ‘poena major’ Mt. 23,13 r. Br. Mr. 12,40. L. 20,47; τὶ L. 12,4. 2 C. 10,8; λύπη ‘nima tristitia’ 2 C. 2,7: 1 C. 12,23 s.; neutrum = *plus* L. 12,48, fort. etiam Mr. 7,36, c. genet. compar. 1 C. 15,10. (Cfr. art. seq.)*

περισσῶς † adv. *ultra modum, pervehementer* A. 26,11; † sensu comparativo = πλέον *magis, vehementius* Mt. 27,23. Mr. 10,26; 15,14 cr. (Bl. § 11, 3 Anm.). — compar. a) **περισσότερον** *magis* H. 6,17 (= *clarious*); 7,15; c. pleonasmo μᾶλλον περισσότερον Mr. 7,36. — b) **περισσοτέρως** *magis* Mr. 15,14 r. 2 C. 11,23 (*magis vel saepius quam adversarii illi*). Ph. 1,14 [DSic.]; plerumque vero sensu elativi = μάλιστα *maxime, summo opere, praecipue*

eximie, perdiligenter (Bl. § 11,3 cum nota); π. προσέχειν ‘perdiligenter attendere’ H. 2,1; 2 C. 1,12; 2,4; 7,15; 12,15. G. 1,14. 1 Th. 2,17. H. 13,19 (ubi fort. melius jungitur cum τοῦτο ποιεῖν i. e. προσεύχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν = rogo ut diligenter pro me oretis); hujus elativi comparativus est περισσοτέρως μᾶλλον ‘magis eximie’ 2 C. 7,13; nonnusquam fere nihil refert, comparativum an elativum supponas.*

περιστερά, ἄς, ἡ *columba* Mt. 3,16; 10,16; 21,12 al.

περιτέμνω, ao. -έτεμον, pf. P. -τέτμημαι, ao. P. -ετμήθην, ft. P. -τμηθήσομαι: *circumcidō* [Hsd. Hdt. al.]; — **Judaeis* hic est terminus techn. adhibitus de caerimonia religiosa circumcisionis (Gen. 17, 12. Lev. 12,3) *Judaeis a Deo praeceptae* = λόγῳ *circumcidō*; π. τινά alqm. ritui circumcisionis subjicio L. 1,59; 2,21. J. 7,22. A. 7,8; 15,5; 16,3; 21,21; — hinc pass. περιτέμνομαι *circumcidor, ritum circumcisionis subeo* A. 15,1,24 r. 1 C. 7,18 b. G. 2,3; 5,2 s.; 6,12 s.; ille qui hunc ritum subiit est περιτεμημένος 1 C. 7,18 a; sensu metaphorico, qui deinde explicatur, C. 2,11 = ‘malitiam, peccatum removeo ex animo’ (cfr. Jer. 4,4. Dt. 10,16).*

περιτίθημι, ao. -έθηκα: *circumpono;* τί τινι pono alqd. *circum alqm. vel alqd.* (alterutro casu subinde suppresso) Mt. 21,33; 27,48. Mr. 12,1; 15,17,36. J. 19,29; de veste corpori circumdatâ Mt. 27,28. 1 C. 12,23.*

***περιτομή,** ἥς, ἡ (περιτέμνω) *circumcisio* [LXX = λογῆ, πλομ; Philo]; 1) *ritus circumcisionis;* J. 7,22 s. A. 7,8 (cfr. διαθήκη 2 a). R. 4,11. G. 5,11. Ph. 3,5. — Pluribus NTⁱ locis significatur 2) *permanens in homine circumcisionis corporis quondam facta, status acceptae circumcisionis, condicio ejus qui ad circumcisorum numerum pertinet,* = τὸ περιτεμῆσθαι: R. 2, 25 s.; 3,1. 1 C. 7,19. G. 5,6; 6,15; διὰ περιτομῆς ‘in statu circumcisionis’ i. e. quamquam es de numero circumcisorum’ R. 2,27 (διά I 2); οὐδὲ ἡ ἐν σαρκὶ (supple: περιτομή ἔστιν) περιτομή ‘nec carnis circumcisionis est genuina circumcisionis’ R. 2,28; εἶναι ἐν π. R. 4,10 bis. — 3) metaphorice: *circumcisio spiritualis, facta et permanens in homine resecatio vitiorum ac peccatorum* (cfr. Dt. 10,16. Jer. 4,4); π.

καρδίας (opp. ἡ ἐν σαρκὶ π.) R. 2,29; eadem vocatur π. ἀχειροποίητος (cfr. opp. χειροποίητος E. 2,11) et π. τοῦ Χριστοῦ ‘ea c. quâ Christus suos vult circumcidet’ C. 2, 11. — 4) metonymice = oī περιτετμημένοι circumcisi; a) qui ritum circumcisionis Mosaicae subierunt: δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως ‘justificabit circumcisos ex fide’ R. 3,30 (opp. ἀκροβυστίαν ‘incircumcisos’); R. 4,9,12a; 15,8. G. 2,7-9. C. 3,11; ὑπὸ τῆς λεγομένης π. χειροποίητου i. e. ab iis qui a circumcisione manu factâ nomen περιτομὴ habent E. 2,11; τοῖς οὐκ ἐκ π. μόνον ‘iis qui non tantum sunt de numero circumcisorum’ R. 4,12 b; oī ἐκ π. πιστοὶ ‘fideles ex numero circumcisorum’ i. e. Judaeochristiani A. 10,45; eodem sensu oī ἐκ π. (δύτες) A. 11,2. G. 2,12. C. 4,11. T. 1,10; — b) ii qui spiritualem quam Christus vult (cfr. C. 2,11) circumcisionem habent; ήμεῖς ἐσμεν ἡ περιτομὴ ‘nos sumus ii qui (vere) sunt circumcisi’ Ph. 3,3.*

περι-τρέπω (περι- ut germ. um-, i. e. in alium statum, praesertim pejorem) circumagendo evertō; transverto in alium statum [Plat. al.]; τινὰ εἰς μανίαν A. 26,24.¹

περι-τρέψω, αο. -έδραμον: circumcurro; c. acc. obji a) curro circum alqm. vel alqd. [λίμνην Aristoph.]; — b) in alqo. loco vel regione circumcurro, huc illuc curro [τὴν πύχνα ‘in foro’ id.] Mr. 6,55.¹

περι-φέρω circumfero, huc illuc fero Mr. 6,55. 2C. 4,10; pass. ventis huc illuc circumferor Ju. 12r., in metaphora E. 4,14. H. 13,9 r.*

περι-φρονέω 1) circum i. e. undique considero. [Aristoph.] — 2) ut περι-ορᾶν est ‘ultra videre’, i. e. de industria alqm. non videre (germ. ‘überséhen’), ‘contemnere’ — ita περι-φρονέω est = in τῷ φρονεῖν alqm. transeo seu neglego i. e. contemno, despicio, nihil facio [τινά Thuc.; τοῦ ζῆν Plat. Ax. p. 372, saepius ap. Plut.]: c. gen. T. 2,15: genetivus ut in verbis curandi et neglegendi, reminiscendi et obliviscendi; etiam περιοράω, licet raro, cum gen. copulatur (sunt qui verbum explicent ‘supra alqm. sentio, sentio alqm. me inferiorem’).¹

***περίγωρος** 2. (περὶ χῶρον) circum situs [Gen. 19,28]; substantive ἡ περίχωρος sc. γῆ regio circumiacens, finitima Mt.14,35. Mr. 6,55 r. Br. L. 4,14,37; 7,17 (de regio-

nibus Iudeae, i. e. Palaestinae, finitimi). A. 14,6; seq. genet. fluminis cui regio utrimque adjacet Mt. 3,5. L. 3,3; seq. genet. explicativus Mr. 1,28 ‘in regionem circumiacentem, sc. Galilaeam’; seq. gen. incolarum L. 8,37. [ap. scriptores posteriores Plut. al. oī π. ‘vicini’]*

***περίψημα**, ματος, τό (περιψάω ‘circum abstergo’) 1) sensu proprio: id quod circumtergendo removetur, sordes, ramenta (sec. Theophyl. et Euthym. = ἀποσπόγισμα, περικάθαρμα, Hesych. κατάμαγμα); minus probabiliter pannus abstensorius (Oecum.); ceteroquin vocabulum, nisi apud interpretes et lexicographos, sensu proprio nusquam occurrit. — 2) metaphorice: id quod, vel is qui sordium instar abjicitur et contemnitur, ejectamentum [τὸ ὑπὸ τὰ ἔχνη πάντων, Hesych.; Symm. Jer. 22,28 μὴ π. φαῦλον καὶ ἀπόβλητον δ ἄνθρωπος; ‘estne rejectamentum vile et repudiandum homo?’], maxime quod abjicitur et perditur pro salute aliorum [sec. Suidam = ἀπολύτρωσις, Hesych. ἀντίψυχα — Suidas dicit juveni quem Graeci quotannis irae deorum mactabant, dum in mare projectatur, acclamatum esse: περίψημα ἡμῶν γενοῦ! Tob. 5,18 mater Tobiae optat: pecunia π. τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο i. e. potius pecunia pereat quam filius noster!]; unde Paulus 1 C. 4,13: nos Apostoli facti sumus πάντων π. ἔως ἅρτι ‘omnium peripsema adhuc’.¹

+**περπερέομαι** (πέρπερος) blandiendi et placandi cuiusā magnifice me jacto, superbe me ostento: haec fere genuina videtur esse significatio hujus verbi 1C. 13,4, unde bene arm. et goth. ‘caritas non se ostentat’ (vulg. ‘non agit perperam’, syr. ‘non perturbatur, non tumultuatur’). — NB: Cic. ad Att. 1, 14: ‘ego autem ipse, dii boni! quomodo ἐνεπερπερευσάμην novo auditori Pompejo! si unquam mihi περιόδοι, si καμπάτι, suppeditaverunt — illo tempore.’ Marc. Anton. 5, 5 ἀρεσκεύεσθαι καὶ περπερέεσθαι jungit. S. Basilius dicit, quidquid non ex necessitate sed solius ornatūs causa assumatur, pertinere ad vitium τῆς περπερίας. Nomen πέρπερος ap. Polybium aliasque occurrit cum synonymis (πολυ-)λάλος, φλύαρος, στωμύλος (‘loquax’); καρφός (‘comptus, qui ornate dicit’) explicatur πέρπερος καὶ πολυλάλος.

Oecum. I. c. explicat οὐκ ἀλαζονεύεται (cfr. ἀλαζών), οὐ φυσιοῦται καὶ φρονεῖ μέγα ἐπὶ τοῖς οἰκείοις κατορθώμασιν. Alias explications v. ap. Cornely in I. c., Stephan. thes. ling. Gr.¹

Ιλερσίς, ἴδος, ἡ *Persis*, mulier R. 16,12 salutata.¹

πέρυσι adv. temp. *anno proxime elapso, anno praeterito* 2 C. 8,10; 9,2.*

πετάομαι i. q. **πέτομαι** *volo* in t. r. Ap. 4,7; 8,13; 14,6; 19,17. [Aristot. Anthol. al.]*

πετεινός 3. ↓ *volans, alatus* [tragg.]; — substantive τὸ πετεινόν *ales, volucris* [Hdt. 2, 123; LXX]; plur. Mt. 13,4. Mr. 4,4. L. 12,24 al.; τὰ π. τοῦ οὐρανοῦ (v. οὐρανός 1 a) ‘volucres caeli’ dictio Hebraeis familiaris Mt. 6,26; 8,20. A. 10,12 al.

πέτομαι *volo, volito* Ap. 12,14 et in t. cr. Ap. 4,7; 8,13; 14,6; 19,17.*

πέτρα, ας, ἡ *rupes, petra, saxum*, et quidem (in oppositione ad πέτρος, quod significat ‘saxum a monte vel solo solutum, lapidem magnum’, sed tantum ut adhuc levari manuque projici possit, Il. 7, 270; 2 Mach. 1, 16 al.) *saxum monti vel solo inhaerens sive ipse mons solumve saxosum, aut saltem saxi pars ingentis molis* (cfr. Od. 9, 243. 484; Schmidt 51, 4); Mt. 27,51,60. Mr. 15,46 (ubi ἐξ non materiam ex qua constabat monumentum indicat, sed respondet quaestioni ‘unde’ excisum sit). Ap. 6,15 s.; *solum saxosum* L. 8,6,13 (οἱ ἐπὶ τὴν π. ii quibus convenit praedicatum ‘in petram’, sc. quibus convenit parabola seminis in petram cadentis), in quo aedificia ponuntur Mt. 7,24 s. L. 6,48; σὺ εἶ Πέτρος (i. e. **ΑΠΕΤΡΟΣ** saxum, nomen Simoni a Christo promissum J. 1,42 et datum Mr. 3,16. L. 6,14), καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ (i. e. **ΑΠΕΤΡΟΣ** ‘super hoc saxo’, qui est Petrus) οἰκοδομήσω μου τὴν ἔκκλησίαν Mt. 16,18, ubi Πέτρος et πέτρα eundem et idem indicant suntque certo ejusdem vocabuli aram. **ΑΠΕΤΡΟΣ** interpretamenta, illud magis personam et nomen, hoc magis nominis significationem effert: — cur diversae formae graecae? nempe quia πέτρα non erat apta forma nominis proprii masculini, et quia non potuit dici ἐν πέτρῳ, lapide soluto (v. supra), ecclesia aedificari [**ΑΠΕΤΡΟΣ** targ. Onk. Ex. 17,6 = צַדְקָה πέτρα, Num. 20,8,10 = עַלְכָה πέτρα]; — metaph. π. σκανδάλου R. 9,33.

I P. 2,8 ex. Is. 8,14 צַדְקָה מִבְשָׁלֵל petra quae est lapsūs occasio seu causa, ll. cc. de Messia qui infidelibus est ruinae spiritualis occasio; Christus praeexistens, i. e. Verbum Dei Israëlitas per desertum comitans et mirabiliter potans dicitur πνευματικὴ ἀχολουθῶσα πέτρα ‘petra spiritualis comes itineris 1 C. 10,4.*

Πέτρος, ου, ὁ *Petrus*, agnominis aramaici **אַפְרִים** ‘petra’ Simoni Bar-Jonae apostolo a Christo inditi interpretamentum graecum (cf. Κηφᾶς), quod in communem usum scriptorum sacrorum et ecclesiasticorum transiit. Quamquam, consideratā ratione ob quam hoc nomen Simoni inditum est (Mt. 16,18), πέτρα fuisse interpretatio melior, tamen propter formam nomini proprio masculino magis convenientem Πέτρος dictus est (v. art. praeced.): Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος Mt. 4,18; 10,2; Σ. ὁ ἐπικαλούμενος Π. A. 10,18; 11,13; Σίμων (2 P. 1,1 Συμεὼν) Πέτρος Mt. 16,16. L. 5,8. J. 1,40; plerunque Πέτρος Mt. 8,14; 14,28 al. — De ejus vita v. Cornely, introd. III² p.616 ss.

πετρώδης 2. 1) — a πέτρα —: *saxeus, ex saxo constans: steinern: de pierre.* [Soph. Ant. 774] — 2) a πέτρος —: *saxosus, lapidosus, «petrosus»: steinig: pierreux* [Hippocr. Aristot.] —: substantive τὸ πετρώδες Mr. 4,5 et [Aristot. hist. an. 5, 17] τὰ πετρώδη Mt. 13,5,20. Mr. 4,16 (= ἡ πέτρα L. 8,6,13) *solum agri saxeum* (cfr. Fonck, Parabeln in ll. cc.), vulg. «petrosa»: de terminationis -ώδης vi cfr. Kühner³ II p. 298.*

πήγανον, ου, τό *peganon, «ruta»: Raute: rue, planta quaedam* L. 11,42. [Theophr.]¹

πηγή, ἡς, ἡ *fons* J. 4,6. Ja. 3,11,12 r. Ap. 8,10; 14,7; 16,4; in metaphora J. 4,14. 2 P. 2,17, ἡ π. τοῦ ὄντος τῆς ζωῆς Ap. 21,6 = ζωῆς πηγαὶ ὄντων 7,17 fons e quo velut bibitur vita beata; ἡ π. τοῦ αἵματος Mr. 5,29 ‘sanguinis profluviū’ (Lev. 12,7 δὲ ιερεὺς καθαριεῖ αὐτὴν ἀπὸ τῆς π. τοῦ αἵματος αὐτῆς).*

πήγνυμι, αο. ἐπηξα: 1) *figo, infigo.* — 2) *figendo construo* i. e. *fabrico, aedifico* e. gr. *navem, tentorium* ets. [Hom. Plat.]: H. 8,2.¹

πηδάλιον, ου, τό (πηδόν ‘remi extremitas’) *gubernaculum* A. 27,40. Ja. 3,4. [Hom. ss.]*

πηλίκος 3. *quantus? quam magnus? quam grandis?* de magnitudine litterarum G. 6,11 (ubi v. Cornely, Lightfoot); de magna hominis dignitate H. 7,4. (Utробique, cum habeatur exclamatio, classice diceretur ἡλίκος! Bl. § 51, 4.]*)

πηλός, οῦ, δ 1) *lutum, argilla*, quâ figulus utitur R. 9,21. [tragg. LXX] — 2) *lutum madidum, caenum* J. 9,6,11,14 s. [Hdt. 4, 28]*

πήρα, ας, ἡ *pera* viatorum, qua victum aliaque necessaria secum ferunt, Mt. 10,10. Mr. 6,8. L. 9,3; 10,4; 22,35 s. [Hom. ss.]; etiam *mendici pera*: *Bettelsack*: *besace* [const. apost. 3, 6; inscr. Bulletin 1897 p. 60], sicne ll. cc.?*

πῆχυς, εως, δ, gen. plur. hell. [Pol. DSic. Plut.] *πηχῶν* (ion. *πηχέων*, att. *πήχεων*) *cubitus*, mensura longitudinis et distantiae, ap. Graecos sec. Hermann (griech. Antiquitäten IV³ p. 438 ss.) = 0,462 metra: J. 21,8. Ap. 21,17; Mt. 6,27. L. 12,25, si de aetate explicas (v. ἡλικία), utique sensus vocabuli fit metaphoricus = 'exiguum spatum temporis'.*

***πιάσω**, ao. *ἐπίσασα*, ao. P. *ἐπιάσθην*: vox dor. = att. *πιέζω*, etiam significatione partim diversa: 1) *premo*. [sec. grammaticos] — 2) *manu compressâ teneo*; in formis inchoativis (aor.): *manu prehendo*, τινὰ τῆς χειρός A. 3,7; *capiro, corripio* [neohell. *πιάνω*] hominem J. 7,30,32,44; 8,20; 10,39; 11,57. A. 12,4. 2 C. 11,32, animal J. 21,3,10. Ap. 19,20. [Cant. 2,15; Theocr. 4, 35; ληστοπιαστής 'latronum captor' pBer. 325]*

πιέζω, pf. P. *πεπίεσμαι*: *premo, compreso*; in metaphora L. 6,38 de vase in quo, quo plura capiat, frumentum manibus comprimunt.¹

πιθανολογία, ας, ἡ *ratio alqd. aliis persuadendi per argumenta probabilia, veri similia, apparentia more rhetorum* [Plat. Theaet. p. 162 e]; in partem deteriorem = *argutiae, argumenta captiosa vel speciosa* C. 2,4 [διὰ π-ας pLips. 40 III 7]: in vulg. fortasse legendum est 'in subtilitate s.'; arm. 'fallacibus verbis'. — NB. πιθανός 'persuasorius, audienti probabilis, veri similis' — λόγος; hinc πιθανολογέω 'utor in sermone, ut alqd. aliis persuadeam, rationibus veri similibus [non certis aut evidenteribus]', id quod potissimum est earum

disciplinarum quae certam rerum demonstrationem saepe non admittunt, ut artis eloquentiae, v. gr. Aristot. eth. Nic. 1, 1 ridet mathematicum qui vellet πιθανολογῶν suas res demonstrare; ex ipsa naturâ rei fit, ut hoc πιθανολογεῖν saepe, cum rationes certae et evidentes non suppetant, sufficere debeat, sed etiam ut ē ratione loquendi abuti ad errores docendos homines facile possint, quia de rebus contradictoriis possunt fieri λόγοι πιθανοί [Aristot. top. 1, 11].¹

πιθός ap. WH. = πειθός, q. v.

πικραίνω, ft. πικρανῶ, ao. P. *ἐπικράνθην* (πικρός) 1) *acerbum reddo, «amarico»* Ap. 10,9; pass. Ap. 8,11; 10,10. — 2) metaphorice: *exacerbo, exaspero* alqm. [LXX]; pass. *exacerbor, irritor* [Plat.]; πρός τινα 'acerbe me gero, morosus sum erga alqm.' C. 3,19 [Ath. 6 p. 242 b]*

πικρία, ας, ἡ ↓ *amaritudo* [Theophr.]; ex Dt. 29,18 μή τις ἔστιν ἐν ὑμῖν βίζα ἀνω φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ 'ne sit in vobis radix crescens cum felle et amaritudine' (hebr.: 'radix producens venenum et absinthium'), i. e. homo corruptus et scandalosus qui alios seducat, explicatur A. 8,23 εἰς χολὴν πικρίας δρῶ σε δῆτα = video te esse hominem perversum, item H. 12,15 μή τις βίζα πικρίας ἀνω φύουσα ἐνοχλῇ 'ne qua radix, ex quā progerminet amaritudo, crescens officiat' (cfr. ἐνοχλέω) i. e. ne quis homo perversus aliis scandalo sit; e contextu i. q. verba acerba, caritati contraria R. 3,14, animus exacerbatus E. 4,31 (c. synon. θυμός, δργή). [π. καὶ κακόνοια Dem.; Aristot.; LXX = 'indignatio; tristitia; absinthium']*

πικρός 3. 1) *acer, acutus*. [π. διστός Il. 4, 118 al.] — 2) *gustui acer, acerbus, amarus*; opp. γλυκύς Ja. 3,11; metaph. de animo exacerbato et iis quae inde oriuntur [tragg. Dem. al.] Ja. 3,14.*

πικρῶς ↑ adv. *amare*; 1) i. q. animo exacerbato. [tragg. Dem.] — 2) i. q. animo tristi: κλαίειν πικρῶς [Is. 33,7; πικρὸν δάκρυον Od. 4, 153] Mt. 26,75. L. 22,62.*

Πιλάτος, οὐ, δ t. r.: cfr. Πειλάτος.

πίμπλημι, ao. *ἐπλησα*, ao. P. *ἐπλήσθην*, ft. P. *πλησθήσομαι*: 1) *impleo, compleo* ets.: τὶ L. 5,7; τὶ τινος alqd. alqâ re Mt. 27,48. J. 19,29; pass. Mt. 22,10. A. 19,29, seq. ἔχ τινος J. 12,3 v.; πίμπλασθαι τινος dici-

tur is cuius animus alqâ. affectione corripitur et occupatur [Il. 1, 104 π. μένεος, Plat. λήθης καὶ κακίας], φόβου L. 5,26, ζήλου A. 5,17; 13,45: L. 4,28; 6,11. A. 3,10; πίμπλασθαι Πνεύματος ἀγίου (A. 4,31 cr. τοῦ ἀγίου Πν.) dic. qui sive ad alqd. dicendum faciendumve a SpS° illustratur et impellitur sive specialibus charismatis gratiisve donatur L. 1,1,41,67. A. 2,4; 4,8,31; 13,9, sive gratiâ sanctificante ornatur L. 1,15. A. 9,17. — 2) metaphorice a) *compleri* dicitur †tempus quod *elabitur seu finitur*: L. 1,23; alibi genetivus, qui sequitur nomen tempus significans, indicat id quod hōc tempore elapso fit: ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν finiti sunt dies quibus elapsis paritura erat L. 2,6; it. L. 1,57; 2,21 s. [ita hebr. נָלַח Gen. 29,21 al.]; — b) *compleri* dicitur vaticinium, si id fit quod *praedictum est*, L. 21,22 cr. [נָלַח 2 Reg. 8,15]*

πίμπρημι (a rad. πρα, πρε), pass. πίμπραμαι, inf. πίμπρασθαι (Bl. § 23, 2; Kühner³ II p. 519; non πιμπρᾶσθαι, nam talium verborum formae secundariae in -άω desinentes passivo carent): 1) *inflō*: a) *flando intendo s. tumefacio*. [ἐπρησεν δ' ἄνεμος μέσον ἴστιον Od. 2, 427; Ael. n. a. 2, 17] — b) **tumefacio, tumidum reddo* [γαστέρα Num. 5,22]; pass. *tumefio, intumesco* A. 28,6 (n. Tdf.). [Num. 5,21,27; in diris Halicarnassensibus plumbo insculptis (Rhein. Museum XVIII 570 ss.) πεπρημένα; in Ἰάμασιν Epidauri repertis (II 123) ἐπέπρητο ὅλα, i. e. ὅλη; neohell. πρήσκομαι ‘tumesco’] — c) *sufflo ignem*; et hinc 2) *incendo, comburo* alqd. igne, quae est significatio verbi usitatissima.¹

πινακίδιον, ου, τό (demin. ad πίναξ) †*tabella*, max. ad scribendum: *pugillaris*: *Schreibtäfelchen*: *tablette pour écrire* L. 1, 63. [Epict. 3, 22, 74.]¹

πίναξ, κος, ὁ *asser*; in specie: a) *tabula scriptoria*; — b) *catinus, discus*: *Teller*: *assiette* (vas primitus ligneum, sed ap. DHal. et Ath. occurrit etiam πίναξ κεράμειος, ἀργυροῦς ets.): Mt. 14,8,11. Mr. 6,25, 28. L. 11,39.*

πίνω, ft. πίομαι (2. sg. *πίεσαι L. 17,8. Dt. 28,39 al.), ao. ἔπιειν (imper. πίε L. 12,19, att. πίε, πίθη; infinitivus πιεῖν, cum pronuntiaretur *piñ* [Kühner³ I p. 54], facile contrahebatur in *piñ*, unde haben-

tur in codd. et aliquibus edd. scripturae πεῖν Mt. 27,34. J. 4,7 al., πῖν J. 4,9. Ap. 16,6), pf. πέπωκα (3. pl. πέπωκαν Bl. § 21, 3): *bibo*; seq. acc. liquoris Mt. 26, 29 b. Mr. 16,18. L. 1,15; 5,39. J. 6,53. R. 14,21 al.; seq. ἐξ c. gen. liquoris Mt. 26, 29 a. J. 4,13, ἀπό L. 22,18; seq. acc. vasis (continens pro contento) 1 C. 10,21; 11,26; seq. ἐξ c. gen. vasis, putei ets. Mr. 14,23. J. 4,12. 1 C. 10,4; 11,28; cum acc° moralis effectūs potionis 1 C. 11,29 b; absolute Mt. 27,34 b al.; δοῦναί τινι πιεῖν (τι) ‘dare alci quod bibat’ Mt. 27,34 a. Mr. 15,23 r. He.Br. J. 4,7, hinc παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἴτεῖς; ‘a me petis quod bibas?’ J. 4,9; saepe copulantur ἐσθίειν καὶ πίνειν, rarius τρώγειν καὶ πίνειν (cfr. ἐσθίω, τρώγω); — terra dicitur bibere pluviam H. 6,7; πίνειν τὸ ποτήριον cum additamento alqo. ex metaphorâ hebr. = subire certam quandam sortem, potissimum mortis Mt. 20,22 s.; 26,42. Mr. 10,38 s. J. 18,11 (cf. ποτήριον), sim. Ap. 14,10; ἐξ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκαν = socii fuerunt fornicationis, i. e. idolatriæ, ejus Ap. 18,3; Jesus clamavit: ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω J. 7,37, trop. = apud me quaerat et a me accipiat quae sui animi desideria explebunt, quae eum beatum reddent (imper. praes. de regula et invitatione universali, Bl. § 58, 2).

πιότης, ητος, ἡ (πίων ‘pinguis’) *pinguedo*, plerumque hominum aut animalium; de plantarum pinguedine [Theophr. h. pl. 9, 1, 3; LXX] R. 11,17.¹

πιπράσινω, pf. πέπρακα, pf. P. πέπραμαι, ao. P. ἔπραθην: *vendo, venumdo*; τὶ Mt. 13,46. A. 2,45; pass. Mt. 18,25. A. 4,34; 5,4; seq. gen. pretii Mt. 26,9. J. 12,5, praemisso ἐπάνω Mr. 14,5; — metaphorice: πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἀμαρτίαν R. 7,14 ‘venditus sub potestatem peccati (i. e. concupiscentiae)’, i. q. velut servus peccato traditus, ut ea faciam quae illud jubet (cfr. similem phrasin 3 Reg. 21,20, 25. 1 Mach. 1,15 s.)*

πίπτω, ft. πεσοῦμαι, ao. ἔπεσον et saepius hell. ᔁπεσα (Bl. § 21, 1), pf. πέπτωκα (2. sg. -κες, Bl. § 21, 4; 3. pl. -καν, ib. 3): *cado*; 1) *decido, a loco superiore deorsum feror*, plerumque assignato termino-aquo vel ad quem: seq. ἀπό Mt. 15,27. L. 16,21, ἐξ L. 10,18. A. 27,34, ἐπὶ

c. acc. Mt. 10,29; 21,44. L. 20,18 (ἐπὶ τινα | Mt. 21,44. L. 20,18; 23,30. Ap. 6,16), εἰς | Mt. 15,14. A. 22,7; — de semine quod | sparsum cadit Mt. 13,4 ss. Mr. 4,4 ss. L. | 8,5 ss. J. 12,24. — 2) cum hucusque erectus steterim, concido, procido ets.; a) de personis: a) humi prosternor, corrugo, sive vivus, ἐπὶ τῆς γῆς, Mr. 9,20 χαμαί J. 18,6, πρὸς τοὺς πόδας τινός Ap. 1,17, sive moriens = occido L. 21,24. A. 5,5,10. 1 C. 10,8. H. 3,17; — β)*me prosterne [ita LXX ex hebr. נִפְנַע]: Mt. 2,11; 4,9; 18,26. Ap. 4,10; 22,8 al., addito ἐπὶ πρόσωπον (αὐτοῦ) (de om. art. v. Bl. § 46, 9) Mt. 26,39. L. 5,12; 17,16. 1 C. 14,25, ἐπὶ τὰ πρόσωπα Ap. 7,11; 11,16, ἐπὶ τῆς γῆς Mr. 14,35; additur, coram quo quis se prostraverit: ἐνώπιόν τινος Ap. 4,10, ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τινος Ap. 19,10, παρὰ τοὺς πόδας τινός L. 8,41; 17,16, πρὸς τοὺς πόδας τινός Mr. 5,22. J. 11,32 cr., εἰς τοὺς πόδας τινός Mt. 18,29 r. J. 11,32 r., ἐπὶ τοὺς πόδας (versiones antiquae supponunt additum αὐτοῦ) A. 10,25. — b) de rebus, aedificiis: corrugo; τὰ τείχη Ἱεριχώ ἔπεισαν H. 11,30; Mt. 7,25,27. L. 6,49 r. Br. A. 15,16 (v. σκηνή). Ap. 11,13. — 3) usus verbi metonymicus et metaphoricus: a) de personis; a) fortunae vitae jacturam facio: L. 11,17 (v. οἶκος 2); sim. Ap. 14,8; 16,19; — β) ex statu fidei, gratiae, pietatis peccando excido: R. 11,22; 14,4 (sensus: ad solum Dominum cognitio certa et judicium pertinet, num quis in christianâ fide et pietate perseveret necne). 1 C. 10,12. Ap. 2,5 cr.; a fide, gratiâ, aeternâ salute excido R. 11,11 (de casu sine spe reparacionis). H. 4,11; — γ) in aliquod malum incido: ὅπὸ κρίσιν πεσεῖν ‘judicio, s. condemnationi obnoxium fieri’ (v. ὅπό II 2) Ja. 5,12, ubi t. r. εἰς ὅποκρισιν π. ‘in vitium hypocrisis incidere’. — b) de rebus: a) sol, aestus cadit super alqm. ἐπὶ τινα, i. q. alqm. tangit eique nocet, Ap. 7,16; — β) sors cadit in alqm., i. e. ita cadit ut alqm. designet A. 1,26; — γ) timor cadit super alqm., i. e. corripit alqm. Ap. 11,11; — δ) res cadit, concidit, i. e. esse desinit, non est firma ac stabilis 1 C. 13,8 Tdf. WH.; — ε) res valere desinit, suo valore suâque veritate privatur L. 16,17 [Jos. 23,14].

Πισιδία, ας, ἡ Pisidia, regio Asiae Minoris, Ciliciae, Lycaoniae, Phrygiae,

Cariae, Pamphyliae confinis; A. 14,24; Ἀντιόχεια τῆς Π. A. 13,14 r. Be. He. Br. (v. Ἀντιόχεια).*

††Πισιδίος 3. (Πισίδης ‘incola Pisidiæ’) i. q. Πισιδικός 3. Pisidicus, in Pisidia situs: A. 13,14 Tdf. WH. εἰς Ἀντιόχειαν τὴν Π.¹

πιστεύω, ft. εύσω, ao. ἐπίστευσα, pf. πεπίστευκα, pf. P. πεπίστευμαι, ao. P. ἐπίστεύθην (πιστός [a rad. πιθ, πείθω] ‘credens, fidens’ alci, Theogn. tragg.; πίστις ‘fides, fiducia’): credo, fido; hae duae significaciones ita verbo convenient, ut saepe distingui aut disjungi nequeant, nam ubi abest erroris fraudisque metus, ibi et fuditur et creditur. Dogmatica quoque fides haec duo continet, cum sit subjectio mentis Deo alqd. revelanti vel promittenti praestita; ubi nuda veritatis revelatio attenditur, idea ‘credendi’ prominet, ubi habetur divina missio, eminent notio ‘fidendi’. Multis locis attendere juvat ad discriminem inter πιστεύειν ‘fidem habere’, πιστεῦσαι ‘fidem amplecti’ (inchoat.), πεπιστευέναι ‘fidem amplexum esse ac tenere’, v. infra nr. 2 f. — Itaque 1) alci. (dicenti, docenti ets.) fidem habeo, credo quae alqs. dicit: a) seq. dat. pers. et ὅτι: πιστεύετε μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί J. 14,11, it. 4,21. A. 27,25 [cl. τινί τι]; — b) seq. acc. rei: alqd. credo, persuasum habeo: ἡ ἀγάπη πάντα πιστεύει ‘caritas omnia credit’ 1 C. 13,7: qui verâ caritate instructus est, generatim (ubi non subest prudens ratio dubitandi) verba proximi sine diffidentia admittit; πιστεύεις τοῦτο; ‘credisne hoc?’ J. 11,26; A. 13,41. 1 J. 4,16; seq. ὅτι cum verbo: μακαρία ἡ πιστεύσασα ὅτι ἔσται τελείωσις κτλ. ‘beata quae credidit completum iri etc.’ L. 1,45; J. 8,24; 11,27,42; 13,19; 14,10; 16,27,30; 17,8,21; 20,31. A. 9,26. R. 10,9. 1 Th. 4,14. H. 11,6. Ja. 2,19. 1 J. 5,1,5; π. περὶ τινος ὅτι J. 9,18; seq. accus. c. inf. [Plat.]: τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰ. X. A. 8,37 r. Br. — c) seq. dat. pers.: alci. credo, fidem habeo; τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν ‘iis qui eum redivivum conspexerant, non crediderunt’ Mr. 16,14; Mt. 21,25,32. Mr. 11,31; 16,13. L. 20,5. J. 5,46. A. 8,12; 26,27. 1 J. 4,1; credere Jesu: εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετε μοι κτλ. J.

10,37,38 a; Mt. 27,42 r. Br. J. 5,38,46 b; 6,30; 8,31,45 s. al.; credere Deo J. 5,24. A. 16,34. R. 4,3,17. G. 3,6. T. 3,8. Ja. 2,23. 1 J. 5,10 b; *alci. fido fort.* 2 T. 1,12 οἶδα ὃ πεπίστευκα ‘novi eum in quo meam fiduciam posui’. — **d)** seq. dat. rei: *rei* (sc. *verbis, testimonio, signis...*) *fidem habeo*: οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου L. 1,20; τῇ γραφῇ J. 2,22; J. 4,50; 5,47; 10,38 b (ἔργοις); 12,38 (Is. 53,1). A. 24,14. R. 10, 16. 2 Th. 2,11 s.; pass. ἐπίστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν (Bl. § 54, 3) ‘testimonio nostro fides adhibita est’ 2 Th. 1,10 [θεῶν θεσφάτοισιν Aesch. Pers. 786; τοῖς ἔμοῖς λόγοις Soph. Phil. 1374]; — **e)** seq. εἰς τι *an etwas glauben*: εἰς τὸ δόνομά τινος v. infra nr. 2b; εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα κτλ. ‘in hoc, se fore patrem etc.’ R. 4,18 (syr.). — **f)** absolute: *credo* (sc. *alci.*, vel *alqd.*): ἐὰν εἴπωσιν ὑμῖν . . . ’Ιδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις (sc. ἐστίν), μὴ πιστεύσητε Mt. 24,26; ib. 23. Mr. 16,16 s. L. 8,12 s.; 22,67; 24,25 (βραδεῖς τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται ‘etiamnum tam tardi ad credendum, post omnia quae prophetae locuti sunt’ [debuerunt credere, nixi ἐπὶ vaticiniis prophetarum]). J. 3,12; 10,25 s.; 12,47 r.; 14,29; 16,31; 19,35; 20,8 (sc. Jesum resurrexisse), 25,29. A. 4,4; 26,27. 1 C. 11,18; 15,11. Ja. 2,19 (‘daemones quoque *id credunt*’). 1 J. 5,10 c (εἰς τὴν μαρτυρίαν ‘auf das Zeugnis hin...’, cfr. εἰς III 6). Ju. 5. — **g)** ubi in fide Deo praestanda effertur idea firmissimae de alqua re persuasionis vel fiduciae, apte verti potest *certissime mihi persuasum est, ne quaquam dubito, certo confido fore ut . . .*: πιστεύομεν δτι καὶ συνζήσομεν αὐτῷ ‘certo confidimus fore ut cum illo etiam vivamus’ R. 6,8; πιστεύομεν σωθῆναι ‘certo confidimus nos salvos fore: dubium non est quin salvemur’ A. 15,11: Mr. 11,23.

2) *in aliquem vel in aliquid credo; credere in alqm. est pro vero habere atque admittere quod ille de se affirmat* (refertur sic solum ad Deum et Christum), *agnoscere alqm. tamquam eum quem se nobis revelat* (sc. Deum tamquam unum verum Deum, Jesum tamquam Messiam, legatum Filium-que Dei) *ac se illi ut tali subdere et tradere; itidem credere in alqd. est alqd. utpote divinitus revelatum pro vero habere,*

agnoscere et se ei veritati cum fiducia, sine metu erroris, submittere; correspondet hebraico לְבִן מַמְלָאָה = *alci. credens ac fidens adhaereo*; occurrunt hae constructiones: **a)** πιστεύω ἐν τινι [Dan. 6,23. Ps. 77,22] J. 3,15 cr.(nBr.). E. 1,13 (hīc sunt qui verbum πιστεύω ab ἐν ὃ separant); ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Mr. 1,15: Εἰ, ἐν inhaesione indicat. — **b)** π. εἰς τινα: in Deum J. 12,44; 14,1a. 1 P. 1,21 r. He.; in Christum Mt. 18,6. Mr. 9,42 r. He. Br. J. 2,11; 3,15 r. Br. 16,18 a,36; 4,39; 6,29,35,40,47 r. He. Br.; 7,5,31,38 s.,48; 8,30; 9,35 s.; 10,42; 11,25 s., 45,48; 12,11,36 (εἰς τὸ Φῶς), 37,42,44,46; 14,1 b,12; 16,9; 17,20. A. 10,43; 14,23; 19,4 (R. 10,14? cfr. infra, nr. e). G. 2,16. Ph. 1,29. 1 P. 1,8. 1 J. 5,10 a; eodem sensu εἰς τὸ δόνομά τινος (cfr. δόνομα II 2) J. 1,12; 2,23; 3,18 c. 1 J. 5,13. — **c)** π. ἐπὶ τινι R. 9,33; 10,11. 1 T. 1,16. 1 P. 2,6. (Is. 28, 16 cNA); sed πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται L. 24,25 = *credere* (sc. resurrectionem Christi) innixum vaticiniis prophetarum. — **d)** π. ἐπὶ τινα [Sap. 12,2] in Deum R. 4,5,24, in Christum Mt. 27, 42 v. A. 9,42; 11,17; 16,31; 22,19. — **e)** π. τινι M. 27,42 r. Br. J. 6,30 (*σοὶ* = 29 εἰς κτλ.); 8,31 (30 εἰς αὐτόν). A. 16,34; 18,8. R. 10,14 (ubi οὖ valet i. q. τούτῳ [vel: εἰς τοῦτον] οὖ: cfr. δι II 3 c). 2 T. 1,12. T. 3,8; hinc (sec. constr. class. ἐπιβουλεύομαι, φθονοῦμαι etc. Curtius § 192, 1; Bl. § 54, 3) passive: δι . . . ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ ‘in quem creditum est in mundo’ 1 T. 3,16; ἵνα πιστεύ(σ)ωμεν τῷ δόνόματι τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ 1 J. 3,23 = ut credamus Jesum esse Messiam. — **f)** saepe absolute: πιστεύειν *credere, esse de numero fidelium, fidem habere vel exercere* in Deum vel Christum (de fide quae habetur, exercetur, evolvitur); πιστεῦσαι *credere, fidem suscipere, fieri fidelem* ets. (de fide incipiente vel suscipienda); πεπιστευέναι *fidem suscepisse ac tenere, esse fidelem* (de fide suscepta permanente): σὺ πιστεύεις εἰς τὸν Γίλον τ. Θ.; ‘tu habesne fidem in Filium Dei?’ καὶ τίς ἐστιν, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; ‘et quis est, Domine, ut jam in eum credere incipiam?’ J. 9, 35 s.; πολλοὶ ἐπιστευσαν εἰς αὐτόν ‘multi fidem in eum amplexi sunt’ J. 8,30; ἔλεγεν πρὸς τοὺς πεπιστευότας αὐτῷ ‘Ιουδαίους ‘dicebat amplexis ejus fidem Judaeis’ 8,31;

(οἱ) πιστεύοντες ‘credentes, fideles’ A. 2, 44 r.Br.; 5,14. R. 3,22 al., (οἱ) πιστεύσαντες ‘ii qui fidem amplexi erant’ A. 2,44 v.; 4,32 al., οἱ πεπιστευκότες A. 19,18; Mr. 15,32. J. 1,7 (‘ut omnes per eum ad fidem pervenirent’); 1,51; 3,18 b; 4,41 s., 48,53; 5,44; 6,36,47 v., 64,69; 9,38; 10,26; 11,15 (‘ut fidem — sc. majorem, firmorem — accipiatis’); 12,39; 20,31. A. 4,4; 8,13,37 a; 11,21; 13,12,39; 14,1; 15,5,7; 17,12,34; 18, 27; 19,2 (πιστεύσαντες ‘quando fidem suscepistis’); 21,20,25. R. 1,16; 3,22; 4,11; 10,4, 10; 13,11 (ὅτε ἐπιστεύσαμεν ‘quo tempore fidem Christi suscepimus’); 15,13. 1C. 1,21; 3,5 (δὶ’ ὅν ἐπιστεύσατε ‘per quos ad fidem pervenistis’); 14,22; 15,2. G. 3,22. E. 1,13, 19. 1 Th. 1,7; 2,10,13. 2 Th. 1,10a. H. 4, 3. 1 P. 2,7.

3) ab hac in Deum aut in Jesum Christum fide non differt, sed est ejus specialis quidam actus fides ac fiducia precantis aut rogantis atque miracula patrantis (cfr. πίστις I 2): *Deum aut Christum alqd. rogans credo in eum ac confido*, i. e. tam firmam habeo persuasionem de ejus potentia ac benigna voluntate me (nisi majoris momenti rationes ipsi notae obstant), dum recta recte petam, exaudiendi, ut omnem animi dubitationem abjiciam utpote irrationalē ac Deo seu Christo indignam (cfr. Mt. 9,28; 21,21. Ja. 1,6); absolute: δσα ἀν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ πιστεύοντες, λήμψεσθε ‘quaecunque in prece cum fide petieritis, accipietis’ Mt. 21,22; Mr. 5,36; 9,23 s. L. 8,50; πιστεύετε δτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; ‘creditisne me hoc facere posse?’ Mt. 9,28; πιστεύετε δτι ἐλάβετε (vel λαμβάνετε t. r. Br. vel λήμψεσθε cD, vg.) ‘credite vos ea accepisse (accipere, accepturos esse)!’ Mr. 11,24; simile obj. supplendum Mt. 8,13 (J. 11,40?); — ad eandem in Deo fiduciam refertur Mr. 11,23, et 2 C. 4,13 ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα (Ps. 115,10). καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν (significatur fides in fidelitatem justitiamque Dei promissiones suas implentis servosque suos continuo adjuvantis, ex qua fide certa spes ac fiducia oritur).

4) communis velut nota fidei hucusque descriptae, scil. certitudo animi exclusus que metus ne aut erremus aut fallamur, etiam huic quartae significationi competit,

quae in ordine ethico versatur, nempe si conscientia in agendo certum de honestate actionis dictamen habet nec veretur ne peccet; cum inf.: ‘actionem (quam inf. indicat) cum confidentia aggredior’, utpote certus eam licere; ‘haud vereor’ c. inf. (verba enim graeca credendi atque opinandi, sequente infinitivo, etiam significationem volendi vel decernendi habere solent, v. Kühner³ IV § 473, 1 Anm. 2; potest mente suppleri δεῖν vel ἔξεῖναι): δς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα (opp. δὲ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἔσθιει) germ. ‘der eine traut sich, alles zu essen’, ‘unus audet (= haud veretur) comedere omnia’ aut ‘uni persuasum est licere omnia comedere’ R. 14,2.

5) cum acc. rei et dat. pers.: *credo, concredo alqd. alci., fidei alcs. alqd. committo: anvertrauen: confier: τί τινι alqd. alci.: τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύει;* L. 16,11; *έαυτόν τινι J. 2,24;* constructione passivâ dicunt: πιστεύομαι τι ‘accipio alqd. mihi creditum, creditur mihi alqd.’ R. 3,2. G. 2,7. 1 Th. 2,4. 1 T. 1,11. T. 1,3 [Plat. ep. 309 a; Pol. 3, 69, 1 al.]; si ἄκων — solummodo ideo quia debeo — evangelizo, οἶκονομίαν πεπίστευμαι ‘munus mihi commissum est’, in contextu = munus mihi injunctum obivi, sed speciale praemium non merui 1C. 9,17.

πιστικός 3. (πίστις, πείθω) 1) *ad fidem conciliandam seu persuadendum aptus.* [Pl. Gorg. 455 a; X. Cyr. 1, 6, 10] — 2) *cui fidi potest:* a) de personis: *fidelis* [πιστικῶς ἔχειν τινί Plut. Pelop. 8]; — b) de re: *purus, genuinus, non adulteratus:* ita prob. Mr. 14,3. J. 12,3 νάρδος π. [Euseb. demonstr. 9, 8]: Vulgata in Joh., copt., ev. Hieros., goth., slav. vocem graecam retinent; Vulg. in Mr. ‘spicatus’, syr. arm. ‘praestans’. — 3) *cum planta illa ‘nardostachys Jatamansi’ in India etiam vocetur ‘piçitā’ (Boehltingk-Roth, Sanskrit-Wörterbuch IV 731), quid prohibet, quo minus νάρδος π. explicetur nardum ex planta ‘piçitā’ extractum?* (Houghton)*

πίστις, εως, ἡ (a rad πιθ, quae verbo πείθω, πέποιθα et vocibus lat. ‘fido, fides’ subest) *fides* apud scriptores profanos est i. q. a) *fides s. fiducia*, qua alci. creditur ac fidetur; *opinio ac persuasio* de alqa. re, quae rationibus fide dignis nititur; — b) *id quo mihi fidem concilio*, i. e. *fide-*

litias ac probitas, qua quis meretur ut sibi credatur ac fidatur; porro: *pignus fidei* (Garantie); *argumentum s. demonstratio; promissio, pollicitatio; — c) id quod alci. concreditur, fidei commissum* [v. lexx. Liddell-Scott, Bailly, Pape]. — In NT πίστις est I. sensu activo = τὸ πιστεύειν, et quidem 1) plerumque ac potissimum *fides religiosa*, qua in Deum et Christum credimus ac Deo Christoque sine ulla dubitatione credimus ac fidimus; est illa, si doctrina NTⁱ comprehenditur, oboedientia quaedam religiosa, qua homo Deo alqd. revelanti vel pollicenti se subjicit et huic subjectioni congruenter vivit agitque, imprimis vero totum Evangelium Messianum recipit novoque ordini salutis se conformat; fides, si est genuina ac perfecta, non est sine operibus, sed δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη per caritatem actuosa; pro varietate contextū modo universa fides comprehenditur, modo hoc illudve elementum effertur: L. 18,8; 22,32. A. 3,16 (ad ή δι' αὐτοῦ cfr. 1 P. 1,21); 6,5,8 r.; 11,24; 13,8; 15,9; 16,5. R. 1,8,12,17 a,c; 3,25-31; 4,5-20 passim; 5,1,2; 9,30,32; 10,6,17; 11,20. 1 C. 2,5; 13,13; 15,14,17; 16,13. 2 C. 1,24; 8,7; 10,15; 13,5 (de fide viva, formata). G. 3,7-26 passim; 5,5 s. E. 2,8; 3,17; 4,13; 6,16. 23. Ph. 1,25 (gaudium quod dat fides); 2,17; 3,9 b. C. 2,7. 1 Th. 1,3; 3,2,5 ss., 10; 5,8. 2 Th. 1,3 s., 11; 3,2. 1 T. 1,2,4 s., 14,19; 2,15; 4,1,12; 6,11 s. 2 T. 1,5,13; 2,18,22; 3,8,10; 4,7 (cfr. III 2). T. 1,4,13; 2,2; 3,15. Phm. 6 (cfr. infra II 1). H. 4,2; 6,1,12; 10,22,38 s.; 11 passim; 12,2; 13,7. Ja. 1,3; 2,5,14-26. 1 P. 1,5,7,9,21; 5,9. 2 P. 1,1 (hic de fide subj. et obj.), 5. 1 J. 5,4. Ap. 2,19; 13,10; — θύρα πίστεως ‘porta fidei’ = occasio fidei amplectendae sicque se salvandi A. 14,27; ρῆμα τῆς πίστεως R. 10,8, μυστήριον τ. π. 1 T. 3,9 verbum, mysterium ad credendum propositum; ἔργον τ. π. ‘exercitium (Betätigung) fidei’ 1 Th. 1,3. 2 Th. 1,11 (ἔργον 1 c); seq. gen. obj. π. ’Ιησοῦ Χριστοῦ ets. R. 3,22,26. G. 2,16,20; 3,22. E. 3,12. Ph. 3,9 a. Ja. 2,1. Ap. 14,12, cum gen. obj. rei quam vel in quam alqs. credit: π. τοῦ δνόματος αὐτοῦ A. 3,16, τῆς ἐνεργείας τ. Θ. C. 2,12 (Glauben an die Wirksamkeit Gottes), ἀληθείας 2 Th. 2,13: Ph. 1,27; π. εἰς Χριστόν ets. A. 20,21; 24,24; 26,18. C. 2,5, ἐν Χριστῷ (= firmam sequens persuasionem de hone-

’Ιησοῦ ets. G. 3,26 (ubi ἐν a π. se Jungi potest). E. 1,15. C. 1,4. 1 T. 3,13. 2 T. 3,15; π. ἐπὶ Θεόν H. 6,1 (ἐπὶ fort. dicitur in oppositione ad antecedens ἀπό, ita ut describatur aversio a peccato, conversio ad Deum), sim. ή πίστις ὑμῶν ή πρὸς τὸν Θεόν ‘vestra fides [ac per fidem conversio] ad Deum’ 1 Th. 1,8; de dictione δὲ ἐκ πίστεως ’Ιησοῦ R. 3,26, οἱ ἐκ πίστεως G. 3,7,9 = credentes (in J.) cfr. ἐκ VI c; etiam ἀρνεῖσθαι τὴν πίστιν 1 T. 5,8. Ap. 2,13 huc referri potest (vel ad nr. III 1); opponuntur inter se πίστις, cognitio rerum aeternarum per solam fidem, et εἶδος species rerum aeternarum immediato intuitu nobis objecta 2 C. 5,7. — 2) a fide in nr. 1 proposita non differt, sed est ejus speciale quoddam et praeclarum documentum atque exercitium *fides seu fiducia precantis miraculaque aut petentis aut patrantis*, quae est inconcussa omnique carens dubitatione persuasio de Dei vel Christi potentia, benignitate, in exsequendis promissis fidelitate et certa exspectatio illius experiendae: Mt. 8,10; 9,2, 22,29; 15,28. Mr. 2,5; 4,40; 5,34; 10,52. L. 5,20; 7,9,50; 8,25,48; 17,19; 18,42; αἴτειν ἐν πίστει ‘cum fide precari’ Ja. 1,6, ή εὐχὴ τῆς πίστεως Ja. 5,15 (alii ad nr. 1 referunt); ἔχει πίστιν τοῦ σωθῆναι (gen. obj.) ‘habet fidem s. fiduciam sanitatis recuperandae’ A. 14,9; de fide in Deum, qua fretus alqs. miracula patrat Mt. 17,20; 21,21. Mr. 11,22 (c. gen. obj. π. Θεοῦ). L. 17,5 s. 1 C. 12,9; 13,2 (hic inter charisma enumeratur); fides fiduciae in Deum promissiones suas impletarem servosque suos servantem intellegitur 2 C. 4,13. — 3) πίστις, ut est talis de aliquo firma persuasio, ex quali oritur fiducia erga eum, ita S. Paulo est *talis de bonitate atque honestate actionis facienda firma persuasio ex quali certa fiducia honeste agendi oritur metusque ne peccetur excluditur, sive practicum dictamen conscientiae de honestate actionis*: R. 14,22 firma persuasio alcs., Christianis licere honeste omnibus vesci cibis; ib. 23 qui cum conscientia dubia cibum comedit, peccavit, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως (sc. ἔφαγεν)· πᾶν δὲ δ οὐκ ἐκ πίστεως (sc. γίνεται), ἀμαρτία ἐστίν ‘quia non ex firma persuasione

state comestionis) comedit; nam quidquid agitur non ex tali certa persuasione (sed cum dubio practico), peccatum est'; qui talem firmam persuasionem seu certum conscientiae dictamen sibi efformare non potest, sed dubius haeret vel scrupulis angitur, dicitur ἀσθενεῖν τῇ πίστει R. 14,1.

II. *id quo quis fidem fiduciamque meretur aut sibi conciliat*, i. e. 1) *fides = fidelitas* qua quis promissis stat aut obligationibus susceptis probe satisfacit: Mt. 23,23 (fidelitas sine fraude aut mendacio). R. 3,3 (cum gen. subj. 'Dei fidelitatem'). G. 5,22 (an 'sancta ac prudens simplicitas qua alqs. proximis confidit'? cfr. 1 C. 13,7 πάντα πιστεύει). 2 Th. 1,4 (fidelitas in fide). T. 2,10, prob. 2 T. 4,7 [cfr. inscr. τὴν π. ἐτήρησα sc. τῇ γερουσίᾳ Deißmann LvO. 224]; τὴν πίστιν ἥν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον 'Ιησοῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς ἀγίους 'fidelitatem quam in D. J. et erga omnes Christianos habes' Phm. 5 (fort. etiam 6). [Ps. 32,4. Prov. 12,22 al.] — 2) *pollicitatio, promissum* [X. Cyr. 8, 8, 3; πίστεις ποιεῦσθαι X. Hell. 1, 3, 12]: τὴν πρώτην πίστιν ἡθέτησαν 'fidem prius datam violaverunt', sc. promissum servanda continentiae 1 T. 5,12; fort. etiam 2 T. 4,7 (fidem Christo promissam servavi). — 3) *id quo rei veritatem probo, demonstratio* [Arist. rhet. 1, 1; Isocr. 3, 8 πίστεσιν αἵς ἄλλους πείθομεν]: Deus Jesum statuit judicem omnium, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν 'omnibusque (hujus Jesu auctoritatis) argumentum praebuit eo a mortuis resuscitando' A. 17,31 (alii ad nr. I 1 referunt: cfr. παρέχω I 3).

III. metonymice πίστις dicitur *id quod creditur*; 1) *id cui alqs. assensum fidei praebet, veritas seu doctrina ad credendum proposita et credita, quam credentes tenent ac confidentur* etc.: ὑπήκουον τῇ πίστει A. 6,7 (= τῷ εὐαγγελίῳ R. 10,16); εἰς διπάκοντα πίστεως 'ad efficiendam oboedienciam fidei' = ad efficiendum ut fidei (= evangelio) oboediatur R. 1,5; 16,26; ἐμμένειν, ἐπιμένειν τῇ πίστει A. 14,22. C. 1,23; G. 1,23; 3,2,5 (cfr. ἀκοή 1 b β). E. 4,5 (= idem omnes credunt). Ph. 1,27 (an ad I 1?). 1 T. 2,7; 4,6 (fort. 5,8; 6,10, aut ad I 1); 6,21 (cfr. 2 T. 2,18); Ju. 3,20; ipsa oeconomia novae Legis πίστις vocari videtur G. 3,23,25; 6,10. — 2) *id quod*

alci. creditur, i. e. concreditur, res seu negotium alci. fidei commissum (v. πιστεύω 5): commissum alci. donum caeleste seu charisma R. 12,3,6 (sec. alios hic subest alia metonymia, ut charismata πίστις appellantur utpote fidei dogmaticae fructūs); fort. 2 T. 4,7 = commissum mihi divinitus munus fideliter servavi. [ἥ τῆς ἐφοδείας πίστις εἰς τοὺς ἵππους ἀνατίθεται 'munus circuitionis equitibus demandatur' Pol. 6, 35, 8]

IV. restat una metonymia, qua πίστις vocantur οἱ πιστεύοντες *credentes, fideles*; ita sec. Oec. Reithm. Beelen, Cornely al. R. 1,17 b εἰς πίστιν = εἰς τοὺς πιστεύοντας: revelatur in evangelio justitia Dei divinitus hominibus danda, ex fide (et non ex operibus legis aut naturalibus) exoriens, in omnes credentes conferenda (sine distinctione personarum), = 3,21 δικαιοσύνη Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰ. X. εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας: de aliis explicationibus v. Cornely aliosque in 1,17.

πιστός 3. (a rad. πιθ: cf. πείθομαι, fidere) 1) sensu passivo: a) de personis: *is cui tuto creditur vel fuditur, fide s. fiduciā dignus, fidelis, fidus*, qui partes sui officii fideliter implet: δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ Mt. 25,21,23; Mt. 24,45. L. 12,42. 1 C. 4,2; 7,25 (cf. ἐλεέω). C. 1,7. 2 T. 2,2. H. 2,17; 3,5. Ap. 1,5; 2,10,13; 3,14; 19,11; add. ἐν τινι 'in alqa. re' L. 16,10 ss.; 19,17. 1 T. 3,11, ἐπὶ τι Mt. 25,21,23; add. dat. personae cui se quis fidelem exhibet H. 3,2; πιστός est epidoton commendaticum 1 C. 4,17. E. 6,21. C. 4,7,9. 1 P. 5,12; ἡγούματι τινα πιστόν 'alqm. fide dignum duco (idque opere demonstro, v. ἡγέομαι 2), alci. meam fiduciam exhibeo' 1 T. 1,12, Deum fide dignum duco H. 11,11; Deus dic. πιστός i. e. verax in iis quae revealavit, fidelis in iis ad quae praestanda se obligavit quaeve ipse praestare debet ut nos salutem consequamur: 1 C. 1,9; 10,13. 2 C. 1,18. 1 Th. 5,24. H. 10,23. 1 P. 4,19. 1 J. 1,9, deChristo 2 Th. 3,3 (probab.). 2 T. 2,13. [Hom. ss.] — b) de rebus, ac praesertim de verbis: *fide dignus, dignus qui credatur, quod verum non esse non potest, certissimus* T. 1,9; c. synon. ἀληθινός Ap. 21,5; 22,6; πιστός (sc. ἐστίν) δ λόγος 1 T. 3,1. 2 T. 2,11. T. 3,8, cum addito 1T. 1,15; 4,9; τὰ δσια Δαυεὶδ τὰ πιστά A. 13,34

(v. δσιος). [Hom. ss.] — 2) sensu activo: *alci. fidens sive credens* [Theogn. tragg.]; in NT: *qui credit, qui habet fidem*; de Abraham qui Deo credidit G. 3,9; de eo qui Jesum resurrexisse credit J. 20,27 (opp. ἀπιστος); de eo qui fidem christianam profitetur, A. 16,1. C. 1,2. 1 T. 6,2. T. 1,6; add. dat. τῷ Κυρίῳ A. 16,15; ὑμᾶς τοὺς.. πιστοὺς εἰς Θεόν ‘vos qui creditis in Deum’ 1 P. 1,21; substantive πιστός ‘fidelis, Christianus’ 2 C. 6,15 (opp. ἀπιστος). 1 T. 5,16 r. He. Br., ibid. πιστή ‘Christiana’; οἱ πιστοί ‘Christifideles’ A. 10,45. E. 1,1. 1 T. 4,3,10,12 [Ign., Clem. Rom. al.]: Αρ. 17,14; πιστὸν ποιεῖς δὲ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφούς 3 J. 5 sec. Oecumenium significat ‘quidquid fratribus praestas, in eo facis opus fidele’, i. e. viro Christo fidi dignum (sec. quosdam = in eo facis alqd. quod tibi fiduciam praebet, sc. facis alqd. mercede caelesti remunerandum).*

πιστώ, ao. P. ἐπιστώθην: 1) act.: a) alqm. *fidelem reddo*, i. e. ad fidem suam jurejurando obligandam adigo [Thuc.]; b) *alqd. *fide dignum reddo, ratum habeo* [LXX]. — 2) med. et pass.: a) *me ad fidelitatem obligo, spondeo* ets. [Eur. Pol.]; b) **mihi alqd. (verum esse) firmissime persuadeo, firmiter credo* [μίμνε, πιστωθεὶς ὅτι Soph. OC. 1039]: μένε ἐν οἷς (= τούτοις ἀ) ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης ‘mane in iis quae didicisti et vera esse tibi persuasisti’ 2 T. 3,14 (Oecum. Euthym. μετὰ πληροφορίας ἔμαθες, vulg. goth. ‘et quae tibi credita sunt’, syr. ‘didicisti et confirmatus es’; posset fort. redi etiam: ‘quae spopondisti, ad quae te obligasti’).¹

πλανάω, ft. πλανήσω, ao. ἐπλάνησα, pf. P. πεπλάνημαι, ao. Pf. ἐπλανήθην ↓: 1) sensu proprio: a) *via recta abduco, per incerta vagari cogo* [Hdt. Aesch.]; pass. *a via recta aberrans vagor, oberro* Mt. 18,12 s. H. 11,38. 1 P. 2,25 r. He. Br. [Hom. ss.] — 2) sensu translato: *in errorem practicum induco, seduco*: πλανᾷ τὸν δχλον J. 7,12; Mt. 24,4 s., 11,24 v. 1 J. 2,26 al.; ἔαυτόν 1 J. 1,8 [Plat. Dem.]; — pass. *procul a veritatis viā vagor, circumerro* 1 P. 2,25 Tdf. WH. T. 3,3. 2 P. 2,15; aberro, seq. ἀπό Ja. 5,19; viā justitiae relictā oberro H. 5,2, c. dat. resp. τῇ χαρδίᾳ H. 3,10; *in errorem inducor, seduci me sino* ab alqo.: Mt. 24,24 v. L. 21,8. J. 7,47.

1 C. 15,33. Ap. 18,23; *erro in meo de alqa. re judicio*: Mt. 22,29. Mr. 12,24,27. 1 C. 6,9. G. 6,7. Ja. 1,16. [tragg. Isocr. al.]

πλάνη, ης, ἡ 1) *oberratio, iter circumerrantis* [tragg.] — 2) transl.: a) *aberratio* quaevi, ut oratoris a suo argumento; — b) *aberratio a via veritatis, error* [Plat.]: Mt. 27,64. R. 1,27 (error gentilium de Deo, idolatria). E. 4,14 (cf. μεθοδεία). 1 Th. 2,3. 2 Th. 2,11 (opp. ἀλήθεια). 2 P. 3,17; οἱ ἐν πλάνῃ ἀναστρεφόμενοι ‘ii qui in errore (intellectū et morum) vitam degunt’, gentiles 2 P. 2,18; τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης (opp. τῆς ἀληθείας, et cfr. πνεῦμα 3 b) 1 J. 4,6; — de aberratione a via honestatis ac justitiae: ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ ab errore vitae suae, a vitiis in quibus vivit Ja. 5,20; τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ ἔξεχύθησαν ‘in vitium Balaami praecipites ruerunt’ Ju. 11 (cfr. 2 P. 2,15). — *Nota*, hōc vocabulo semper indicari non mere theoreticam a vero deflexionem, sed errorem gravissimum, practicum, fatalem.*

πλανῆτης, ου, δ (πλανάομαι) substantive et adjective: *erraticus* [tragg.]; ἀστέρες πλανῆται ‘stellae erraticae’, prob.=cometae Ju. 13,1

πλάνος 2. adjective et substantive: 1) *erraticus, vagans*, ut *stella, homo*; ubi de homine, plerumque admiscetur significatio nr. 2: *impostor, fere = Landstreicher* [v. Stephani thes. l. Gr.]. — 2) *fallax, fraudulentus, in errorem inducens* [Theocr. al.]: 1 T. 4,1; substantive: *deceptor, seductor* Mt. 27,63. 2 C. 6,8. 2 J. 7.*

πλάξ, χός, ἡ res plana ut *tabula, planities, maris aequor, crusta, panis placenta tenuis* ets. [tragg. ss.]; — de tabulis decalogi H. 9,4 [LXX = בְּנֵי]; epistula commendaticia, de qua 2 C. 3,3, inscripta est οὐχ ἐν πλαξιν λιθίναις, ἀλλ’ ἐν πλαξιν χαρδίαις (t. r. -ίας) σαρχίναις ‘non tabulis lapideis, sed in aliis tabulis, nempe in cordibus carnalibus’: talia enim corda Deus se cordibus lapideis substituturum promiserat Ez. 11,19; 36,26.*

πλάσμα, ματος, τό ↓ id quod est ex materia aliqua, ut *limo, cera ets., formatum; figmentum, opus figlinum* [Aristoph. Plat.]; R. 9,20 ex Is. 29,16.¹

πλάσσω, ao. *ἐπλασσα*, ao. P. *ἐπλάσθην*: e *materia alqa. alqd. fingo, formo* [Hsd.

ss.]: R. 9,20 ex Is. 29,16; 1 T. 2,13 ε
Gen. 2,7.*

πλαστός 3. ↑ 1) *e materia alqa. fictus, formatus.* [Hsd. ss.] — 2) *metaph. fictus, simulatus, commenticius* 2 P. 2,3. [Eur. Xen.]¹

πλατεῖα, ας, ἡ (fem. adjⁱ πλατύς ‘planus, latus’) *platea i. e. 1) *via latior in urbe* [LXX aliquotiens = γῆν ‘via, vicus’, Ps. 17,43. Ez. 26,11; DSic. 17, 52; δταν λέγωμεν πλατεῖαν, δυνάμει λέγομεν πλατεῖαν δδόν] SEMp. Pyrrh. 1, 188; FlJ. 16, 5, 3, cf. bell. 1, 21, 11; lat. Terent. Horat.]. — 2) *locus planus latus publicus in urbe, forum* [LXX plerumque = בָּזְמַן ‘freier Platz: place’; Hesych. πλατεῖαι: ρύματις, ἀγοραῖς; eandem significationem praebent derivata hujus vocabuli in linguis modernis: πλατεῖα (neohell.), piazza, plaza, place, Platz]. — In NT ubi de unica civitatis platea agitur, prob. = *forum* Ap. 11,8; 21,21; 22,2 (max. si ibi dicitur in media platea exsilire fons aquae vitae, sec. probabilem sententiarum distinctionem); ubi pluralis habetur, Mt. 6,5; 12,19. L. 10,10; 13,26; 14,21. A. 5,15, fort. nonnusquam liberum est vel *fora* vel *vias* intelligere (vulg. ubique ‘platea’; vocabula versionis syr. (لواء) et arm. et ipsa utrumque, sed primario ‘forum’ significant.)*

πλάτος, ους, τό (πλατύς) *latitudo* Ap. 21,16; metaph. τὸ πλ. καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὄψος sc. τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ E. 3,18 immensa ex omni parte Christi dilectio; metonym. ‘lata, s. ampla superficies terrae’ Ap. 20,9 [cfr. Hab. 1,6].*

πλατύνω, pf. P. πεπλάτυμμαι, ao. P. ἐπλατύνθην ↓: *latum reddo, dilato; πλατύνειν τὰ φυλακτήρια ‘lata phylacteria facere (et induere)’* Mt. 23,5; tropice de dilatato per caritatem animo: ή καρδία ήμῶν πεπλάτυνται. πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς ‘cor nostrum est latum; curate ut ipsi quoque lati fatis’ 2 C. 6,11,13 [ita inscr. Mantineae de benefactore: τὴν ψυχὴν εὐγενεστέραν τῆς φύσεως πλατύνας ‘ultra naturam animum dilatavit’; LXX πλ. τὴν καρδίαν ‘reddere alqm. animosorem’ in bonam partem Ps. 118,32, in malam Dt. 11,16; 32,15].*

πλατύς 3. *latus* Mt. 7,13.¹

πλέγμα, ματος, τό (πλέκω) *res quaevi*

nexa seu plexa (Geflecht), ut rete, corbis ets. [Xen. al.]; plur. †cincinni, plexi s. torti artificiose crines 1 T. 2,9 [JChrys.].¹

πλεῖστος et **πλείων** v. art. πολύς C et B.

πλέκω, ao. ἐπλεξα: *plecto, necto; coronam spineam* Mt. 27,29. Mr. 15,17. J. 19,2.*

πλέον, v. πολύς B.

πλεονάζω, ao. ἐπλεόνασα ↑: 1) intrans.: a) *plus, frequens, nimius sum* [Thuc. Isocr. Pol.] in NT *multus, magnus aut major sum vel fio* R. 5,20; 6,1. 2 C. 4,15. Ph. 4,17. 2 Th. 1,3. 2 P. 1,8. — b) *plus habeo alcs. rei quam opus est* [Aristot. pol. 1, 9; Ex. 16,18] 2 C. 8,15. — 2) transit.: a) *nimum facio, exaggero alqd.* — b) **multiplico, augeo alqd.* [LXX] — c) †*facio alqm. alqā re abundare* 1 Th. 3,12 τινά τινι, c. synon. περισσεύω.*

πλεονεκτέω, ao. ἐπλεονέκτησα ↓: 1) intrans.: a) *plus habeo alcs. rei, τινός*. [Thuc. Xen.] — b) *sum aliquo superior divitiis, honore, victoriā ets., τινός τινι.* [Plat. Xen. al.] — 2) transit.: ×*alqm., ut sim eo alqā. re superior aut ditior, alqā. fraude circumvenio, lucro praevenio, fraudo; in re pecuniaria: τινά 2 C. 7,2; 12,17 s. 1 Th. 4,6 (hic sec. alios = alcs. *jus in re conjugali violo* sc. adulterio); pass., seq. ὑπὸ τοῦ σατανᾶ ‘a Satana fraudari’ 2 C. 2,11. [πλεονεκτεῖσθαι χιλίαις δραχμαῖς Dem. p. 1035, 26; DHal. DCass.]**

πλεον-έκτης, ου, δ (πλέον ἔχειν) qui alcs. rei *plus habere cupid, proprii commodi cupidus* [Hdt. Thuc. Aristot.]; prae-assertim: *is qui injuste ac fraudulenter alienā re ditescere cupid, qui cumulandis divitiis inhiat, avarus:* 1 C. 5,10 s.; 6,10. E. 5,5. [Sir. 14,9]*

πλεονεξία, ας, ἡ ↑ 1) *abundantia; emolumentum; praestantia ets.* [Plat. Isocr. al.] — 2) in malam partem: *plus habendi aviditas; a) aliis praestandi studium, alios per fraudem superandi studium, arrogantia* [Hdt. Xen. al.]; b) *avaritia, plus (pecuniae ets.) habendi et utcunque acquirendi cupiditas:* L. 12,15. R. 1,29. E. 4,19; 5,3. C. 3,5. 2 P. 2,3,14; πρόφασις πλεονεξίας ‘prae-textum, quo celatur avaritia’ 1 Th. 2,5; plur. de variis modis et actibus avaritiae Mr. 7,22. 2 P. 2,14 r.; e contextu 2 C. 9,5

eleemosyna quantulam dare solet homo
avarus.*

πλευρά, ἄς, ἡ *latus corporis humani*
J. 19,34; 20,20,25,27. A. 12,7.*

πλέω *vehor navi, navigo* L. 8,23. A.
27,24; seq. εἰς loci A. 21,3; 27,2r,6, ἐπί^{c.} acc. Ap. 18,17.*

πληγή, ἡς, ἡ (πλήσσω) *plaga*; 1) *verber*
sive manu sive instrumento inflictum,
praesertim etiam *verber acre aut vulnerans*:
L. 12,48. 2 C. 6,5; 11,23; ἐπιθεῖναι τινι
πληγάς L. 10,30. A. 16,23; *vulnus* A. 16,
33. Ap. 13,3,12,14. [Hom. ss.] — 2) **calamitas publica a Deo inficta*, ut per mor-
bos et mortes multorum: Ap. 9,18,20;
11,6; 15,1,6,8; 16,9,21; 18,4,8; 21,9; 22,18.
[Lev. 26,21. Num. 11,33; 14,37 al.; cf. Soph.
Aj. 137 Διὸς πλ. de unius infortunio]*

πλῆθος, ους, τό *multitudo*: *καθώς τὰ*
ἀστρα τῷ πλήθει ‘numero stellis caeli pares’
H. 11,12 [πλήθει πολλά Hdt.]; — in concre-
to a) *rerum magna copia*: seq. gen. L. 5,6.
J. 21,6. A. 28,3. Ja. 5,20. 1 P. 4,8. — b) *ho-
minum multitudo*: c. gen. personarum L.
1,10; 2,13; 23,27. J. 5,3 al., c. gen. loci L.
8,37. A. 5,16; 14,4; passim add. adj^{um}
πολύ Mr. 3,7 s. J. 5,3. A. 14,1 al.; plur.
πλήθη A. 5,14, quia identidem multi ec-
clesiae aggregabantur; — cum art^o τὸ
πλῆθος *contio, coetus congregatus* L. 1,10;
23,1. A. 6,5; 15,12; 23,7; *coetus, societas,*
ecclesia A. 4,32; 6,2; 15,30; *populus, vulgus*
L. 8,37. A. 2,6; 5,16, ἅπαν τὸ πλ. τῶν
Ἰουδαίων A. 25,24 [τὸ πλ. τὸ ‘Ροδίων
inscr. Revue archéol. 1865 I p. 298; alia
inscr. decernit quendam εἶναι ἐν ἐπιμελείᾳ
παρὰ τῷ πλήθει, Bulletin 1895].

πληθύνω, ft. πληθυνῶ, ao. ἐπλήθυνα
(2 C. 9,10 r.), ao. P. ἐπληθύνθην (πληθύς,
i. q. πλῆθος) 1) transitive: **multiplico,*
numero augeo, multum reddo; 2 C. 9,10.
H. 6,14 e Gen. 22,17; pass. *numero augeor*,
A. 6,7; 7,17; 9,31; metonymice, aucto nu-
mero fidelium, δολόγος τοῦ Θ. ἐπληθύνετο
A. 12,24, aucto numero peccatorum et
infidelium Christus dicit πληθυνθῆναι
τὴν ἀνομίαν Mt. 24,12 (cfr. vers. praeced.)
[LXX passim]; de re spirituali: χάρις
ὅμιλος πληθυνθείη ‘gratia vobis augeatur’,
in dies vobis copiosius donetur! 1 P. 1,2;
2 P. 1,2. Ju. 2 [Dan. 6,25; Ps. 48,17 al.].
2) intransitive: *numero cresco, augeor*: A.
6,1. [Ex. 1,20; loci ap. profanos sunt incerti]*

***πλήντης**, ου, δο (πλήσσω) *verberator,*
pugnax, rixator; 1 T. 3,3. T. 1,7. utrobi-
que cum πάροινος. [Aristot. eth. Eud.
2, 3; Plut. Dio 30, 4 al.]*

***πλήμμυρα**, ης (Bl. § 7, 1; t. r. He. -ας),
ἡ *aestus, fluvii vel maris aestuantis acces-
sus, inundatio* L. 6,48. [Job 40,18; DHal.
FlJ. ss.]*

πλήν 1) adverbium seu conjunctio:
a) *praeterquam, praeter, nisi, max. si ante-*
cedit negatio [Soph. Aj. 1238]: . μὴ
εἰδώς, πλὴν δτι τὸ Πνεῦμα... διαμαρτύρε-
ται μοι ‘ignorans, nisi quod SpS^{us} mihi
protestatur’ A. 20,23 [Soph. El. 426], ubi,
etiam legi potest πλὴν δτι κτλ. ‘nisi id
quod SpS^{us} mihi testatur’; τι γὰρ πλὴν
δτι παντὶ τρόπῳ Χριστὸς καταγγέλλεται;
‘quid enim (illi efficiunt) nisi quod omni
modo Christus praedicatur?’ Ph. 1,18 (alii
aliter). — b) fit particula adversativa,
vocibus ἀλλά, δέ etc. synonyma: *sed, tamen,*
vero, germ. indessen, jedoch: Mt. 26,39.
L. 22,42 (= ἀλλά Mr. 14,36); Mt. 11,22,
24; 18,7; 26,64. L. 6,24,35; 10,11,14,20;
11,41; 13,33; 17,1 (v. l. δέ); 18,8; 19,27;
22,21,22 (= δέ ap. Mt. Mr.). 1 C. 11,11.
E. 5,33. Ph. 1,18 v.; 3,16; 4,14. Ap. 2,25;
post negationem (germ. *sondern*): μὴ ζη-
τεῖτε..., πλὴν ζητεῖτε ‘nolite quaerere...
sed quaerite’ L. 12,29-31; ib. 23,28; ex
locis citatis constat, ab hac particula
saepe eas sententias inchoari, quibus ali-
cui quaestioni vel monitioni finis impo-
nitur et id quod est maximi momenti,
inculcatur.. [cf. Passow s. v. II 2 b; Bl.
§ 77, 13] — 2) *praepositionis instar jun-*
gitur cum genetivo: *praeter, excepto...*
οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ ‘non exsistit
alius praeter eum’ Mr. 12,32; J. 8,10. A.
15,28; 27,22 [Hom. ss.]; post sententiam
pos. [ut Xen. anab. 2, 4, 27; Thuc. 4,
54, 2]: A. 8,1.*

πλήρης 2. *plenus*; 1) *refertus*; abs. Mt.
14,20; 15,37; c. genet. rei Mr. 6,43 r. He.
Br.; 8,19; usquequaque alqā. re obtectus,
λέπρας L. 5,12; de animo alqā. affectione,
virtute vitiove oppleto: A. 6,5,8; 13,10;
19,28 [δόυνων, ἀρετῆς Plat.]; mulier πλ.
ἀγαθῶν ἔργων A. 9,36; πλ. Πνεύματος A.
6,3, Πν. ἀγίου L. 4,1. A. 7,55; 11,24; ἐθεα-
σάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ... πλήρης (pro
πλήρους: v. infra, NB.) χάριτος καὶ ἀλη-
θείας ‘vidimus gloriam ipsius pleni gra-

iae et veritatis': Verbum incarnatum abunde possidebat, et in sese et nobiscum communicandam, gratiam et veritatem (alii J. 1,14 πλήρης ad ἐσκήνωσεν referunt: 'Logos habitavit in nobis... plenus etc.'). — 2) *integer, perfectus* [δέ τη πλήρεα Hdt. 7, 20]: σῖτος Mr. 4,28 (ubi genuina lectio fort. est πλήρης σῖτον: v. notam *infra!*); μισθός 2 J. 8. — NB. Hoc adjūm in lingua vulgari passim pro voce indeclinabili habebatur; legimus enim: ἀγροῦ πλήρης Gen. 27,27 cDE; πλήρης (acc.) τὴν δράκα Lev. 2,2 cB, μισθὸν πλήρης 2 J. 8 cL; πλήρης ὑπάρχουσιν mart. Matth. ap. Bonnet II p. 219 l. 10 v.; στάχυας πλήρης Gen. 41,24 cD; πλήρης τὸ γόμορ Ex. 16,33 cB; ἔδωκα αὐτῷ τὰ ναῦλα πλήρης inscr. Revue archéol. 1875 I 233; ὁ πλήρης A. 13,10; et ita passim, etiam in papyris, cfr. Mayser p. 63. Unde J. 1,14 πλήρης χάριτος grammaticē non solum ad δέ Λόγος ('Verbum—plenum gratiae'), sed etiam ad αὐτοῦ (ejus—pleni gratiae') aut ad τὴν δόξαν ('gloriam ejus—plenam gratiae') referri potest.*

*πληροφορέω, αο. ἐπληροφόρησα, pf. P. πεπληροφόρημαι, αο. P. ἐπληροφορήθην: verbum rarius [aliquotiens in papyris = 'alci. plene satisfacio; alqd. plene perficio': Deibmann, LvO. 54]; 1) c. acc. rei i. q. πληρόω alqd. *impleo, perficio* (cfr. germ. *vollbringen*); τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον 'ministerium t. imple, ei satisfac' 2 T. 4,5; pass. ib. 17 (v. l. πληρωθῆ); prob. item L. 1,1 τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων 'rerum quae inter nos completae sunt' L. 1,1 (vulg.; ptc. pf., 'quae ad plenissimum exitum perductae praejacent'). — 2) alqm. alqā re velut *impleo*; i. e. a) alqm. *precibus ets. fatigo*. [ita, ut videtur, Ctesias ap. Phot. bibl. 41 λόγοις καὶ δροῖς τινὰ πλ.] — b) †alci. *veritatem alcs. rei plene persuadeo*: pass.: πληροφορηθὲις ὅτι δυνατός ἐστιν κτλ. 'persuasum habens, Deum posse etc.' (germ. 'ganz durchdrungen von der Wahrheit, daß Gott imstande sei') R. 4,21; ἐν τῷ ιδίῳ νοὶ πληροφορείσθω 'in suâ ratione sentiendi sibi plenam persuasionem (firmum conscientiae judicium) comparet' R. 14,5; fort. C. 4,12 cr. πεπληροφορημένοι. [Ign., scr. eccl.] — c) pass.: **alqo. affectu aut consilio ac cupiditate alqd. faciendo plenus*

sum totusque occupor [Eccle. 8,11 = οὐλός 'plenus sum': ἐπληροφορήθη καρδία σίων τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ποιῆσαι τὸ κακόν 'animi hominum impleti sunt peccandi desiderio'; test. XII patr. Gad 2 ἐπληροφορήθην τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ 'eum e medio tollendi desiderio aestuavi']: ita fort. C. 4,12 cr. — NB. Cfr. synonyma πληρόω et πληροφορέω, τελέω et τελεσφορέω, καρπόω et καρποφορέω.*

+πληροφορία, ας, ή ↑ 1) *rei ad plenam perfectionem adductio*; active: πρὸς τὴν πλ. τῆς ἐλπίδος 'ut spem vestram perfectam reddatis' H. 6,11; passive = τὸ πεπληροφορῆσαι *perfectum esse, perfectio, plenitudo*: ἐν πλ. πίστεως 'in fide perfectâ s. integrâ' H. 10,22; C. 2,2. — 2) *actus impleendi quodammodo animum alcs. alqā re; certa persuasio rei*: *praedicatio evangelica* facta est ἐν πλ. πολλῇ 'cum magnâ (de veritate evangelii) persuasione' 1 Th. 1,5 (vel: 'mit großem Eindruck'); quia fidei, supernaturalis scientiae ac spei *perfectio max.* in tam certâ persuasione consistit, loci supra citati C. 2,2. H. 6,11; 10,22 etiam *huc referri possunt.**

πληρόω, (inf. -οῦν L. 9,31), ft. πληρώσω, αο. ἐπληρώσα, pf. πεπληρώκα, pf. P. πεπληρωμαι, αο. P. ἐπληρώθην, ft. P. πληρωθήσομαι (πλήρης): *plenum reddo, impleo, compleo*: 1) alqm. vel alqd. *tanquam vas re impleo*: rete Mt. 13,48, vallem L. 3,5; plerumque de impletione non physica: a) *rem impleo*: domum odore J. 12,3, sono A. 2,2, urbem doctrinâ A. 5,28 (τινός); mensuram peccatorum Mt. 23,32 [Dan. 8,23]; πλ. τὴν χρείαν τινός; Ph. 4,19 (v. χρεία 2 b); cor alcs. *impleo, i. e. totum occupo* J. 16,6. A. 5,3; — med.: τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν πληρουμένου 'ejus (sc. Christi) qui omnia (mundum) omnibus (bonis) replet' E. 1,23, ubi medialis forma innuit ideam 'sibi' aut 'ex suis, suâ operatione ets.', cfr. E. 4,10 ubi act. — b) alqm. *impleo*: τινά τινος A. 2,28. R. 15,13; pass. πληροῦσθαι, πληρωθῆναι 'impleri, plenum fieri', πεπληρῶσθαι 'plenum esse': seq. genetivus rei L. 2,40. A. 13,52. R. 15,14. 2 T. 1,4, dativus [cfr. Aesch. Sept. 464] R. 1,29. 2 C. 7,4, seq. acc. rei (Kühner³ III § 410, 6 b) C. 1,9. Ph. 1,11 cr.; abs. E. 3,19 (seq. εἰς termini ad quem). Ph. 4,18 (abunde mihi provisum est); seq. ἐν

c. dat. personae cui intime conjunctus alqs. plenus ac dives fit E. 5,18. C. 2,10. — 2) sensu impropto: a) *de tempore: πληροῦσθαι dicitur tempus *elabens* A. 7,23; 9,23, πληρωθῆναι vero tempus aut *elapsum* A. 7,30; 24,27 aut quod *vēnit* [Gen. 25,24], alterutro sensu L. 21,24, πεπληρῶσθαι temporis momentum quod (diu exspectatum) jam *adest* Mr. 1,5. J. 7,8. — b) alqm. vel alqd. (*imperfectum adhuc*) *reddo perfectum, ad perfectionem adduco*: οὐχ εὔρηκά σου (τὰ) ἔργα πεπληρωμένα ‘non inveni tua opera perfecta’ (est litotes = inveni valde imperfecta) Ap. 3,2; R. 15,19 (Paulus evangelium perfecit efficiendo ut jam nusquam ignotum esset; sim. C. 1,25). 2 C. 10,6. C. 4,12 r.; de gaudio perfecto J. 3,29; 15,11; 16,24; 17,13. 1 J. 1,4. 2 J. 12 (cfr. χαρά 2, in fine). — c) *opere *impleo* vaticinium, mandatum, legem, spem, voluntatem Dei ets., *exsequor, perficio*: ἵνα πληρωθῇ τὸ διθέν διὰ τοῦ προφήτου ‘ut impleretur illud prophetae effatum’ ets. Mt. 1,22; 2,15,23; 4,14; 8,17. Mr. 14,49. J. 13,18 al.; it. de impleto vaticinio, praecepto ets. Mr. 26, 54; 27,9. Mr. 15,28 r. Br. L. 1,20; 4,21; 9,31; 21,22 r.; 24,44. A. 1,16; 3,18; 13,27. Ja. 2,23; πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην Mr. 3,15; πλ. διαχονίαν ‘ministerium perfecte administrare’ (cfr. germ. ‘seinen Posten ausfüllen’) C. 4,17; de lege implenda R. 8,4; 13,8. G. 5,14; de Deo suum ipsius beneplacitum exsequente 2 Th. 1,11; typus ‘impletur’ per antitypum: L. 22,16; — sensu latissimo Mt. 5,17 ‘veni implere’, i. e. manca perficere, vaticinia et typos VTⁱ implere ets. [πλ. ὑποσχέσεις Hdn. 2, 7, 9; ἐπαγγελίαν Epict. 2, 9, 3 al.; vaticinium 3 Reg. 2,27; 8,15; Philo, praem. et poen. 14: τὰς θείας παρατινέσεις μὴ κενὰς ἀπολιπεῖν τῶν οἰκείων πράξεων, ἀλλὰ πληρῶσαι τοὺς λόγους ἔργοις ἐπινετοῖς] — d) †*completo, termino, finio, perficio*: τὴν διαχονίαν A. 12,25; L. 7,1. A. 13,25 (ώς ἐπλήρους ‘cum in eo esset ut perficeret’); 14,26; 19,21; — Ap. 6,11 aut ἔως πληρώσωσιν οἱ σύνδουλοι αὐτῶν (c. B.) ‘dum perficiant conservi eorum’ sc. suum martyrium, aut probabilius ἔως πληρωθῶσιν κτλ. ‘dum compleantur’, i. e. dum numerus eorum a Deo praestitutus compleatur (ad nr. b; v. Pape s. v. d).

πλήρωμα, ματος, τό † sec. etymologiam significat ‘id quod τῷ πληροῦν producitur’, i. e. τὸ πεπληρωμένον, 1) *id quod implendi causa infusum s. appositum est* [ex constructione: πληροῦν τι ἐς ἄγγος germ. ‘hineinfüllen’ Eur. Iph. T. 954]: a) *id quod in vase inest, id cuius vas vel quaevis res plena est*: *Inhalt*: *contenu*: ή γῆ καὶ τὸ πλ. αὐτῆς ‘terra et omnia quae in terra sunt’ 1 C. 10,26,28 r. e Ps. 23,1 [χρατήρων πληρώματα vinum, Eur. Ion 1051; γαστρὸς πλ. Hippocr.; navium πλ., i. e. milites navi impositi, Xen. Hell. 1, 6, 16 al.]; **tanta rei copia quantā infusā vel impositā vas plenum est*: δώδεκα κοφίνων πληρώματα ‘12 Korbvoll’, c. gen. rei Mr. 6,43 Tdf. WH., item 8,20 [Eccle. 4,6 πλήρωμα δραχὸς ἀναπαύσεως et πληρώμα(τα) δύο δραχῶν μόχθου]. — b) *id quo res fit plena, id quod supplendi causa apponitur, complementum, supplementum*; de panno assuto, *assumentum*: Mt. 9,16. Mr. 2,21; metaphorice Ecclesia est Christi πλήρωμα, quatenus membra sunt capitibus *supplementum* (ita JChrys.) E. 1,23. [ita fort. Plat. rep. 2 p. 371 e: πλ. πόλεώς εἰσι καὶ μισθωτοί] — 2) *id quod alqā. re impletum est, vas impletum* [navis, Lucian. ver. hist. 2, 37 s.; animus virtutibus ornatus vocatur πλ. ἀρετῶν Philo, praem. et poen. 11]: sec. quosdam E. 1,23, Eccl. est plena Christi qui omnia implet. — 3) *id quod ad statum plenitudinis summaeque perfectionis perductum est*; varie: a) *numerus plenus (Vollzahl), universitas*: c. gen. R. 11,12,25 [n. pl. navium Hdt. 8, 43, civium Aristot. pol. 2, 7, 22]. — b) *copia plena* alc. rei: ἐλεύσομαι ἐν πληρώματι εὐλογίας Χριστοῦ ‘veniam affrēns plenam copiam b. Chr.’ R. 15,29; in Christo habitat πᾶν τὸ πλ. τῆς θεότητος C. 2,9, πᾶν τὸ πλ. (hīc: omnis copia perfectionis increatae et creatae) 1,19; plena copia bonorum ac gratiarum J. 1,16; εἰς πᾶν τὸ πλ. τ. Θ. ‘usque ad possidentem plenam copiam (donorum) Dei’ E. 3,19; εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ ‘usque ad mensuram ejus (aetatis vel) statura in qua quis possidet plenam copiam donorum Christi’ E. 4,13 (alii aliter). — 4) *jam facta s. in opus deducta impletio*: πλ. νόμου ή ἀγάπη ‘dilectio est impletio legis’ s. lex impleta

R. 13,10 (Corn.). [πλήρωμα = πλήρωσις 'actus s. munus implendi' Eur. Tro. 824.] — 5) status τοῦ πεπληρῶσθαι *plenitas, plenitudo*; quia Hebraei dicunt tempus (*συμ-*) πληροῦσθαι (cfr. πληρόω 2 a, *συμπληρόω* 2), i. e. temporis spatium alicui eventui aut novo rerum statui praevium cogitant velut quoddam vas quod paulatim elabentibus annis ac saeculis impleatur, ideo toto tempore praevio elapso seu vase temporum impleto, adest τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου G. 4,4 seu τῶν καιρῶν E. 1,10, qua dictione tempus Messianum indicatur.*

πλησίον adv. (πλησίος 'propinquus, vicinus') *prope*; — porro usurpatum 1) instar praepositionis, c. genet.: πλησίον τοῦ χωρίου prope fundum' J. 4,5. — 2) cum articulo adjective et substantive: *propinquus, vicinus* [Xen. Plat., ut: αἱ πλ. χῶματι]; δ πλησίον *quisvis alius homo, alter seu, more loquendi christiano, «proximus», germ. Mitmensch* Mt. 19,19; 22,39. Mr. 12,31,33. L. 10,27,29,36 (in vv. 29,36 art. om., quia est praedicatum). A. 7,27. R. 13,9 s.; 15,2. G. 5,14. E. 4,25. H. 8,11 r. J. 2,8; 4,12 cr. [similiter jam Eur. Hec. 996, Theocr. 5, 28; cfr. Hdt. 7, 152 οἰκήτος, πλησίος = 'proprius, alienus'; proprie δ πλησίον est is qui ad me prope accedit, is quocum mihi praesente agendum est; LXX = γ]; — i. q. *amicus* Mt. 5,43, ex interpretatione judaica mandati Lev. 19,18. — NB. vox hebr. γ, pro contextu, modo 'amicum' [Job 2,11; 19,21. Cant. 5,16], modo 'quemlibet alium hominem' significat [Ruth 3,14 et passim]; quibus locis 'contribulem, popularem' indicare videtur, is sensus magis e contextu oritur, quam ex ipsa v. vocabuli, ut Lev. 19,13,16,18.*

πλησμονή, ἡς, ἡ (πλήθω 'plenus sum') *plenitudo usque ad satietatem et ultra, satietas, satiatio, praesertim in cibo, potu, voluptatibus etc.* [Plato opponit πλ. et ἔνδεια, Ath. πλ. et πεινῆν, cfr. Ex. 16,3, Xen. junxit πλ. et μέθη, Plat. πλ. et κραιπάλη]: πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός C. 2,23 pro varia reliqua sententiae constructione ac vocabulorum significatione interpretantur aut 'ad satisfaciendum inferiori parti hominis' aut 'contra (πρὸς III 3 c β) satietatem carnis'; Graeci interpretes: 'ad satisfaciendum corporis necessitati', at enim vobula σάρξ et πλ. vitium indicare videntur.¹

πλήσσω, ao. P. ἐπλήγην: *percutio, ferio* alqm. vel alqd., max. de ictu aut teli jactu quo quis vulneratur [Hom. ss.]; — pass. a) *vincor, cladem accipio* [Hdt. Thuc.], *calamitate affligor* [Hdt. tragg. LXX]; b) de rebus quae aliquā calamitate divinitus inflictā destruuntur, corrumpuntur aut laeduntur: *affictor* [Ex. 9,31 s. Ps. 101,5]: de sideribus Ap. 8,12.¹

πλοιάριον, ου, τό ↓ *navicula* Mr. 3,9; 4,36 r. L. 5,2 Tdf. J. 6,22-24 (cum v. l. πλοῖα); 21,8. [Xen. al.]*

πλοῖον, ου, τό *navis, navigium*, max. *navigium*, *vectoria*, *formae rotundae* (opp. *navigium* longa, *bellica*); ap. scriptores aetatis hell., vocabulo ναῦς fere obliterato, omnia genera navium indicat; Ja. 3,4. Ap. 8,9; 18,19 et saepe ap. Mt. Mr. L. J. A.; οἱ ἀπὸ τοῦ πλοίου nautae A. 27,44 (sec. interpretationem communem τὰ ἀπὸ τοῦ πλοίου fragmenta *navigium* fractae).

πλοῦς, †*πλοός*, δ (πλέω) *navigatio* A. 21,7; 27,9 s. [class. πλοῦς, πλοῦ, utpote = πλόος, πλόου: *vox declinari coepit* est ut βοῦς, βοός] *

πλούσιος 3. (πλοῦτος) *dives, locuples*; 1) sensu proprio Mt. 19,23 s.; 27,57. Mr. 10,25; 12,41. L. 6,24 al. — 2) sensu transl.: πλούσιος ἐν Ἑλλει E. 2,4, ἐν πίστει Ja. 2,5; de Christo per naturam divinam divite omniumque rerum domino 2 C. 8,9; de eo qui est bonis spiritualibus *dives* Ap. 2,9; 3,17.

πλούσιως ↓ adv. *opulente, large* C. 3,16. 1 T. 6,17. T. 3,6. 2 P. 1,11. [Hdt. 2,44]

πλούτεω, ao. ἐπλούτησα, pf. πεπλούτηκα (πλοῦτος) *dives sum*, i. e. *accuratius*: πλούτειν 'divitem esse', πλούτησαι 'divitem fieri', πεπλούτηκαι 'divitem factum esse'; a) proprie: L. 1,53. 1 T. 6,9; unde acquirantur divitiae, indicat ἀπό τινος Ap. 18,15, ἐκ τινος 18,3,19. — b) transl.: *abundo bonis regni Messiani, gratiis supernaturalibus etc.* 1 C. 4,8. 2 C. 8,9 (c. dat. instrum. seu causae). Ap. 3,17 s.; εἰς Θεὸν πλούτειν 'divitem esse, quod attinet ad Deum', i. e. operibus bonis, gratiis etc. L. 12,21 (alii: 'divitias habere seu adhibere pro Deo', pro Dei honore); Christus, Dominus omnium, est πλούτων εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτὸν i. e. amplas habet quas effundat copias gratiae, et paratissimus est eas distribuere iis qui eum invocant, R. 10,12; πλούτειν ἐν ἔργοις

καλοῖς in operibus beneficis esse frequentem atque assiduum 1 T. 6,18.*

πλούτις, ao. P. ἐπλούτισθην ↓: *dito, divitem reddo* [Aesch. Xen.]; alqm. bonis supernaturalibus divitem reddo 2 C. 6,10; pass. *dives fio*, ἐν παντὶ ‘in omni’ sc. genere bonorum, ἐν αὐτῷ ‘ipsi insertus’ 1 C. 1,5; de opibus tam temporalibus quam spiritualibus 2 C. 9,11.*

πλοῦτος, ου, δ, in nom. et acc. sing. etiam *τὸ πλοῦτος (in t. cr. 2 C. 8,2 v. E. 1,7; 2,7; 3,8,16. Ph. 4,19. C. 1,27; 2,2 v. Is. 29,2 c & A): *divitiae*; 1) sensu proprio: *magna copia rerum externarum*, vel: *condicio hominis divitis* Mt. 13,22. Mr. 4,19. L. 8,14. 1 T. 6,17. Ja. 5,2. Ap. 18,16. — 2) sensu translato: *magna cuiusvis rei abundantia seu ubertas*; cum gen. rei: πλ. τῆς χρηστότητος R. 2,4; it. R. 9,23. 2 C. 8,2. E. 1,7,18. 2,7; 3,16. C. 1,27; 2,2; de Dei ac Christi divitiis, quibus Deus s. Christus et ipse beatus est et nos tam in terra quam postmodum in caelo cumulat, R. 11,33 (ubi πλ. ‘misericordiae abundantia’; v. Cornely, Sanday). E. 3,8. Ph. 4,19. Ap. 5,12; πλοῦτος κόσμου, ἔθνῶν R. 11,12 metonymice id quo mundus, gentiles divites (gratiis) evaserunt; sensu generali: ‘thesaurus, id quo quis vere beatus est’ H. 11,26.*

πλύνω, ao. ἐπλύνω: *lavō* (dicitur plerumque de eluendis vestibus): τὰ δίκτυα L. 5,2; πλ. τὰς στολὰς αὐτῶν metaph. de iis qui suos animos a peccatis puros redundit, Ap. 7,14; 22,14 cr.*

πνεῦμα, ματος, τό (πνέω) Graecis est *halitus*, *spiritus venti* vel *animalis* [Hdt. ss.], *ventus* [Plat. Pol. al.], *principium vitae* [Aristot. mund. 4; ‘anima’ Eur. Suppl. 533], *animans* [Phoenix Coloph. ap. Athen. 12 p. 530 f]; — ap. LXX ponitur pro hebr. בָּרַח *halitus*, *ventus*, *anima*, *animus*, *Spiritus Dei*; — in NT:

1) *spiritus, halitus*: a) *ventus* J. 3,8 a. H. 1,7 (v. art. ἀγγελος 1). — b) *flatus, anhelitus*: τῷ πν. τοῦ στόματος αὐτοῦ 2 Th. 2,8 (cfr. Is. 11,4), quā metaphorā describitur irresistibilis potentia Christi.

2) Quia in animantibus anhelitus est manifestatio vitae signumque praesentis corpori animae, per metaphoram hoc vocabulo designatur *vita*, *principium vitae*, *anima*: πνεῦμα ζωῆς εἰσῆλθεν (ἐν) αὐτοῖς

Ap. 11,11 [Gen. 6,17, cfr. 2,7 πνοὴ ζωῆς], de ficticia quadam vitae specie Ap. 13,15; de morte alcs. dicitur ἀφῆκεν vel παρέδωκεν τὸ πν. Mt. 27,50. J. 19,30; L. 8,55; 23,46. J. 6,63 a. A. 7,59. Ja. 2,26. 1 P. 3,18 (anima glorificata Christi); 4,6. 1 J. 5,8 (emissus a Jesu moriente spiritus; an Spiritus S.? cfr. Reischl in h. l.); J. 6,63 ‘verba mea sunt (in eo qui ea fideliter suscipit) πνεῦμα καὶ ζωή’, ab aliis explicatur: verba mea sunt plena efficaciae, efficiunt infallibiliter id quod dicunt; ab aliis: ea de quibus loquor (sc. caro mea manducanda et sanguis meus bibendus) sunt res spiritum ac vitam habentes, i. e. non cruda et inanimis caro ac sanguis, sed vivus = in speciebus eucharisticis totus Christus vivus continetur; — in specie: *anima hominis post mortem separatim exsistens, manes*: H. 12,23. 1 P. 3,19; — in homine anima est etiam sedes principiumque vitae affectivae, intellectivae, moralis, supernaturalis ac vocatur *animus, spiritus*; a) *sedes affectionum, cognitionis, volitionis*: ἐπιγνοὺς τῷ πνεύματι αὐτοῦ Jesus ‘cognovit suo spiritu’, ipse per sese, non aliunde edocetus, Mr. 2,8; dic. alqs. τῷ πνεύματι ἀναστενάξαι Mr. 8,12, ἀγαλλιάσασθαι L. 10,21 r. etc.; δεδεμένος τῷ πν. ‘ligatus spiritu’ A. 20,22 i. e. animi irresistible impetu impulsus (sec. alios ‘a SpS. impulsus’); θέσθαι τι ἐν τῷ πν. ‘alqd. sibi proponere’ A. 19,21 [cfr. ἐν φρεσὶ θέσθαι Hom.]; πνεύματι cum affectu animi ac devotione 1 C. 14,2; L. 1,47. J. 11,33; 13,21. A. 17,16. R. 1,9 (i. q. in parte interiore hominis, quam solus Deus novit). 1 C. 2,11 a; 14,14 s. (hic πνεῦμα est sedes affectuum, ad quam pertinet devotio, contra νοῦς pars intellectualis hominis quae sensum precum percipit); 14,16 (εὐλογῆσαι τῷ πν. e contextu ‘linguâ ignotâ Deo gratias agere’); 16,18. 2 C. 2,13; 7,13; animorum concordia dicitur τὸ αὐτὸ πνεῦμα 2 C. 12,18, ἐνότης τοῦ πν. E. 4,3, ἐν πνεῦμα Ph. 1,27; it. 1 C. 6,17 per caritatem Deo ita uniri dicimus, ut homo cum Deo sit ἐν πν., Deus colendus est ἐν πνεύματι cultu potissimum mentis interno J. 4,23 s.; τὸ πνεῦμα *animus* opp. corpori (σάρξ vel σῶμα) 1 C. 5,3 ss.; 7,34. 2 C. 7,1. C. 2,5; — Ψυχή et πνεῦμα ita inter se differunt, ubi simul nominantur,

ut ψυχή proxime designet animam qualem homo habet cum animalibus communem, sc. quatenus illa est principium vitae inferioris, contra πνεῦμα animam quatenus ea est principium vitae superioris, quodammodo superiorem partem animae: ὅμων τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα 1 Th. 5,23; ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος H. 4,12 (cfr. μερισμός). — b) *animus ut sedes vitae supernaturalis, animi pars superior, animus Spiritus S. directioni substans atque oboediens*: opponuntur πνεῦμα (sec. Cornely: superior hominis pars, quatenus gratiā sanctificante instructa et cum S. Spiritu inhabitante unita principium est actionum supernaturalium) et σάρξ (inferior hominis pars, quatenus ea post peccatum protoparentum nobis transmissum amissâ originali justitiâ et integritate non tantum inclinatione ad bonum caret, sed etiam fomitem peccati in sese habet et contra spiritum rebellans legi peccati inservit, v. comm. in G. 5,13,18): τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σάρξ ἀσθενής Mt. 26,41. Mr. 14,38: R. (8,4 s. potius ipse Spir. S.) 8,9 a (ἐν πν. εἰναι quasi in sphærâ spiritū esse, spiritum habere principium vitae moralis); 8,13. G. 5,16 ss.; 6,8; οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι (dat. causae impellentis) ii qui sunt pauperes quia ad pauperem vitam eos impellit suus animus divinitus roboratus et edoctus, Mt. 5,3; τῷ πνεύματi (dat. limit.) ζέοντες R. 12,11, it. A. 18,25; ὁ καρπὸς τοῦ πν. fructus quem animus gratiae Dei obtemperans producit G. 5,22 (opp. τὰ ἔργα τῆς σαρκός ib. 19); R. 8,10,16 b. G. 5,25; 6,8. Ph. 3,3 r. Br. (= animo, cultu potissimum interno). 2 T. 4,22. Ja. 4,5 (v. φθόνος). 1 P. 3,4. Ju. 19 (πνεῦμα μὴ ἔχοντες animum gratiae et Spiritui S. submissum non habentes). — c) *animus certo modo dispositus, sic vel aliter sentiens, animi dispositio, sensus, mens: Gesinnung*: ἐν ἀγάπῃ πνεύματi τε πραΰτητος 1 C. 4,21; renovamini τῷ πν. τοῦ νοός E. 4,23 (dat. limit.); 2 C. 4,13 (Glaubensgeist). G. 6,1.

3) *natura seu mens quaedam incorporea: ein geistiges Wesen, ein Geist*: a) universim: πνεῦμα ὁ Θεός sc. ἐστίν J. 4,24 a (4,23,24 b ἐν πνεύματi actibus potissimum internis); angeli et animae A. 23,8 s. H.

1,14; 12,9 [Num. 16,22; 27,16]; spectrum, phantasma L. 24,37,39; quidam Ap. 1,4; 3,1; 4,5; 5,6 septem angelos dici censem; spiritus alqd. revelans, sive est angelus sive daemon 1 C. 12,10 (cfr. 5 b,c). 2 Th. 2,2. 1 T. 4,1 b. 1 J. 4,1 ss.; οὐκ οἴδατε ποίου πνεύματος ἐστε nescitis a quali spiritu instigemini, bonone an malo, L. 9,55; locos qui de daemonibus agunt, sub nr. b congerimus. — b) *daemones nomine spiritū designantur*, ita ut aut e contextu innotescat eos dici, aut aliquo epitheto indicentur: πνεῦμα ἀκάθαρτον, πνεύματα ἀκάθαρτα Mt. 10,1; 12,43. Mr. 1,23,26 s.; 3,11 (id facere dicuntur quod energumeni, ab iis coacti, faciunt); 3,30; 5,2, 8,13; 6,7; 7,25; 9,25 a. L. 4,36; 6,18; 8,29; 9,42; 11,24. A. 5,16; 8,7. Ap. 16,13; 18,2; πν. δαιμονίου ἀκαθάρτου L. 4,33, πνεύματα δαιμονίων Ap. 16,14; πνεῦμα πονηρόν L. 7,21; 8,2. A. 19,12 s., 15 s.; πν. ἄλαλον Mr. 9,17, ἄλαλον καὶ κωφόν 9,25; cum genet. rei quam daemon in homine efficit: πν. ἀσθενεῖα; L. 13,11, τὸ πν. τῆς πλάνης 1 J. 4,6 b, πν. κατανύζεως malus daemon qui homines torpidos veritatisque amplectendae incapaces reddit R. 11,8; πν. πύθων (v. πύθων) A. 16,16; absolute Mt. 8,16; 12,45. Mr. 9,20. L. 9,39; 10,20; 11,26. A. 16,18; τὸ πν. τοῦ κόσμου daemon in mundo regnans, falsae sapientiae humanae auctor 1 C. 2,12, cfr. E. 2,2. — c) *pars superior in persona Christi*, sive natura divina, prob. R. 1,4. 1 T. 3,16. H. 9,14, sive anima cum divinitate intime juncta, gratiarum plenissima, vitae principium gloriosae 1 P. 3,18; metonymice Christus, tali πνεύμαti vivens, dic. πνεῦμα ζωοποιοῦν 1 C. 15,45 (cfr. J. 6,63). — d) saepissime πνεῦμα dicitur tertia Trinitatis persona, Spiritus S., cui proprium numerum assignamus.

4) *Spiritus Sanctus, tertia Trinitatis persona, in VT^o obscurius adumbrata, in NT^o demum clare manifestata; vocatur varie: a) Spiritus Dei, Domini ets. (hebr. מַחְלָקָה, הָרָקָה, רָקָה ets.]: τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ 1 C. 2,11 b, 14; 3,16; 6,11, τὸ τ. Θ. Πνεῦμα 1 P. 4,14, τὸ Πν. Κυρίου A. 5,9. 2 C. 3,17, Κυρίου Πνεῦμα 2 C. 3,18 ('a Domini Spiritu' Corn.); τὸ Πνεῦμα μου, αὐτοῦ ets. Mt. 12,18. 1 C. 2,10 a t. r. He. Br. E. 3,16. 1 Th. 4,8 (add. τὸ ἄγιον), porro*

Mt. 10,20. R. 8,11; ubi agitur de communicando cum hominibus SpS° sive donis ejus (quae sunt divisibilia) dicitur ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πν. μου A. 2,17 s., ἐκ τοῦ Πν. αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν 1 J. 4,13; τὸ Πν. τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ‘Spiritum ex Deo (Patre Filioque) procedentem’ 1 C. 2,12; sine art. Πνεῦμα Θεοῦ Mt. 3,16 v.; 12,28. R. 8,9 b,14. 1 C. 7,40; 12,3 a. 2 C. 3,3. Ph. 3,3 cr. (n Br.), Πν. Κυρίου L. 4,18 [Is. 61,1]. A. 8,39. — **b)** dicitur *Spiritus Christi* R. 8,9 c. 1 P. 1,11, sim. A. 16,7. G. 4,6. Ph. 1,19. — **c)** τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον [in LXX solum cum additamento μοῦ, σοῦ, etc., sim. in targumim; sed Judaei posteriores dicunt שְׁקָרָה חִירָה = Deus in Scriptura S. loquens]: Mt. 12,32. Mr. 3,29; 12,36; 13,11. L. 2,26; 3,22; 10,21 cr. J. 14,26. A. 1,16; 2,33; 5,3,32; 7,51; 10,44,47; 11,15; 13,2; 15,8,28; 19,6; 20,23,28; 21,11; 28,25. E. 1,13 (τὸ Πν. τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἄγιον ‘promissus Spir. S.’); 4,30. H. 3,7; 9,8; 10,15; itidem τὸ ἄγιον Πνεῦμα Mt. 28,19. L. 12,10,12. A. 1,8; 2,38 (gen. expl.); 9,31 (gen. auctoris); 10,45; 13,4; 16,6. 1 C. 6,19. 2 C. 13,13. 1 J. 5,7 r. He. Br. — **d)** Πνεῦμα ἄγιον, ita praesertim cum praepositionibus (Bl. § 46, 7): ἐν Πνεύματi ἄγιῷ Mt. 3,11. Mr. 1,8. L. 3,16. J. 1,33. A. 11,16. R. 9,1; 14,17; 15,16. 1 C. 12,3 b. 1 Th. 1,5, ita cum ἐκ Mt. 1,18,20, διὰ A. 1,2; 4,25 v. R. 5,5. 2 T. 1,14 (διὰ I 4 b a in fine), ὑπό 2 P. 1,21; ἐν δυνάμει Πνεύματος ἀ. R. 15,13,19, similiter 1 Th. 1,6. T. 3,5; dein Πν. ἄγιον dicitur ubi agitur de Spiritu S. communicato vel operante in homine L. 1,15,35,41,67; 2,25; 4,1; 11,13. J. 20,22. A. 1,5; 2,4 a; 4,8; 7,55; 8,15,17,19; 9,17; 10,38; 13,9; 19,2. H. 2,4; 6,4. 1 P. 1,12. — **e)** absolute τὸ Πνεῦμα: cum articulo anaphorico Mt. 12,31 (28 Πν. Θεοῦ). Mr. 1,10,12 (8 Πν. ἄγ.). L. 4,1,14. A. 2,4 et fort. alibi; sine anaphora Mt. 4,1. J. 1,32 s.; 3,6 a,8 b; 3,34; 7,39 a. A. 8,29; 10,19; 11,12,28; 20,22; 21,4. R. 15,30. 2 C. 1,22 (gen. expl.); 3,17; 5,5 (gen. expl.) G. 3,2,5,14 (gen. expl.). E. 4,3 (gen. auctoris); 6,17 (gen. auctoris; cfr. R. 8,26). 1 T. 4,1 a. Ja. 4,5 (cfr. art. φθόνος). 1 J. 3,24; 5,6-8. Ap. 2,7 etc.; 14,13; 22,17; ἐν τῷ Πνεύματi ‘a Spiritu S. inspiratus, impulsus’ L. 2,27, — **f)** sine articulo aut alio additamento, Πνεῦμα; ita praesertim (cfr. etiam art. Θεός 2 a α-ζ.):

cum praepositionibus (Kühner III p. 605); ἐν Πνεύματi Mt. 22,43 (cf. Mr. 13,36). E. 2,22; 3,5; 5,18. C. 1,8 (1 T. 3,16) κατὰ Πνεῦμα R. 8,4 s., ἐξ ὅδατος καὶ Πνεύματος J. 3,5, διὰ Πνεύματος 1 P. 1,22 r. (διὰ Πν. αἰωνίου H. 9,14); sim. Πνεύματi ‘per Spiritum’ (spiritualiter) G. 5,5. Ph. 3,3 r.Br.; porro, ubi nomen articulo carens cum genet. Πνεύματος fere in unam ideam conflatur, ut τις κοινωνία Πνεύματος ‘aliqua Spiritūs communicatio’ Ph. 2,1, ἐν ἀγιασμῷ Πνεύματος (gen. auct.) 2 Th. 2,13. 1 P. 1,2; ubi habetur contrariorum oppositio sicque sublimis divina Spiritūs natura effertur (cfr. Θεός 2 ε): ἐν Πνεύματi, οὐ γράμματi R. 2,29, it. R. 7,6. 1 C. 2,13. 2 C. 3,6 a. G. 3,3; in sententiis neg.: Πνεῦμα μὴ ἔχοντες (ut nos: von einem hl. Geist wissen sie nichts) Ju. 19, οὐπώ ἦν Πνεῦμα J. 7,39 (i. e. Spiritūs S. manifestatio s. donatione etiam nullum erat); ἐν Πνεῦμα 1 C. 12,13. E. 2,18; 4,4 et Πνεῦμα ἔτερον 2 C. 11,4. — **g)** Spiritus S. dicitur Πνεῦμα cum genetivo rei quae est ejus propria; cum genet. qual.: τὸ τῆς δόξης (καὶ δυνάμεως He. Br.) sc. Πν. Spiritus gloriae seu majestatis divinae 1 P. 4,14; cum genetivo rei quam Spiritus S. efficit vel largitur: τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας J. 14,17; 15,26; 16,13. 1 J. 4,6, τῆς ζωῆς (Sp. S. qui habet et dat vitam) R. 8,2, τῆς πίστεως 2 C. 4,13 (an 2 c), τῆς χάριτος H. 10,29 (Zach. 12,10); 2 T. 1,7.

5) πνεῦμα a sacris scriptoribus vocatur *plenitudo Spiritūs S.* (i. e. τὸ πεπληρωσθαι Πνεύματος ἄγιου, status ejus qui est plenus Spiritūs S.), illa *plenitudo gratiae aut illa specialis gratia* (seu donum, *charisma*) quam *Spiritus S. homini ipse praesens tribuit* (cfr. Num. 27,18); et notandum est, quia collatio Spiritūs S. semper conexa est cum collatione alicujus gratiae, fere idem esse dari Spiritum S. et dari gratiam Spiritūs S.; unde multis in locis ambigi potest, utrum voce πνεύματος tertia Trinitatis persona dicatur an aliqua ejus gratia, atque haud pauci loci in nr. 4 positi, praesertim ii in quibus abest articulus, etiam ad hunc nr. 5 referri possunt; apte hoc trahimus fere haec exempla: **a)** *plenitudo Spiritūs S. ac consequens quidam animi fervor, zelus, cognitio rerum divinarum perfectior, doctrinae efficacia ets.:* ἐν πνεύ-

ματι καὶ δυνάμει Ἡλεία ‘imbutus spiritu et virtute Eliae’ L. 1,17; τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι φέλάλει A. 6,10; L. 2,27. A. 6,3,5; 13,52. 1 C. 2,4. 2 C. 6,6. E. 5,18. 1 T. 4,12 r. — b) *varia dona et effectū Spiritū S.*: gratia inspiratioque apostolis divinitus data 1 C. 7,40 (πν. Θεοῦ); manifesta operatio Spiritū S. in conversione efficaci gentilium 1 Th. 1,5; Romani non acceperunt in justificatione πνεῦμα δουλείας ‘donum (divinum) quale convenit statui servitutis’, sed πν. υἱοθεσίας ‘donum quale convenit statui adoptionis’ R. 8,15; cum genet. explic. πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ‘donum divinum sapientiae et revelationis’ E. 1,17, et fort. 2 C. 4,13. — c) *dona extraordinaria charismatum* indicantur 1 C. 14,2 (glossolalia; melius ad nr. 2 a refertur); 14,12 (= τὰ πνευματικά 12,1; 14,1). 1 Th. 5,19 (cf. στέννυμι 2). Ap. 19,10 (charisma prophetandi); plur. 1 C. 14,32 = manifestationes charismaticaē prophetarum, apud diversos diversae (cfr. ὑποτάσσω i. f.), itidem fort. 1 C. 12,10 (διακρίσεις πνευμάτων ‘discretiones manifestationum charismaticarum’; tum comprehendentur etiam manifestationes ejusmodi diabolicae et ficticiae) et Ap. 22,6.

— d) *status ecstaseos propheticæ*: ἐν πνεύματι Ap. 17,3; 21,10, γενέσθαι ἐν πν. 1,10; 4,2.

*^{πνευματικός} 3. ↑ *spiritualis, spiritalis*, i. e. 1) *ad spiritum seu flatum pertinens*. [Aristot. al.] — 2) ↑ *pertinens ad spiritum*, i. e. animum qualis sub πνεῦμα nr. 2 b describitur, pro contextu varie: σῶμα πνευματικόν 1 C. 15,44 est corpus πνεύμαti informatum, spiritui plane subjectum et attemperatum ad altioresque animi glorificati operationes ei inserviens (cfr. corpus hominis in ecstasis abrepti); hinc universim τὸ πνευματικόν ‘ens spirituale’ ib. 46; homo πνευματικός est *ille in quo spiritus, τὸ πνεῦμα, dominatur*: ubi opponitur peccatori, est is (etiam neophytus) qui habet Spiritum S. eique obsequitur G. 6,1, — ubi opponitur psychico, est is «qui habet intellectum illustratum et affectum ordinatum per Spiritum S.» (SThom. Aq.) 1 C. 2,15, — ubi opponitur Christiano imperfecto seu in vita spirituali tironi, est homo in vita spirituali perfectior 1 C. 3,1; rebus bonisque materialibus (*σαρκικά*) opponuntur τὰ πνευμα-

τικά bona spiritualia, ordinis immaterialis, supernaturalis R. 15,27. 1 C. 9,11. — 3) ↑ *naturaे spiritualis* (cfr. πνεῦμα 3 a–c): τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας (gen. qual.) ‘agmina spirituum nequam’, i. e. daemones, E. 6,12; Verbum Israëlitis potum praebens vocatur 1 C. 10,4 πνευματικὴ . . . πέτρα ‘petra (non illa materialis, sed) spiritualis’, immaterialis, divinae naturae. — 4) ↑ *ad Spiritum*, i. e. *Spiritum S., pertinens; a Spiritu S.* (vel utcunque: *a Deo*) *donatus, profectus, inspiratus, ei conformis* etc.: χάρισμα R. 1,11; δόνομος πνευματικός ἔστιν *a Deo profectus*, ergo sanctus R. 7,14: βρῶμα et πόμα πν. cibus potusque a Deo per miraculum datus 1 C. 10,3 s.; E. 1,3; 5,19. C. 1,9; 3,16; οἶκος πν., θυσίαι πν. 1 P. 2,5 domus et sacrificia non ordinis materialis, sed spiritualis; πνευματικοῖς πνευματικὰ συγχρίνοντες ‘rebus spiritualibus (doctrinis a SpS° traditis) spiritualia (verba argumentaque a SpS° suggesta) conformantes’ 1C. 2,13: cf. συγχρίνω. — 5) ↑ *ut charismata πνεῦμα* (q. v., 5 c) *vocantur*, ita τὰ πνευματικά *charismata, gratiae gratis datae* 1C. 12,1; 14,1, πνευματικός *praeditus charismate* ex. gr. docendi 1 C. 14,37.*

↑ *πνευματικῶς* ↑ *adv. spiritualiter*; 1) *spirituali modo*: mysteria a Spiritu S. revelata πνευματικῶς ἀνακρίνεται ‘examinantur aestimanturque spiritualiter’ 1C. 2,14, nempe altiori objecto correspondet altior cognoscendi facultas et modus, unde qui solā psychē utuntur (οἵ ψυχικοί), non spiritu (πνεῦμα μὴ ἔχοντες Ju. 19), talis judicii incapaces sunt. — 2) *spirituali sensu*, i. e. significatione non propriâ, sed sublimiore, mysticâ, quae ope luminis Spiritū S. cognoscitur: urbs ἡτις καλεῖται πν. Σόδομα καὶ Αἴγυπτος Ap. 11,8.*

πνέω (praeter εει=ει formae non contrahuntur), ao. ἔπνευσα: *flo, spiro*; subjectum est ventus Mt. 7,25,27. L. 12,55. J. 3,8; 6,18. Ap. 7,1 [Hom. ss.]; substantive ἡ πνέουσα sc. αὔρα *ventus flans* A. 27,40 (dat. commodi, ‘für den Wind’).*

πνίγω suffoco, praefoco; τινά Mt. 18,28 (imperf. velut conatūs) [tragg. Plat.]; pass. *aquis mersus spiritu intercluso extinguor* [Xen. anab. 5, 7, 25]; Mr. 5,13 (imperf. descriptivum; in locis parallelis ponitur aor.)*

πνικτός 3. † *suffocatus*, i. e. ita enecatus ut sanguis non effluxerit; A. 15,20,29; 21,25; cfr. Lev. 17,13 s. [ap. Athenaeum = ‘coctus in vase clauso: gedämpft, geschmoren’]*

πνοή, ης, ἡ (πνέω) 1) *flatus venti, ventus* A. 2,2 [Il. 11, 621 al.]. — 2) *halitus, respiratio* A. 17,25 [tragg.; πν. ζωῆς Gen. 2,7].*

ποδήρης 2. *usque ad pedes dependens* [tragg. Xen.]; substantive δι ποδήρης sc. χιτών Ap. 1,13 [Ex. 25,7; 28,4] *poderes, tunica talaris.*¹

πόθεν adv. loc. interrog. *unde?* a) *ex quo loco?* Mt. 15,33. Mr. 8,4. L. 13,25,27. J. 3,8; 6,5; 8,14; 9,29 s. (‘unde missus’); 19,9. Ap. 7,13; *e quo statu?* Ap. 2,5. — b) *a quo auctore seu datore?* Mt. 13,27,54, 56; 21,25. Mr. 6,2. L. 20,7. J. 2,9; 4,11; *a quibus parentibus ortus?* J. 7,27 s. (cfr. 6,42); *quā ex causa?* Ja. 4,1. — c) *quā ratione?* *quā fit ut ...?* καὶ πόθεν οὐδὲς αὐτοῦ ἔστιν; ‘et qui fieri potest ut filius ejus sit?’ sc. filius David tantum et non aliquid amplius? Mr. 12,37; in interrogative admirativa L. 1,43. J. 1,48.

ποιέω, ft. ήσω, ao. ἐποίησα, pf. πεποίηκα, plsqu. πεποιήκειν (Bl. § 15, 1); passivum praeter ptc. pf. πεποιημένος H. 12, 27 in NT nusquam: *facio: machen, tun.* — 1) rem externam *facio, conficio*: ίμάτια A. 9,39, σκηνάς L. 9,33; J. 9,14; 18,18. A. 7, 40 al.; add. ἐξ c. gen. materiae J. 9,6. R. 9,21; — huc pertinet quod a) Deus dicitur ποιέντα, *efficere* i. e. creare [LXX quindecies ποιέντα ponunt pro Αἴτιος]: δι ποιήσας τὸν οὐρανόν A. 4,24; L. 11,40. A. 14,15; 17,24. H. 1,2; 3,2 (alii: ‘constituit eum’). Ap. 14,7; add. accus. praedictati Mt. 19,4. Mr. 10,6 (ex Gen. 1,27); pass. H. 12,27; abs. δι ποιήσας ‘creator’ Mt. 19,4 v. [δι ποιῶν Pl. Tim. 76 c]. — b) arbor dicitur fructus ets. ποιέντε, *ferre, producere*: ἐλαῖας Ja. 3,12; καρπόν Mt. 3,10 al.; κλάδους Mr. 4,32; metaphorice Mt. 3,8; 21,43. L. 3,8; lucrum facere dicitur pecunia, πέντε μνᾶς L. 19,18, et ipse homo Mt. 25,16 v. — 2) alicujus actūs, eventūs, rerum statūs ets. *auctor sum, efficio, perficio, patro:* a) *miracula*: σημεῖα Mt. 7,22. J. 2,23, δυνάμεις Mt. 13,58, θαυμάσια Mt. 21,15; Mr. 6,5; 9,39. J. 7,21; 14,12. A. 2,22; 6,8 al. — b) *eventum, statum*: εἰρήνην E. 2,15; ἐκ-

***ραντίζω**, ao. ἐρρ- vel (Bl. § 3, 10) ἐράντισα, pf. P. ἐρράντισμαι et H. 10,22 cr. (nHe.). Ap. 19,13 WH. Br. ρεράντισμαι (Bl. § 15, 6; Kühner³ I p. 278 Anm. 5, ubi jubemur scribere aut ρερά- aut ρεράντισμαι: derivatur a ραντός ‘aspersus’, hoc a ραίνω ‘aspergo’): *conspervo*, sequitur accus. personae vel rei cui liquor aspergitur: H. 9,19; τί τινι alqd. alqā re H. 9,21; pass. Ap. 19,13 v.; ipsa res alci. aspersa dicitur eum ραντί- ζειν H. 9,13; — med. †ραντίζομαι a) *me (purgandi causa) liquore conspergo*: ἐὰν μὴ ραντίσωνται Mr. 7,4 WH. — b) *mihi (purgandi causa) liquore conspergo alqd.*, *mihi asperso liquore lavo alqd.*: in metaphora ρεραντισμένοι τὰς καρδίας ‘nachdem wir unser Herz reingewaschen haben’, seq. ἀπό c. genet. maculae conspersione de- tersae H. 10,22. [LXX; Athen. 521 a].*

***ραντισμός**, οῦ, ὁ ↑ *conspersio*: *Be- sprengung*; Christi sanguis est αἷμα ραν- τισμοῦ ‘sanguis aspersio’ i. e. destinatus

ut homines eo velut conspergantur seu se conspergant et sic novi foederis fiant participes, H. 12,24, cfr. 9,19 ss., vulg. ibi vertit ‘sanguinis aspersio’ [ῦδωρ ράντισμοῦ Num. 19,9 al.]; Christiani sunt electi εἰς ράντισμὸν αἴματος Ἰ. Χρ. (= εἰς τὸ ράντιζεσθαι αἴματι Ἰ. Χρ.) ‘ad hoc ut sanguine J. Christi conspergantur (et sic fiant gratiarum novi foederis participes)’ 1 P. 1,2, ubi v. Hundhausen.*

ράπιζω, ao. ἐρπ. vel (Bl. § 3, 10) ἐράπισα (ραπίς ‘baculus’): 1) *virgâ vel baculo caedo*. [Hdt. Dem. al.] — 2) **planâ palmâ faciem alcs. verbero, depalmo, expalmo* alqm.: Mt. 26,67 sec. versiones vulg. goth. arm. slav.; τινὰ εἰς (t. r. ἐπὶ) τὴν σιαγόνα Mt. 5,39. [1 Esdr. 4,30; ἐπὶ κόρης ραπίζειν Plut. mor. 713 c; neohell.]*

ράπισμα, ματος, τό ↑ 1) *verber virgâ vel baculo inflictum*. [Antiphanes, Lcn.] — 2) **verber palmâ planâ in alcs. faciem inflictum, alapa*: διδόνα τινὶ ῥ. J. 18,22; 19,3; βάλλω τινὰ ράπισμασιν ‘alapis (ceu jaculis) alqm. peto’ Mr. 14,65. [Is. 50,6; Phryn.; δ (sc. verber in maxilla) λέγομεν ἐν τῷ βίῳ ράπισμα, Harpocration; neohell.]*

ράφις, ἴδος, ἡ (ράπτω ‘suo’) *acus*; foramen acūs pro minimo habetur (etiam alibi in scriptis Judaeorum; ‘uter iste, si erit in ipso foramen sicut cuspis acūs etc.’ Beresīth r. 1, 4; in proverbii de elephante per foramen acūs introēunte; Lightfoot in Mt. 19,24), unde maximi animalis per minimum foramen transitus rem difficillimam describit in proverbio Mt. 19,24. Mr. 10,25. L. 18,25 r.*

ράχα, ap. Tdf. = ραχά, q. v.

Ραχάβ, ἡ *Rahab*, mater Boozi; quam eandem esse, quae alibi ‘Ραάβ (q. v.)’ dicitur, non est cur negetur: Mt. 1,5, ubi v. Knabenbauer.¹

Ραχήλ, ἡ (hebr. רָחֵל) *Rachel*, Jacobi uxori, Josephi Benjaminique mater: haec a Jeremia 38 (31),15 poëtice de suorum posteriorum miseria et rejectione lugens describitur; cuius luctūs antitypum S. Matthaeus 2,18 videt in ploratu matrum Bethlehemensium (v. comment. in l. c.).¹

Ρεβέκκα, ἀς, ἡ (Bl. § 7, 2; רְבָקָה) *Rebecca*, Isaaci uxor, R. 9,10.¹

ῥέδη, ης, ἡ (ῥαίδη: Bl. § 3, 7; vox gallica) *raeda*, *reda*, *vehiculum* quoddam

quattuor rotarum, quo in itineribus utebantur: Ap. 18,13.¹

Ῥευμάν t. r. Br., **Ρεφάν** He. (cA = LXX ‘Ραιφάν’), **Ρουμάν** WH., **Ρουμάν** Tdf., δ «*Rempham*», numen quoddam a Judaeis idololatris cultum, A. 7,43 ex Am. 5,25. — NB. Nomen hebr. כִּיּוֹן (masoretæ scribunt יִוּנָה) probabile est esse pronuntiandum כִּיּוֹן; arab. *Kaiwān*, assyr. *Ka-ai-va-nu*, syr. ئَيْلَهُ est nomen Saturni planetæ; formæ graecæ videntur esse euphemisticae demutationes nominis idoli (quales sunt Βεελζεβούλ, Βελιάρ, Μόλοχ ets.)¹

ῥέω, ft. *ῥεύσω: *fluo* J. 7,38.¹

Ῥήγιον, ου, τό «*Rhegium*», *Regium*, extrema Italiae urbs ad fretum Siculum sita, A. 28,13.¹

ῥήγμα, ματος, τό ↓ 1) *scissura, fissura, rima* [Dem. Pol.] et per metonymiam **pars abscissa*, ex. gr. *panni* [3 Reg. 11,30. 4 Reg. 2,12]. — 2) *truina domûs ruptae ac collabentis: Zusammenbruch: écroulement* L. 6,49 (ῥήγνυμι 3).¹

ῥήγνυμι, praes. act. in SScri. semper [3 Reg. 11,31. Mt. 9,17 cD. Mr. 2,22 r.; 9,18] **ῥήσσω**, ft. ρήξω, ao. ἐρρηξα (= germ. ‘reißen, auf-, nieder-, los-reißen’; Hesychius: ρήξαι· διελεῖν, καταβαλεῖν, ἀπολῦσαι): 1) *rumpo, dirumpo, diffingo* ets.: utres Mr. 2,22. L. 5,37, pass. Mt. 9,17 [vestes Aesch. Pers. 199; Job 2,12]; *morsu lancino* Mt. 7,6. — 2) *velut perrupto impedimento emitto vocem, animi dolorem* ets. [ῥ. φωνήν ‘einen Schrei loslassen’ Hdt. 2, 2, neohell., κλαυθμόν Plut. Per. 36, 7, εὐφροσύνην Is. 49,13; 52,9]; absolute, sine acc° obji: *prae gaudio clamo, jubilo* G. 4,27 ex Is. 54,1 [prob. Il. 18, 571; hHom. Apoll. 516 v.]. — 3) alqd. (ruptum) vel alqm. *in terram prosterno: zu Boden reißen* [δώματα χαμᾶζε Eur. Bacch. 633]: ita prob. Mr. 9,18. L. 9,42. — NB. Mr. 9,18. L. 9,42 versiones veterum ad nr. 3 revocarunt, praeterquam quod in Mr. Slavus vertit ‘diverberat’ [cfr. πέδον πόδεσσι ῥ. saltando ‘solum diverberare’ Apoll. Rhod. 1, 539], in L. Gothus ‘confregit’.*

ῥῆμα, ματος, τό (cfr. ao. P. ἐρρήθη: verbi λέγω) 1) *dictum, enuntiatum, sententia, verbum* [Hdt. al.]; ῥ. ἀργόν Mt. 12,36; **ῥήματα** βλάσφημα A. 6,11; Mt. 27,

14. L. 2,17; 20,26. A. 28,25; e contextu tale dictum potest esse *praedictio* Mt. 26,75. Mr. 9,32; 14,72. L. 1,38; 2,29. 2 P. 3,2. Ju. 17 al., *mandatum* L. 3,2; 5,5. H. 1,3; 11,3; 12,19; plur. τὰ ρήματα *oratio*, *contio*, *allogium* L. 7,1. A. 2,14; 10,44; 16,38 al., *alibi* = *doctrina*: ρήματα ζωῆς αἰώνιου ἔχεις habes doctrinam quae vitam aeternam conciliat J. 6,68: J. 5,47; 6,63; 12,47s.; 14,10; 15,7; 17,8. A. 5,20; 10,22; 11, 14. R. 10,18, τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ λαλεῖν, ἀκοῦσαι ‘doctrinam divinitus ortam (s. tradi jussam) loqui, audire’ J. 3,34; 8,47; homo vivere potest ἐπὶ παντὶ ρήματι Θεοῦ i. e. ‘quovis jussu Dei’, quoque alio modo quo Deus eum vivere vult, etiam sine cibo et potu, Mt. 4,4. L. 4,4 e Dt. 8,3; ἀκοὴ διὸ ρήματος Χριστοῦ ‘praedicatio (evangelii) habetur per mandatum Christi’ apostolos mittentis, R. 10,17; ipsum evangelium praedicatum, doctrina fidei christiana significatur R. 10,8. E. 5,26; 6,17. H. 6,5. 1 P. 1,25. — 2) *ex interpretatione vocis hebr. רָבָּה vel מְגַנֵּב = *res*, *res gesta* (*vel gerenda*): οὐκ ἀδυνατήσει πᾶν δέ ‘impossibilis non erit ulla res’ L. 1,37: L. 1,65; 2,15, 19,51. A. 5,32; 10,37; etiam Mt. 18,16. 2 C. 13,1 huc referri possunt.

‘Πησά, δέ Resa, unus ex progenitoribus Christi, L. 3,27.

ρήσσω = ρήγνυμι, q. v.

ρήτωρ, ορός, δέ *orator*; 1) *orator publicus pro populo* [Soph. Xen. al.]; *qui artem eloquentiae profitetur aut docet* [Arist. Cic.]. — 2) **orator forensis, causidicus*: A. 24,1. [pBer. 969 I 8, 15; pOx. 37 I 4 al.]¹

*ρήτως adv. (φητός ‘dictus, disertus, clarus’) *diserte, aperite, perspicue* 1 T. 4,1. [Pol. 3, 23, 5; Syll. 929; Strab. al.]¹

ρίζα, ης, ἡ 1) *radix* Mt. 3,10; 13,6. Mr. 4,6. L. 3,9; ἐξ ρίζῶν ‘radicitus’ Mr. 11, 20; metaphorae: ut per radicem planta habet quo firmiter stet diuque duret, ita homo inconstans nec serius οὐκ ἔχειν ρίζαν (ἐν ἑαυτῷ) dicitur Mt. 13,21. Mr. 4,17. L. 8,13; sancti patriarchae sunt radix sanctae cujusdam olivae, cuius Judaei rami sunt naturales, ethnico-christiani rami insiticii, R. 11,16 ss.; δέ πάντων τῶν κακῶν id quod occasionem praebet omnium malorum 1 T. 6,10; H. 12,15 (v. art. πικρία). — 2) per hebraismum = *surculus ex radice prodiens, turio [Is. 53,2]; Messias est ἡ δέ.

τοῦ Ἰεσσαί ‘suboles Jesse’, ex genere J. oriundus R. 15,12 ex Is. 11,10; δέ Δαυείδ ‘s. Davidis’ Ap. 5,5; 22,16.*

ρίζω, pf. P. ἐρρίζωμαι: 1) sensu proprio: *facio ut planta radices agat*; pass. *radices ago*, *radicor*. [Xen. Theophr.] — 2) metaph.: *facio ut alqd. firmiter stet s. haereat, figo, stabilio* [navem ets. Hom. Soph. Aristot.; tyrannidem, potestatem Hdt. Plut.]; pass. *alci. rei innitor*, *ex ea pendeo* [ἔξ ἀμαθίας πάντα κακὰ ἐρρίζωται Plat. ep. 7 p. 336 b]: Christiani sint oportet ἐν ἀγάπῃ, ἐν Χριστῷ ἐρρίζωμένοι E. 3,17. C. 2,7 ‘in caritate, in Christo radicati’, i. e. firmi in caritate, firmiter cum Christo conjuncti.*

ρίπη, ης, ἡ (ρίπτω) *jactus, impetus, ictus, praesertim rerum celerrime jactarum vel volantium* [δέ βελέων, ἀνέμου, κεραυνῶν Hom. Pind.]; hinc + ἐν ρίπῃ δφθαλμοῦ ‘in ictu oculi’ 1 C. 15,52 indicat brevissimum temporis momentum. — NB. Exsistit ibi v. l. ἐν ριπῇ δφθαλμοῦ ‘in inclinatione oculi deorsum’, quod idem valet.¹

ρίπιζω † in formis passivis: *impetuoso flatu excitor, turbor, huc illuc feror*: cum ἀνεμίζεσθαι jungitur Ja. 1,6. [Philo, de incorrupt. mundi c. 24 πρὸς ἀνέμου ριπίζεται τὸ ὄδωρο]¹

ρίπτω et ρίπτεω (A. 22,23), ao. ἐρρετ (Bl. § 3, 10) ἐριψα, pf. P. ἐρρ- et ἐριψμαι (Mt. 9,36 cr.), quin etiam ρέριψμαι (ib. Lachm., de spir. leni cfr. Kühner³ I p. 278, Anm. 5): 1) *jacio, pro contextu= dejicio, projicio, abjicio* etc.: alqd. in mare A. 27,19,29, in adytum Mt. 27,5 Tdf. WH. (t. r. He. Br. ἐν τῷ ναῷ ‘in templi adyto [quo desperabundus intraverat] projectit pecuniam’); alqm.: ρίψαν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον ‘projectit eum in medium’. sc. in medium synagogam sive inter medios homines praesentes L. 4,35; pass. L. 17,2; ριπτεῖν τὰ ιμάτια ‘jactare s. agitare vestimenta’ more tumultuantum A. 22,23 [‘revocate, Quirites, et date jactatis undique signa togis’ Ovid. am. 3, 2, 74]. — 2) obliteratā ideā jactūs: **humī depono, humī prosterno*: ἐριψαν αὐτὸν παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ‘eos deposuerunt ad pedes ejus’ Mt. 15,30 [Gen. 21,15; δέ ἑαυτούς se precandi causa prosternere 2 Mach. 3,15]; pf. P. *humī stratus jaceo* Mt. 9,36 [3 Reg. 13,24; Epict. 3, 26, 6].*

‘Ροβοάμ, ὁ (ΜΌΒΩΜ) *Roboam*, filius Salomonis Mt. 1,7.*

‘Ρόδη, ης, ἡ *Rhode*, Christiana, ancilla, A. 12,13.¹

‘Ρόδος, ου, ἡ *Rhodus*, insula notissima e regione Cariae et Lyciae sita, A. 21,1.¹

ροιζηδόν adv. (ροιζέω et -έομαι 'strepo, strido, sibili', dic. de sono corporum celeriter volantium, ut sagittarum, vel vesparum, de sibili pastorum, de stridore anguum, de fragore tabulati corridentis: Schmidt 119, 3; 122, 11) *cum strepitu, cum magno fragore* 2 P. 3,10, ubi ipsa vox depingit impetum et celeritatem mundi intereuntis; vulg. 'cum impetu', copt. 'violente', syr. 'subito', arm. 'celer-rime'. [Lycophron 66 al.; Joh. Chrys.]¹

‘Ρομφά(ν), v. ‘Ρεμφάν.

*ρομφαία, ας, ἡ *rhomphaea, gladius* Ap. 1,16; 2,12,16; 6,8; 19,15,21; *gladius symbolum acerrimorum, etiam animi, dolorum* L. 2,35. [LXX, Plut.; illa distinctio, quā δ. est telum quoddam barbarorum, praesertim Thracum, quo vel pro jaculo vel pro ense utebantur, in SScri^a obser-vari non videtur].*

‘Ρούβήν, ὁ (ΡΟΥΒΗΝ) *Ruben*, Jacobi ex Lea filius, ex quo una tribus nomen traxit, Ap. 7,5.¹

‘Ρούθ, ἡ (ΡΟΥΘ) *Ruth*, Moabitis, nurus Elimelech et Noëmi Bethlehemensium, postea nupta cum Booz, qui per eam exstitit progenitor Davidis et Messiae, Mt. 1,5.¹

‘Ροῦφος, ου, ὁ (nomen latinum) *Rufus*, filius Simonis Cyrenensis, Mr. 15,21; quem probabilissimum est R. 16,13 salutari.*

χρύση, ης, ἡ *via angustior s. vicus in urbe utrinque aedificiis saeptus: Straße, Gasse: rue;* Mt. 6,2. L. 14,21. A. 9,11; 12,10. [Pol. 6, 29, 1 de via in castris; de viis urbis Is. 15,3 al. et in papyris passim]*

ρύσματι, ft. ρύσματι, ao. ἐρρ- et (Bl. § 3, 10) ἐρυσάμην, cum significatione pas-siva ἐρρ- vel ἐρύσθην: *e periculo seu calamitate eripio, eruo, libero alqm.: τινὰ ἀπό τινος* Mt. 6,13. L. 11,4 r. 1 Th. 1,10. 2 T. 4,18; *τινὰ ἐκ τινος* R. 7,24. 2 C. 1,10. C. 1,13. 2 T. 3,11. 2 P. 2,9; *τινά* Mt. 27,43 r. He. Br. 2 P. 2,7; absolute ὁ ρύσμενος 'liberator'

R. 11,26; — passive ρυσθῆναι ἀπό τινος R. 15,31. 2 Th. 3,2, ἐκ χειρός τινος 'ex potestate alcis.' L. 1,74, ἐκ στόματος λέοντος, v. λέων 2 T. 4,17. [Hom. ss.]*

ρύπαίνω, ao. ἐ(ρ)ρυπάνθην (ρύπος): *sordibus inquino* [Xen. al.]; — in genere morum: a) *xignominia afficio* [Aristot.]; b) pass. *†me peccatis inquino* Ap. 22,11 Tdf. WH. Br.¹

τρύπαρεύομαι, ao. ἐ(ρ)ρυπαρεύθην (ρυ-pαρός): *me sordibus (peccatorum) inquino* Ap. 22,11 He.¹

τρύπαρία, ας, ἡ ↓ *sordiditas, sordes* [Plut.]; in genere morum: *universim quid- quid animum sordidum reddit, immunditia* Ja. 1,21 [in specie: 'sordida avaritia' Plut. mor. p. 60 e al.].¹

ρύπαρός 3. ↓ *sordidus*; de veste misera detrita pauperis (*schäbig*) Ja. 2,2 [Zach. 3,3 s.]; de moribus et animo: *peccatis inquinatus* Ap. 22,11 cr. ['sordide avarus' DHal. al.]*

ρύπος, ου, ὁ *sordes* 1P. 3,21. [Hom. ss.]¹

ρύπω, ao. ἐ(ρ)ρύπωσα ↑ *sordidum reddo, inquino* [καταρυπόω Syll.]: Ap. 22,11 r. bis. — NB. Non est cur significatio in-transitiva *†sordeo* l. c. supponatur.*

ρύσις, εως, ἡ (ρέω *fluo*) *fluxio, fluxus*: δ. αἷματος *fluxus sanguinis* Mr. 5,25. L. 8,43 s. [Hippocr. al.]*

ρύτις, ἴδος, ἡ *ruga: Runzel: ride:* E. 5,27. [Aristoph. Plat.].¹

‘Ρωμαῖκός 3. ↓ *Romanis proprius, Romanus, Latinus* L. 23,38 r. He. Br. [Pol. ss.].¹

‘Ρωμαῖος 3. ('Ρώμη) *Romanus*; substantive: *civis Romanus, plur. Romani*: J. 11,48. A. 2,10; 16,21,37 s.; 22,25-29; 23,27; 25,16; 28,17.*

‘Ρωμαῖστι (ρωμαῖς 'Latine loquor' App.) *Latine* J. 19,20. [App. ss.].¹

‘Ρώμη, ης, ἡ *Roma urbs* A. 18,2; 19, 21; 23,11 (εἰς 'P. = Romam profectus, Romae; cfr. εἰς I 5'); 28,14,16. R. 1,7,15. 2 T. 1,17.*

ρώννυμι *roboro, robustum ac validum reddo* [Hipp.]; pf. P. *ἐρρωματι robustus ac validus sum* [Eur. Xen.], *corpore sano sum, bene valeo* [Thuc. 7, 15]; hinc in fine epistularum solebant scribere *ἐρρωσο 'vale'* A. 23,30 r. Br., *ἐρρωσθε 'valete'* A. 15,29. [cl. pap.].*

Σ

σαβαχθάνει vel **σαβαχθάνη** (optime cB in Mt. σαβαχτάνει) *sabacthani*, vox aram. **נַחֲלָשׁ** *dereliquisti me* Mt. 27,46. Mr. 15, 34 ex Ps. 21(22),2.*

Σαβαώθ *Sabaoth*, quoddam velut cognomen Dei: Κύριος Σαβαώθ R. 9,29 (ex Is. 1,9). Ja. 5,4. — NB. **תַּאֲגָבָץ** ‘exercitūs, agmina’ est pluralis nominis **אֲבָץ**. Cognomen Dei honorificum erat **יְהֹוָה אֱלֹהִים צָבָא** ‘Jahve, Deus exercituum’, sc. exercituum caelestium, angelorum [Am. 5,15 al., cfr. 3 Reg. 22,19. Ps. 148,2, de Hummelauer in 1 Reg. 1,3], atque exercitūs siderum universique mundi; brevius (ut Arabes dicunt ‘Moses Israëlitarum’ sc. dux) dicebant **יְהֹוָה צָבָא** ‘Jahve exercituum’ [1 Sam. 1,3. Is. 1,9 al.]: in hac formula propria vis nominis **צ** ita evanesceret, ut hoc velut pro nomine proprio Dei haberetur et scribere non vererentur **אֱלֹהִים צָבָא** ‘Deus, Sabaoth’ [Ps. hebr. 80,8,15; 84,9] aut in graecum vertere Κυρίω τῷ Θεῷ Σαβαώθ [1 Reg. 1,3], Κύριος Σαβαώθ [ib. 15,2 al.].*

†**σαββατισμός**, οῦ, δ (*σαββατίζω ↓ ‘sabbatum observo, sabbato quiesco’ Ex. 16, 30 al.) *quies sabbati* [Plut. mor. 166 a; Origenes M XI 520 c]; sensu metaphorico = *requies, gaudium ac sollemnitas gloriae caelestis*, quae erit post terrestres hos dies laboris: H. 4,9; cfr. Mišna, tr. Thamid 7, 4: «sabbato canunt psalmum ‘canticum diei sabbati [scil. Ps. 92 hebr.]’, canticum in tempus futurum, in diem qui totus est sabbatum, requies vitae aeternae».1

***σάββατον**, οὐ, τό, dat. plur. metaplast. σάββασιν [FlJ. 16, 6, 2; σαββάτοις in cB Mt. 12,1,12] = **תַּבְשֵׁשׁ**; 1) *sabbatum*, dies hebdomadis septimus, quo Judaei, utpote Deo sacrato, ab omni opere abstinere divinoque cultui vacare debebant: a) sing.: Mt. 12,8. Mr. 2,27 s.; 6,2; 16,1 al.; ‘sabbato’ = ἐν τῷ σ. L. 6,7. J. 19,31, τῷ σ. L. 13,14, ἐν σ. Mt. 12,2, σαββάτῳ Mt. 24, 20 cr., ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σ. L. 14,5 r. He. Br., ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σ. ib. Tdf. WH., τῇ

ἡμέρᾳ τοῦ σ. L. 13,14,16; accus. durationis τὸ σάββατον L. 23,56; κατὰ πᾶν σ. ‘quovis sabbato’ A. 13,27; 15,21; 18,4; σαββάτου δόδος A. 1,12 est tantum viae seu distantiae, quantum Judaeis sec. rabbinos, salvâ requie sabbatinâ, ambulare licebat, i. e. duo milia cubitorum, fere 5 stadia, 925 metra (v. Mišna, ‘Erubîn 5, 5). — b) eādem ratione usurpatur de uno sabbato forma pluralis τὰ σάββατα [Ex. 20,10; 31,15 al.; cfr. pluralia nomina festorum τὰ γενέσια, Διονύσια etc.]: δψὲ σαββάτων Mt. 28,1; ἡμέρα τῶν σαββάτων L. 4,16. A. 13,14; 16,13; Mt. 12,1,11. Mr. 1,21; 2,23 s. L. 4,31; 13,10. C. 2,16. — 2) *hebdomas* [ita **תַּבְשֵׁשׁ** Lev. 23,15; 25,8, et aram. **אַתְּבָשׁ**]: a) in forma singulari: νηστεύω δἰς τοῦ σαββάτου ‘jejuno bis in hebdomade’ L. 18,12; primus hebdomadis dies vocatur πρώτη σαββάτου Mr. 16,9 vel μία σαββάτου 1 C. 16,2 cr., ubi κατὰ μ. σ. = ‘quovis die dominico’. — b) in forma plurali: primus dies hebdomadis est μία (τῶν) σαββάτων Mt. 28,1. Mr. 16,2. L. 24,1. J. 20,1,19. A. 20,7. 1C. 16, 2 r. [aramaice dicebatur **אַתְּבָשׁ בָּשׁ** ‘unus, i. e. primus dies, in hebdomade’].

***σαγήνη**, ης, ἡ *sagena, verriculum*, genus quoddam retium piscibus capiendis aptum et a piscatoribus hodie dictum *Schleppnetz, seine* (sec. Hesychium πλέγμα τι ἐκ καλάμων εἰς θήραν ἰχθύων): Mt. 13,47. [LXX. Plut. Ael.]¹

Σαδδουκαῖοι, ων, οἱ *Sadducei*, factio quaedam Judaeorum circa tempus Christi existens Mt. 3,7; 16,1,6,11 s.; 22,23,34. Mr. 12,18. L. 20,27. A. 4,1; 5,17; 23,6-8. Erant fere viri nobiles, divites, auctoritate praestantes; traditionibus, praesertim pharisaicis, rejectis solos sacros libros agnoscebant, animas cum corpore interiore docebant, praemia suppliciaque post mortem futura negabant (Mt. 22,23. A. 23,8; FlJ. ant. 18, 1, 4; bell. 2, 8, 14). Nomen videntur traxisse ab aliquo Σαδδούχῳ (Καὶ Ζαδ) — quod nomen in cod. B 10ies pro **קִידָצָה** ponitur —, ergo fortasse a Sadoc sacer-

dote magno tempore Davidis, erga regem fidelissimo.*

Σαδών, ὁ (סָדוֹךְ) *Sadoc*, unus ex progenitoribus Christi, Mt. 1,14.*

σαίνω 1) sensu proprio: a) intrans.: *caudam blande moveo* [Hom. al.]; b) transit.: *τινά caudā motā alci. blandior.* [tragg.] — 2) sensu transl., a) *blandior alci.* [tragg.]; b) *pellicio, decipio, fallo* [ita sec. Passow s. v. tragg.]; c) *commoveo, perterreo* [Hesych. σαίνεται· κινεῖται, σαλεύεται, ταράττεται. DLært. 8,41 οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις ἐδάχρουν]: τὸ μηδένα σαίνεσθαι i. q. ἵνα μηδεὶς σαίνηται (Bl. § 71, 2) ‘ne quis perturbetur’ 1 Th. 3,3 (vulg. ‘moveatur’).¹

σάκκος, ου, ὁ (hebr. סַעַם) *saccus*; 1) receptaculum frumenti ets. [tragg. LXX] — 2) genus vestimenti vilioris, ex pilis vel filis crassioribus texti, *cilicum*: Ap. 11,3; σ. τρίχινος Ap. 6,12, cfr. Is. 50,3; ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ ‘ciliciis induiti cinereque conspersi’ Mt. 11,21. L. 10,13, ut Dan. 9,3, qui erat mos paenitentium.*

Σάλα, ὁ (i. p. סָלָה) *Sale*, unus ex progenitoribus Christi, L. 3,35; — itidem L. 3,32 Tdf. WH. pro Σαλμών.*

Σαλαθιήλ, ὁ (לְאִתְּלָהֶל) *Salathiel*, Zorobabelis pater, Mt. 1,12. L. 3,27.*

Σαλαμίς, ἵνος, ἡ *Salamis*, urbs magna et clara in parte Cypri orientali A. 13,5.¹

Σαλείμ, τό *Salim*, J. 3,23; quem locum plerique cum Eusebio et Hieronymo situm fuisse censem octavo lapide a Scythopoli versus meridiem, alii in regione meridionali Iudeae, alii a Sichem versus orientem distare sesquileucam dicunt: cfr. Hagen I 147 ss., art. Aennon.¹

σαλεύω, αο. ἐσάλευσα, pf. P. σεσάλευματι, αο. P. ἐσαλεύθην, ft. P. σαλευθῆσομαι (σάλος rei ventis undisve agitatae ‘fluitatio’) *facio alqd. fluitare, concutio, agito*, passive *agitor, concutior, fluito, fluctuo*; de calamo Mt. 11,7. L. 7,24, domo L. 6, 48. A. 4,31; 16,26, terra H. 12,26, astris Mt. 24,29. Mr. 13,25. L. 21,26 (v. δύναμις 4 c); de vase frumenti concusso quo melius impleatur L. 6,38; — metaphorice: *a tranquillo ac beato mentis statu dejicio*, pass. A. 2,25 e Ps. 15,8; σαλευθῆναι ἀπὸ τοῦ νοός ‘de mentis sano statu dejici, animo conturbari’ 2 Th. 2,2; σαλεύειν τοὺς

ὄχλους ‘vulgus concitare’ A. 17,13; generatim res hujus saeculi nuncupantur τὰ σαλευόμενα ‘res fluitantes’, futuri saeculi τὰ μὴ σαλευόμενα H. 12,27.*

Σαλήμ, ἡ (סָלֵם) *Salem*, urbs regia sacerdotis regisque Melchisedech, H. 7,1s., cfr. Gen. 14,18. Quamquam antiquitus non deerant qui dubitarent (v. Bleek in H. 7,1 s.), tamen probabilissimum est Salem fuisse ipsam urbem Jerusalem (cfr. Hagen III 142 s.).*

Σαλμών, ὁ (סָלָמָן) *Salmon*, filius Naassonis, Mt. 1,4 s. L. 3,32 r. He. Br.*

Σαλμώνη, ης, ἡ *Salmone*, promunturium Cretae insulae, ad orientem septentrionemque spectans, etiam *Salmonium* et *Samonium* dictum, A. 27,7. [Strab. 2, 4, 3 al.]¹

σάλος, ου, ὁ *fluitans motio, imprimitus vehemens maris jactatio* [tragg. Lcn.; LXX Jon. 1,15. Ps. 88,10], sed etiam *terrae motus* [Eur. Iph. T. 46; Thdtn. Is. 24,20]: L. 21,25.¹

σάλπιγξ, γγος, ἡ 1) *tuba* 1 C. 14,8. H. 12,19. Ap. 1,10; 4,1; 8,2,6,13; 9,14; μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης ‘cum tubae sonitu magno’ (ev. Hier., slav.; verti potest etiam ‘cum tuba sonitus magni’) Mt. 24,31 r. He. Br. [Hom. ss.] — 2) *tubicinium, tubae clangor, signum tubâ datum* [τὴν σ. εἶναι μέλος ἄλυρον Aristot. rhet. 3, 6; ἀπὸ σ. ‘post tubicinium’ Xen. hipparch. 3, 12]: μετὰ σ. μεγάλης Mt. 24,31 Tdf. WH. (‘cum tuba magna’ syr. arm. copt.); ἐν σ. Θεοῦ ‘inter tubicinium Dei’ = clangente, jussu Dei, tubâ 1 Th. 4,16; ἐν τῇ ἐσχάτῃ σ. 1 C. 15,52: efficiet igitur Deus ut auribus hominum quidam velut clangor tubae insonet, cfr. Ex. 19,16.*

σαλπίζω, ft. *σαλπίσω, αο. *ἐσάλπισα [LXX, Hero, Ps. Sal.; att. σαλπίγξ etc.]: *tubâ cano* Ap. 8,6-13; 9,1,13; 10,7; 11,15; *cum ellipsi profanis quoque familiari σαλπίσει sc. ἡ σάλπιγξ* (sec. Bl. § 30, 4) vel ὁ σαλπιγκής (Krüger § 61, 4, 3) ‘tubâ canetur’ 1 C. 15,52; metaphorice diceris σαλπίσαι ἔμπροσθέν σου, si ita agis, ut velis admirationem hominum excitari tēque innotescere, Mt. 6,2.*

σαλπιστής, οῦ, ὁ ↑ forma recentior pro veteri σαλπι(γ)κτής *tubicen* Ap. 18,22. [Theophr. Pol. Syll.]¹

Σαλώμη, ης, ἡ (סָלֵם) *form* hypocoristica nominis alias, v. gr. Abisalom;

de η suffixo cfr. Μαριάμ-η FlJ.) *Salome*, Zebedaei uxor, Mr. 15,40; 16,1.*

Σαλωμών, ὁ [LXX] A. 7,47 Tdf. = Σολομῶν, q. v.

Σαμάρεια, ας, ἡ (-ειά ad analogiam vocis Καισάρεια ets.; cfr. Bl. § 3, 4; scribunt -ρία Tdf. WH. Br.; -ρεία He.; — hebr. שָׂמָרְיָה, aram. שָׂמָרְיָה) *Samaria*: 1) *urbs Samaria*, ab Amri rege condita, caput olim regni Israël, a Johanne Hyrcano eversa, a Gabinio proconsule restaurata, ab Augusto Herodi M. donata et ab hoc Sebaste appellata: utrum nomine Σ. A. 8,5,9,14 ipsa haec urbs dicatur, an regio Samariae, non elucet; consentiunt tamen interpres, (τὴν) πόλιν τῆς Σ. A. 8,5 esse aut 'urbem Samariam' aut 'caput regionis Samariae' (quae erat urbs S.). — 2) *regio Samariae*, cuius Samaria erat caput, Iudeae, Phoenicae, Galilaeae confinis: L. 17,11. J. 4,4,5,7. A. 1,8; 8,1; 9,31; 15,3, probabilius etiam 8,5,9,14.*

Σαμαρίτης (non -είτης, Bl. § 3, 4), ου, ὁ *Samarites*, *Samaritanus*, vel *urbis vel regionis Samariae incola*; in NT ubique *regionis incola*: Mt. 10,5. L. 9,52; 10,33; 17,16. J. 4,9 v., 39 s. A. 8,25; *Samaritae*, cum ortum ducerent ex commixtione ac conubiis relictorum illic tempore exsilia Israëlitarum et missorum illuc colonorum ethnicorum, cumque, a reducibus Iudeis pro genuinis fratribus non agniti, proprium sibi cultum et templum instituisserent nec libros sacros nisi libros Mosis agnoscerent, a Iudeis ut apostatae considerabantur et vicissim Iudeos eorumque sanctuarium oderant: hinc contumeliose Iudei Jesu dixerunt Σαμαρίτης εἰ σύ i. e. es nostrae religionis inimicus, apostata, haereticus, J. 8,48.*

Σαμαρῖτις (non -εῖ-, v. Bl. § 3, 4), ιδος, ἡ ↑ adjective et substantive: *Samaritis*, *Samaritana* J. 4,9 bis.*

Σαμο-Θράκη, ης, ἡ *Samothrace*, insula maris Aegaei e regione Thraciae sita, A. 16,11.¹

Σάμος, ου, ἡ *Samos*, maris Aegaei insula non procul ab Epheso sita, A. 20,15.¹

Σαμουήλ, ὁ (לְאַיִלָּה) *Samuel*, judex et propheta, A. 3,24; 13,20. H. 11,32.*

Σαμψών, ὁ (יְשָׁמֶן) *Samson*, judex H. 11,32.¹

σανδάλιον, ου, τό *sandalium*, solea

coriacea vel lignea, corrigiis pedi alliganda, quae plerumque plus quam solam pedis plantam tegebant, Mr. 6,9. A. 12,8. [Hdt. LXX. DSic.]*

σανίς, ιδος, ἡ *asser, tabula: Brett: planche*; A. 27,44.¹

Σαούλ, ὁ (hebr. נָאָשׁ ‘expetitus’; fort. melius habetur pro forma hypocoristica formae qattūl, nominis Salathiel vel sim., aequo ac נָאָשׁ ets.; etiam latine nomen est bisyllabum: Sa-ūl) *Saul*: 1) primus rex Israëlitarum, A. 13,21. — 2) Paulus apostolus, judaico suo nomine appellatus; solum in directa compellatione: Σαούλ Σαούλ A. 9,4; 22,7; 26,14, Σαούλ ἀδελφέ 9,17; 22,13.*

σαπρός 3. (a rad. σαπ, σήπω) 1) sensu proprio: *puter, putridus, rancidus, mardidus, cariosus, vitiosus*; est enim vox valde universalis (v. Schmidt 63) et plantis, cibis, carni, aquae, lapidibus sive interno vitio sive vetustate corruptis applicatur: de arbore et fructu, opp. ἄγαθός vel καλός Mt. 7,17 s.; 12,33. L. 6,43; de piscibus Mt. 13,48. [tragg. Dem.] — 2) metaphorice, in genere animi et morum: *vitosus, malus, corruptus* [πᾶν δ μὴ τὴν ἴδιαν χρείαν πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν JChrys.; σαπρὰ δόγματα Epict. 3, 22, 61]: λόγος σ. E. 4,29.*

Σάπφειρα, ης (Bl. § 7, 1), ἡ *Sapphira*, Ananiae uxor, A. 5,1. — NB. Graecum nomen videtur esse, ut ex terminatione η elucet; — aram. אַרְפָּשׁ valet 'Formosus', אַרְפָּשׁ 'Formosa': nomina aram. emphaticam formam habere solent.¹

σάπφειρος, ου, ἡ *sapphirus*, lapis pretiosus caeruleus, Ap. 21,19. — NB. Ex iis quae Plinius et Theophrastus de sapphiro dicunt apparere videtur, a veteribus eum lapidem σάπφειρον appellatum esse qui nunc vocatur *lapis lazuli*: *Lasurstein*.¹

σαργάνη, ης, ἡ 1) *funis contortus*. [Aesch.] — 2) *†sporta, corbis ex funibus*, ut videtur, contextus, in quo pisces asservari solebant [Ath. 8, 339 e; Lcn. Lexiph. 6; pBer. 417, 14; ἀπὸ σχοινίου πλεγμάτιον εἰς ὑποδοχὴν ἵχθων definit Etymol. magn.]: 2 C. 11,33, cfr. A. 9,25.¹

Σάρδεις, εων, αἱ *Sardæs* (gen. *Sardium*), vetus urbs Lydiae, Ap. 1,11; 3,1,4.*

†σάρδινος, ου, ὁ Ap. 4,3 r. = σάρδιον, q. v.¹

σάρδιον, ου, τό [Plat. LXX], in t. r.

†**σάρδιος**, οὐ, δ *sardius*, lapis pretiosus colore rubeo, cuius Theophrastus duas species distinguit, rubicundiorum, nostrum 'Karneol', et subnigrum, nostrum 'Sard': Ap. 4,3 cr.; 21,20.*

***σαρδ-όνυξ**, χοε, δ *sardonyx*, lapis pretiosus, quodammodo ex sardio et onyche compositus, chalcedonis species, Ap. 21,20 [LXX. FlJ. Plut.]; v. Hagen III 889.¹

Σάρεπτα, ων [Abd. 20], τά (תְּרֵץ) *Sarepta*, civitas regionis Sidoniae, L. 4,26.¹

✗**σαρπιός** 3. (σάρξ, q. v.) 1) *ad carnem s. corpus pertinens*: a) *carnosi coloris*. [Aristot.] — b) *carneus*. [Plut.] — 2) in NT [et scr. eccl.], significatione ex art. σάρξ II 3—5 petitâ; *carnalis*, i. e. a) *dum-daxat humanus, infirmus, imbecillis*: ὅπλα σ. 2 C. 10,4. — b) *ad ordinem rerum naturalium, externarum, terrenarum pertinens*, fere i. q. nostrum *materiell*: τὰ σαρκικά R. 15,27. 1 C. 9,11 bona temporalia ad vitam sustentandam necessaria (materielle Güter; opp. πνευματικά); H. 7,16 r. — c) *carni*, i. e. *naturae corruptae seu ad peccatum inclinatae serviens ex eâve profectus*: homo *carnalis* R. 7,14 r. 1 C. 3,1 r., 3,4 r.; σ. ἐπιθυμίαι 1 P. 2,11; σοφία σ. *sapientia* quae ex carne peccato infectâ oriens est astuta, mendax, variabilis 2 C. 1,12.*

σάρπινος 3. ↓ 1) a) *carneus, ex carne* [Plat.]: 2 C. 3,3 sec. Ez. 11,19; 36,26, ubi opp. λίθινος et ex metaphora subest idea *mollis, docilis*. — b) ✗*carnosus, corpulentus* [Arist. Pol.]. — 2) *ad ordinem hominum mortaliū et rerum externarum, materialium pertinens* (v. σάρξ II 3. 4): lex sacerdotii levitici fuit ἐντολὴ σ., utpote sacerdotes constituens mortales secundum originem ex certa familia etc., H. 7,16 cr. [βραχίονες σ. 'brachia hominum', opp. brachium Dei, 2 Chr. 32,8] — 3) *carnalis = σαρκικός* 2 c, q. v.: σ. dicitur homo nondum regeneratus R. 7,14 cr., homo justificatus adhuc imperfectus 1 C. 3,1 cr.*

σάρξ, σάρχος, ἡ *caro* [inde ab Hom., qui fere solo plurali utitur]; I. sensu maxime proprio: 1) *caro, corporis humani vel beluini partes carneaes*: Ap. 17,16 (dictio metaph.); 19,18,21; σχόλοψ (q. v.) τῆς σαρκὶ 2 C. 12,7; R. 2,28. G. 6,13 (carne vestrâ circumcisâ). E. 2,11 (sc. carne non circumcisâ). C. 2,13; σ. καὶ ὀστέα L. 24,39; Ecclesia E. 5,30 v. dic. esse de carne et

ossibus Christi metaphorice (ut Gen. 2,23 Heva de Adae physice), quia ex Christo orta est atque est Christi corpus et sponsa; caro Christi in cena eucharistica J. 6,51 ss.; de dictione σάρξ καὶ αἷμα v. infra nr. II 1, 2. — 2) per synecdochen i. q. *corpus* [tragg., ut Aesch. Sept. 622 γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φέρει: ita בָשָׂר, v. Gesenius-Buhl s. v.]: τῆς σαρκὸς πρόνοια 'corporis cura' R. 13,14; οὗτε ἡ σάρξ αὐτοῦ εἰδεν διαφθοράν 'nec corpus ejus corruptionem expertum est' A. 2,31; A. 2,26. E. 5,29. C. 2,1 (me praesentem); cum opp. πνεῦμα 'animus' J. 6,63 (v. art. ζωοποιέω). 1 C. 5,5. C. 2,5. 1 P. 4,6; opponitur corporis puritati conscientiae puritas H. 9,13. 1 P. 3,21; corpus Christi passum in mortemque traditum E. 2,15. H. 10,20. 1 P. 3,18; 4,1; maritus et uxor fiunt unum corpus (e Gen. 2,24) Mt. 19,5 s. Mr. 10,8. 1 C. 6,16. E. 5,31; aerugo auri φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ i. e. olim in gehenna corpus vestrum torquebit, Ja. 5,3; δικαίωμα (q. v. 1 a) σάρχος H. 9,10; σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε G. 3,3 'rem ad perfectionem vultis adducere carne', sc. lege rituali quae circa corpus resque externas versatur. — II. ex usu partim linguae hebr., partim s. Scripturae proprio: 1) *homo*: δ Λόγος σάρξ ἐγένετο J. 1,14; πᾶσα σάρξ (כָל־בָשָׂר), cfr. anglicum 'everybody, nobody') *omnis homo, omnes homines* L. 3,6 (Is. 40,5). J. 17,2. A. 2,17 (Joël 2,28). 1 P. 1,24, οὐ . . πᾶσα σάρξ 'non . . quisquam, nemo' Mt. 24,22. Mr. 13,20. R. 3,20. 1 C. 1,29. G. 2,16; *homo* dic. σάρξ καὶ αἷμα (quae sunt praecipuae partes corporis), ubi explicite aut tacite opponitur sive Deo Mt. 16,17. G. 1,16, sive puris spiritibus E. 6,12, ergo fere = 'homo mortalis' [Eccli 14,19; in commentariis Judaeorum passim בָשָׂר וְדָם מֶלֶךְ 'rex humanus']; 1 C. 15,50 'homo mortalis' in statu naturae corruptibilis mortique obnoxiae; σάρξ = *homo* in suo esse mere naturali J. 3,6. — 2) *natura humana, origo humana, ortus, nativitas*: Ἀβραὰμ τὸν προπάτορα ὑμῶν κατὰ σάρκα R. 4,1, it. 9,3; τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα 'populum Israël, illum naturalem dico' (opp. Israël Dei G. 6,16) 1 C. 10,18; praecipue ita vocatur *ortus* secundum ordinem consuetum *naturae*, cui opp. *ortus* per potentiam divinam: τὰ

τέχνα τῆς σαρκός (opp. τῆς ἐπαγγελίας) R. 9,8; κατὰ σάρκα γεννηθῆναι G. 4,23,29; per metonymiam dico μοῦ τὴν σάρκα eos qui mecum eandem originem habent, i. e. consanguineos, populares R. 11,14 [ita Gen. 37,27. Is. 58,7]; *humana natura Christi* R. 8,3 c; Christus est ex semine David, ex patribus (τὸ) κατὰ σάρκα ‘quod ad humanam naturam attinet’ R. 1,3 (opp. κατὰ πνεῦμα ἀγιωσύνης sec. divinam naturam); 9,5; Christus dicitur ἐν σαρκὶ (ἐν IV b) φανερωθῆναι 1 T. 3,16, ἐληλυθώς 1 J. 4,2, ἐρχόμενος 2 J. 7; *natura humana* vocatur αἷμα καὶ σάρξ (t. r. σ. καὶ αἷμα) H. 2,14. — 3) *natura seu vita hominis quatenus est imbecillis ac rebus adversis, morbis, aerumnis, morti obnoxia*: 1 C. 7,28. 2 C. 4,11. G. 4,13 s. C. 1,24; ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ‘in corpore humano Christi’ C. 1,22; θανατωθεῖς σαρκὶ (dat. limitationis) 1 P. 3,18; — *vita haec mortalís*: ἐν σαρκὶ ζῆν G. 2,20. Ph. 1,22, ἐπιμένειν Ph. 1,24; 2 C. 10,3 a. H. 5,7. 1 P. 4,2. — 4) ut in homine σάρξ est pars externa, materialis, deterior, spiritui opposita, ita S. Paulo σάρξ sunt *res ordinis physici vel socialis mere naturalis* (opp. *ordo spiritualis, supernaturalis*): σοφοὶ etc. κατὰ σάρκα ‘humanā sapientiā imbuti’ 1 C. 1,26; ἐν σαρκὶ πεποιηθέναι ‘confidere in rebus naturalibus’ (origine ex Abraham, circumcisione, caerimoniis mosaicis etc.) Ph. 3,3 s., sim. κατὰ σάρκα καυχᾶσθαι 2 C. 11,18; ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα εἰ καὶ ἐγνώχαμεν κ. σ. Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐχέτι γινώσκομεν ‘amplius neminem novimus (judicamus, metimur) secundum rationes mere humanas (quod sit doctus, eloquens, Judaeus etc.); atque etsi olim (ante conversionem) Messiam ita consideravimus (sec. ideas judaicas de Messia), at nunc non jam ita eum aestimamus’ 2 C. 5,16; τοῖς κατὰ σάρκα χυρίοις iis qui in ordine naturali sociali sunt vestimentorum E. 6,5. C. 3,22; Onesimus, Christianus factus, Philemoni carus est καὶ ἐν σαρκὶ (ut ejus servus) καὶ ἐν Κυρίῳ (ut ejus in Christo frater) Phm. 16; δοῦλοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ quotquot volunt (aliis) placere circumcisione aliisque ritibus exterioribus observatis (Est.: ‘inter suos populares’, cfr. II 2) G. 6,12; ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα χρίνετε ‘vos judi-

catis sec. externam speciem’, ex humana natura, paupertate, humilitate mea, J. 8, 15. — 5) vocabulo ad ordinem moralem translato: *tota hominis natura animalis, quae est sedes et instrumentum cupiditatis et peccatorum, natura hominis imbecillis, corrupta et ad malum inclinata, vetus homo* (prout consideratur in homine universim, in peccatore nondum regenerato, in homine justificato, idea nonnusquam variat): R. 6,19; 7,18,25; 8,3 a,4-9,12 s. G. 5,13,16 s., 24. E. 2,3. C. 2,23. 1 J. 2,16. Ju. 23; τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σάρξ ἀσθενής (hoc dicitur universim de hominum bonorum, in specie de discipulorum animo et debilitate) Mt. 26,41. Mr. 14,38; ἐν σαρκὶ εἶναι esse in statu hominis veteris R. 7,5; 8,8 s.; κατὰ σάρκα ‘carnaliter’ vivere, ambulare ets. R. 8,4 s., 12 s. 2 C. 1,17 (naturales affectūs sequens); 10,2 s.; ἔργα τῆς σ. G. 5,19, νοῦς τῆς σ. ‘mens carnalis’ C. 2,18, σῶμα τῆς σ. ‘corpus carnale’, peccato serviens C. 2,11; Christus homo fuit ἐν δύοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας ‘in figura carnis peccaminosae’, i. e. nobis peccatoribus similis factus, R. 8,3. — 6) *corpus s. natura humana quatenus est sedes et instrumentum cupiditatis venereae* J. 1,13. 2 P. 2,10,18. Ju. 7 s.

Σαρούχ, δ in t. r. = Σερούχ, q. v.

***σαρόω,** pf. P. σεσάρωμαι (σάρον ‘scopae: Besen: balai’): *scopis verro* L. 15,8; σεσαρωμένος ‘verrendo mundatus’ Mt. 12, 44. L. 11,25. [Lycophr. ADysc. al.]*

Σάρρα, ας, ἡ (גַּרְעָל Gen. 17,15) *Sara*, nomen uxori Abrahae a Deo inditum, R. 4,19; 9,9. H. 11,11. 1 P. 3,6.*

Σάρων, ωνος, δ (‘de accentu nihil constat’ Bl. in A. 9,35; hebr. גַּרְעָל) *Saron*, planus ac campestris regionis tractus a Caesarea Palaestinae usque ad Joppen Lyddamque se extendens, A. 9,35, cfr. Is. 33,9. (Interpres latinus Actuum, cum scriberet ‘Saronae’, urbem aliquam cogitasse videtur)¹

***σατάν,** indecl. [LXX 3 Reg. 11,14 = hebr. שָׁאֵן] et ***σατανᾶς,** ἄ, δ [Sir. 21,30; aram., in statu determ. אֲנָשָׁן] 1) *adversarius* [LXX ll. cc.]: ἄγγελος σατάν 2 C. 12,7 r. explicari potest ‘angelus adversarius’ (arm. ‘angelus satan’). — 2) *satanas, diabolus*, Dei, Christi, hominum salvandorum adversarius; in NT semper formâ

singulari (articulo determinatâ, praeter Mr. 3,23. L. 22,3 cr. 2 C. 12,7) effertur nec amplius, dicaturne ipse daemonum princeps an alqs. alias diabolus an plures, distinguitur: Mt. 4,10; 12,26. Mr. 1,13; 3,23,26; 4,15. L. 4,8 r.; 10,18; 11,18; 13,16; 22,3,31. J. 13,27. A. 5,3; 26,18. R. 16,20. 1 C. 5,5; 7,5. 2 C. 2,11; 11,14. 1 Th. 2,18. 2 Th. 2,9. 1 T. 1,20; 5,15. Ap. 2,9,13,24; 3,9; 12,9; 20,2,7; — Mt. 16,23. Mr. 8,33 in vehementi reprehensione Petrus σατανᾶς compellatur, sive quod, cum Christum a passione subeunda impedire vellet, velut Satanae partes egit, sive quod quisquis alicui obstat, ιθύς ‘adversarius’ appellabatur [Num. 22,22,32. 1 Sam. 29,4 al.]; ἄγγελος σατανᾶς t. cr. vel ἄ. σατάν t. r. ‘angelus satanae’ (cfr. nr. 1) metonymice 2 C. 12,7 vocatur morbus Deo permittente a satana inflictus.*

†σάτον, ου, τό (ex hebr. סָטָן, aram. stat. emphat. סָטָן) *satum*, mensura frumentaria Hebraeorum, secundum FlJ. ant. 9, 4, 5 sesquimodium Italicum aequans, i. e. 13,099 litra nostrae mensurae (Hagen III 166): ‘farinae sata tria’ mulieres in unâ panis coctione solitae esse videntur consumere Mt. 13,33. L. 13,21, cfr. Gen. 18,6. [FlJ. Aq. Symm.]*

Σαῦλος, ου, ὁ (nomen Σαούλ in formam graecam redactum; cfr. σαῦλος ‘tener’) A. 7,58; 8,1,3 al. usque ad 13,9 [idem nomen occurrit FlJ. 20, 9, 4; bell. 2, 17, 4].

σβέννυμι, ft. σβέσω, ao. ἔσβεσα: 1) *extinguo* ignem resve ardentes: H. 11,34, in metaphoris Mt. 12,20. E. 6,16; pass. *extinguor* Mt. 25,8. Mr. 9,44 v.,46 v.,48. — 2) sensu transl.: *compesco*, *supprimō*: τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε (Tdf. ζέβέννυτε Bl. § 3, 9) i. e. charismatum SpSi nolite aut jacturam facere aut usum prohibere, 1 Th. 5,19 [σβ. χόλον, μένος, ὅβριν class., ἀγάπην Cant. 8,7].*

σεαυτοῦ, ἡς, dat. ψ., ἡ, acc. ὁν, ἡν: *tui*, *tibi*, *te*, pron. reflex. 2 ae pers. sing.; σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς ‘tu de te ipse testaris’ J. 8,13; ἔπειχε σεαυτῷ ‘attende ad te’ 1 T. 4,16, ibid. **σεαυτὸν** σώσεις ‘te servabis’; Mt. 4,6; 8,4; 19,19. A. 9,34 al.

σεβάζομαι, ao. †έσεβάσθην (σέβας ‘timor verecundus vel religiosus’): 1) *vereor* alqd. facere. [Hom.] — 2) *religiose revereor*, *colo* [έσεβάσθησαν πρόβατον Aristid. apol. 12;

Orph. argon. 550] R. 1,25 propter alterum verbum seq. dat.¹

***σέβασμα**, ματος, τό ↑ *id quod*, vel: *is qui religiose colitur vel adoratur*, sive cultu vero sive falso, aut *qui tali modo colendus existimatur*; dicitur de hominibus apotheosi cultis, de idolis, aris, delubris ets. [Sap. 14,20; 15,17. Dan. draco 27; DHal. 1, 30]: ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα i. e. super Deum et quidquid homines, cultu sive vero sive falso, pro sacrosancto habent, 2 Th. 2,4; τὰ σεβάσματα ὑμῶν i. e. vestra delubra, altaria, simulacra A. 17,23.*

***σεβαστός** 3. (σεβάζομαι) 1) *colendus*. [DHal. al.] — 2) *interpretamentum vocis lat. augustus*: a) ὁ Σεβαστός *Augustus*, i. e. Imperator Romanus A. 25,21,25 [Len. Hdn.; pro cognomine Octaviani ap. Strab. FlJ.]. — b) *σπεῖρα* Σεβαστή *cohors Augusta*, cognomen honorificum interdum cohortibus datum [Ptol. 2, 3, 30; 2, 9, 18; 4, 3, 30], A. 27,1 nomen unius ex quinque cohortibus auxiliariis Caesareensibus; alii censem ibi agi de legione Augusta equitum Romanorum, qui a Suetone aliisque August(i)ani, Αὔγουστεῖοι, vocantur: cfr. Knabenbauer in l. c., Schürer § 17 c.*

σέβομαι 1) *prae aliquo stupore vereor* alqd. facere. [Hom. ss.] — 2) *religiose vereor*, *revereor*, *veneror*, *colo numen* [Pind. tragg. Plat. ss.]: Mt. 15,9. Mr. 7,7 ex Is. 29,13 (ubi hebr. ‘et evasit eorum erga me cultus mandatum hominum docendo inculcatum’). A. 18,13; 19,27; *σεβόμενοι τὸν Θεόν* A. 16,14; 18,7 [FlJ. ant. 14, 7, 2], brevius *σεβόμενοι* A. 13,50; 17,4,17, semel *σεβόμενοι προσήλυτοι* A. 13,43 vocabantur ii gentiles, qui sacra judaica sequebantur, tamen non eatenus ut circumcisionem totumque Legis onus subirent, sed ita ut unum Deum sine simulacro colerent, synagogas Judaeorum frequentarent, legumque caerimonialium nonnullas (ut de requie sabbati, de cibis permissis aut vetitis) observarent: v. Schürer § 31 V.*

σειρά, ἄς, ἡ 1) *funis*. [Hom.] — 2) *catena* [Hom. Plat.; Syll. 588]: Deus angelos tradidit σειρᾶς ζόφου ‘catenis inferni’, vulg. ‘rudentibus inferni’ 2 P. 2,4 r. He. Br., cfr. Ju. 6; cfr. σιρός.¹

σειρός, οῦ, δ = σιρός, q. v.: 2 P. 2,4 Trg. WH.¹

σεισμός, οῦ, δ (σείω) *concussio, quassatio*; in mari Mt. 8,24; in specie: *terrae-motus* Mt. 24,7; 27,54; 28,2. Mr. 13,8. L. 21,11. A. 16,26. Ap. 6,12; 8,5; 11,13,19; 16,18 [itid. Eur. Thuc. al.; Syll. 908].*

σείω, ft. σείσω H. 12,26 cr., ao. P. ἔσεισθη: *quatio, quasso, concutio, agito: schütteln, erschüttern*: pass. de arbore Ap. 6,13, de terra Mt. 27,51; active H. 12,26 [Hom. ss.]; — pass. *prae timore tremo* Mt. 28,4 [σείομαι πᾶσιν τοῖς μέλεσιν Job 9,28]; — metaph. ἔσεισθη πᾶσα ἡ πόλις i. e. incolae urbis mente commoti sunt, Mt. 21,10 [cfr. Soph. Ant. 163 τὰ τῆς πόλεως σείειν 'rem publicam perturbare'].*

Σένουνδος, ου, δ (nomen lat.) *Secundus*, vir Thessalonicensis, cum S. Paulo Hierosolyma profectus, A. 20,4.¹

Σελεύνεια, (Tdf. WH. minus recte -xία), ας, ἡ *Seleucia*, pleniore nomine Σ. ἡ ἐν Πιερίᾳ, civitas Syriae, quae habuit portum ad Mare mediterraneum, A. 13,4.¹

σελήνη, ης, ἡ *luna* Mt. 24,29. Mr. 13, 24. L. 21,25. A. 2,20. 1 C. 15,41. Ap. 6,12; 8,12; 12,1; 21,23.*

×**σεληνάζω** [Manetho] et +**σεληνάζομαι** [neohell.] *lunaticus sum* i. e. aegritudine labore quoae lunā crescente vel decrescente cum majore minoreve violentiā erumpit (ut morbo comitali, i. e. epilepsia, furore, mentis alienatione), Mt. 4,24; 17,15.*

Σεμεεί He. Br., **Σεμεείν** Tdf. WH., **Σεμεῖ** t. r., δ (יְמֵשׁ) *Semei*, unus ex progenitoribus Christi, L. 3,26.¹

σεμίδαλις, εως, ἡ *simila, similago, optima quaedam farina triticea* Ap. 18,13. [Hippocr. al. LXX]¹

σεμνός 3. (pro σεβνός, a σέβομαι) 1) *vene-rabilis, sacer, augustus, ingenuus, gravis, sollemnis, serius* ets. tam de personis quam de rebus. — 2) in genere morum sec. Aristotelem (eth. magn. 1, 29; eth. Euth. 3, 7 al.) **σεμνός** est *is qui neque αὐθάδης est, ut ceteris contemptis secundum suas ideas omnia fieri velit (rechthaberisch, egoistisch), neque ἀρεσκος, ut in omnibus rebus alios adulans eorum favorem serviliter captet, sed inter haec vitia medium tenet.* — 3) *ca-stus, pudicus* [neohell.]: Paulus σεμνούς vult esse diaconos 1 T. 3,8, senes T. 2,2, mulieres 1 T. 3,11, totam mentem Christianorum Ph. 4,8: in omnibus his locis vertit

vulg. *pudicus*, item *syr. arm. goth. slav. pudicus, verecundus, honestus, purus* ets.*

σεμνότης, ητος, ἡ ↑ 1) *qualitas seu virtus* τοῦ σεμνοῦ, *ingenuitas, gravitas, sollemnitas, majestas* ets. — 2) sec. Aristotelem est *virtus media inter αὐθάδειαν et ἀρεσκείαν*, de qua re cfr. art. *praeced.*, alibi = μαλαχὴ καὶ εὐσχήμων βαρύτης 'tenera et honesta gravitas' [ars rhet. 1, 17]. — 3) +*castitas, pudicitia* [Theophil. Antioch. M 6, 1124 b (opp. ἀσέλγεια, πορνεία, μοιχεία), 1140 b; item neohell.]: vulgata vertit 1 T. 2,2; 3,4 *castitas* (*syr. 'puritas'; arm. 2,2 'sanctitas', 3,4 'modestia'*), T. 2,7 *gravitas* (arm. 'modestia', *syr. libere 'sermo purus'*).*

Σέργιος, ου, δ *Sergius*; Sergius Paulus, Cypri proconsul, A. 13,7. [inscriptio quae-dam Cypri inventa habet τῶν ἐπὶ Παύλου (ἀνθ)υπάτου, prob. de eodem viro; de Cesnola, Cyprus p. 425]¹

Σερούγη, δ (גָּרְגָּן) *Sarug*, filius Ragau, L. 3,35 cr.¹

Σήθ, δ (hebr. שֵׁת) *Seth*, filius Adami, Abelo substitutus, L. 3,38, cfr. Gen. 4,25.¹

Σήμη, δ (סֵם) *Sem*, filius Noë, L. 3,36.¹
σημαίνω, ao. (Kühner³ II p. 535) ἐσήμαντα (σῆμα signum): 1) *signo.* — 2) *signum do quo alqd. fieri jubeam.* — 3) *significo, indico, dico, communico:* τὰ A. 25,27. Ap. 1,1 [tragg. Hdt. Xen.]; in specie: *rem futuram praesignifico, praedico, innuo:* seq. quaest. indir. J. 12,33; 18,32; 21,19; seq. accus. c. inf. A. 11,28 [Xen. praesertim de ominibus].*

σημεῖον, ου, τό *signum*; et quidem 1) *id. quo aliquis vel aliquid cognoscitur aut dignoscitur, signum, indicium, nota:* L. 2,12. 2 Th. 3,17; δοῦναι τινι σ. Mt. 26,48; de signo incipientis eventūs Mr. 13,4. L. 21,7, cum genet. rei significatae Mt. 24,3; σ. περιτομῆς R. 4,11 (genet. epexeg., unde non male codd. AC περιτομήν) circumcisio erat signum puritatis Abrahamo collatae, foederis dein cum eo initi, puritatis ab Israēlitis exigendae, v. Cornely in l. c.; τὰ σ. τοῦ ἀποστόλου signa quibus genuinus apostolus a ficticio discernitur 2 C. 12,12; τὰ σ. τῶν καιρῶν Mt. 16,3 e contextu = signa quibus cognoscitur adesse tempus Messianum; τὸ σ. τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου signum adventuri Christi (cru-cem plerique cogitant) Mt. 24,30; infide-

libus glossolalia fuit signum quo potuerunt veritatem religionis christiana cognoscere 1 C. 14,22; — in specie *signum quo aliquis monetur* ut convertatur, ab errore aut peccato resipiscat, etc.: tale signum ipse fuit Jonas Ninivitis L. 11,30; est Messias signum amplissimo sensu, quia per eum cognoscimus Deum omnemque veritatem L. 2,34 (cfr. Is. 11,12). — 2) *signum = eventus mirandus ac praeter solitum naturae cursum accidens*; a) *miraculum a Deo effectum aut a Christo, apostolis etc. patratum*: σημεῖα καὶ τέρατα J. 4,48. A. 2,43; 4,30; 5,12; 6,8; 7,36; 14,3; 15,12. R. 15,19. H. 2,4, δυνάμεις καὶ σημεῖα A. 8,13, δυνάμεις καὶ τέρατα καὶ σημεῖα A. 2,22. 2 C. 12,12; σημεῖον, σημεῖα Mt. 12,38 s.; 16,1,4. Mr. 8,11 s.; 16,17,20. L. 11,16,29; 23,8. J. 2,11,18,23; 3,2 al. A. 4,16,22; 8,6. 1 C. 1,22. [LXX FlJ. Philo] — b) *praestigium virtute diabolicā effectum*, quo fallantur homines: Ap. 13,13 s.; 16,14; 19,20; σημεῖα καὶ τέρατα Mt. 24,24. Mr. 13,22. — c) *horrendus atque insolitus naturae eventus, portentum, ostentum* L. 21,25. A. 2,19; φόβηθρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ L. 21,11 [Pol. 3, 112, 8 σημείων δὲ καὶ τεράτων πᾶν μὲν Ἱερόν, πᾶσα δ' ἦν οἰκία πλήρης]; de iis quae S. Johannes in caelo vidit Ap. 12,1,3; 15,1.

σημειόω signo distingo s. noto alqm. vel alqd.; — med.: mihi noto alqd., anno ne memoriā excidat [Pol. al.]; τινά alqm. inobedientem puniendum et corrīendum noto 2 Th. 3,14.¹

σήμερον adv. temp. *hodie* Mt. 6,11; 16,3. L. 4,21. A. 4,9 al.; plenius ἡ σήμερον ἡμέρα Mt. 28,15 v. A. 20,26. R. 11,8, cum ellipsi ἡ σήμερον Mt. 11,23; 27,8; 28,15 v.; ἔως σήμερον ‘usque ad hunc diem’ 2 C. 3,15; quia Judaei dies ab occasu solis ad occasum solis computabant, dicunt ‘hodie’ mane de nocte elapsa Mt. 27,19, post occasum solis de horis nocturnis Mr. 14,30. L. 2,11; 22,34; generaliorem sensum vox habet in proverbiis: σήμερον — αὔριον ‘uno tempore — brevi post’ Mt. 6,30. L. 12,28; de aliquo temporis spatio inde ab hodierno die computando, cuius partes aliquis accuratius definire non vult, dicit σήμερον, αὔριον, τῇ τρίτῃ (vel ἔχομένη) L. 13,32 s.; χθὲς καὶ σήμερον καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας = semper H. 13,8; τὸ σήμερον sc.

‘illud Hodie’ a Deo per psalmistam indicatum H. 3,13; itidem H. 4,7 quidam exponunt δρίζει ἡμέραν, σήμερον ‘determinat aliquem diem, aliquod Hodie (ein Heute)’, aliquod tempus gratiae in psalmo ‘hodie’ vocatum — sed alii a voce Σήμερον incipi censem locum SScri^{ae} sequentem.

σήπω: *putrefacio*; — pass. **σήπομαι:** *putrefio, putresco, pf. σέσηπται putrefactus, putridus sum* [Hdt. al.]: de rebus quae divites avari malunt domi suae inutiliter putrescere ac perire, quam cum pauperibus communicari, Ja. 5,2.¹

σηρικός 3. (Σήρ: οἱ Σῆρες ‘Seres’, populus Asiae orientalis; a quo veteres bombycina seu Serica [Seidenstoffe] mercabantur; quem populum habitasse censem in confiniis regionis Turkestan orientalis imperiique Sinensis) 1) *Sericus, ad Seres pertinens* [Ptol.]. — 2) *sericus* i. e. *bombycinus: seiden: de soie* [Strab.; FlJ. bell. 7, 5, 4]; substantive **τὸ σηρικόν**, sc. ὅφασμα *sericum, pannus sericus* Ap. 18,12 r. Br. [Strab. Arr.]¹

σής, σητός [Aristot. Theophr. LXX; cl. σεός: Kühner³ I p. 510], δ *tinea*, animalculum quod vestes corrodit, Mt. 6,19 s. L. 12,33.*

***σητό-βρωτος** 2. (σής, βιβρώσκω) *a tineis comesus s. corrosus* Ja. 5,2. [Job 13,28; Sibyll.]¹

σθενώ, ft. *σθενώσω*, ao. *ἐσθένωσα* (τὸ σθένος ‘vis, robur’): *roboro* alqm.; *σθενώσει* t. cr., *σθενώσαι* (opt.) t. r. 1 P. 5,10, vulg. ‘solidabit’. [semel pass. in Walz, rhet. gr. I c. 15.]¹

σιαγών, ὄνος, ἡ *maxilla, mala* Mt. 5,39. L. 6,29.*

σιγάω, ao. *ἐσίγησα*, pf. P. *σεσίγημαι* ↓: 1) intransitive: *sileo* (germ. *stille sein*), *non loquor, nihil dico*: L. 20,26. A. 12,17 (sc. ne clamoribus Petrum proderent). 1 C. 14,28,30,34; inchoative: *σιγῆσαι conticescere* L. 18,39 cr. A. 15,12, de eo qui oratione finitā loqui desinit A. 15,13; *ἐσίγησαν* ‘de ea re siluerunt’ L. 9,36. — 2) transitive: *aliquid sileo, non revelo;* pass. R. 16,25. [Hom. ss.] — NB. Verbum *σιγᾶν*, sicut nomen *σιγή*, solum effert silentium quietemque nihil dicentis loquive desinentis, et negat eum loqui vel loquentem audiri; *σιωπάω* positive effert reticentiam, i. e. aliquem aut, cum loqui jubeatur seu inter-

rogetur, tacere, aut cum ipse gestiat loqui, impediri sive aliorum imperio sive loquendi impotentia; cfr. Schmidt 9, 2.*

σιγή, η *silentium* (germ. *die Stille*), i. e. absentia strepitūs, clamoris, vocis loquentium, etc.; Ap. 8,1; πολλὴ σ. A. 21,40. [Hom. ss.]*

σίδηρος, ου, δ *ferrum* Ap. 18,12.¹

σιδηροῦς, ἀ, οῦν *ferreus* A. 12,10. Ap. 9,9; ḥābdoς **σιδηρᾶ** Ap. 2,27; 12,5; 19,15, cfr. ḥābdoς b.*

Σιδών, ωνος, ή (hebr. סִידֹן) *Sidon*, urbs Phoenices maritima, inter Berytum et Tyrum media, hodie *Saïdā*; διὰ Σιδῶνος ‘per (urbem) Sidonem’ Mr. 7,31 cr.; Mr. 7,24 cr. A. 27,3; fere formulae instar copulantur Τύρος καὶ Σ. Mt. 11,21 s.; 15,21. Mr. 3,8; 7,24 v., 31 r. L. 6,17; 10,13 s.; — i. q. Σιδωνία L. 4,26 r.*

Σιδώνιος 3. ↑ *Sidonius*; 1) ή Σιδωνία sc. χώρα *regio Sidonia* L. 4,26 cr. — 2) οἱ Σιδωνῖοι *Sidonii*, incolae Sidonis A. 12,20.*

† **σικάριος**, ου, δ vocabulum lat. *sicarius* (*Meuchelmörder*, *Bandit*: *assassin*), dictus a *sica*, pugione curvato, quo tales uti solebant, sub veste abscondito, ut explicat FlJ. bell. 2, 17, 6; ant. 20, 8, 10: A. 21,38.¹

* † **σίκερα**, indecl., τό [τὸ σ. Is. 5,11, ἀπὸ σίκερα 29,9, ἐπὶ οἶνῳ η̄ ἐπὶ σίκερα Dt. 14,26 cA] = aram. אֲשֶׁר, hebr. שְׁכֵר sicera i. e. *temetum, quivis potus inebrians* (etiam *vinum*, Num. 28,7); plerumque intellegitur potus a vino distinctus, qualem ex frumento, pomis, dactylis vel melle parabant (cfr. Hieronymum, M 22, 536-7): οἶνος καὶ σ. [Lev. 10,9. Num. 6,3 al.] L. 1,15: fort. rectius scriberetur σίκερᾶ.¹

Σίλας, α (sec. Blass Σιλᾶς, ᾳ), δ *Silas*, alio nomine *Silvanus* vocatus, S. Pauli itinerum laborumque socius (cfr. Cornely, introd. III² p. 430. 623) A. 15, 22-18,5 fere duodecies. — NB. Etiam apud FlJ. hoc nomen compluries occurrit. Utrum sit forma hypocoristica nominis Σιλουανός (Bl. § 29) an transcriptio nominis aramaici (אַשְׁר Talm. sabb. 5 a, אַיְלָשׁ inscr. Palmyr.), dubitari potest.

Σίλουανός, οῦ δ *Silvanus*, nomen latinum *Silae*: 2 C. 1,19. 1 Th. 1,1. 2 Th. 1,1. 1 P. 5,12.*

Σιλωάμ, δ (ap. FlJ. de bell. Jud. [ed. Niese] τοῦ Σιλωᾶ 2, 16, 2; 6, 7, 2; η

Σιλωά, ἄς, ḥ, ἀν 5, 4, 2; 5, 6, 1 al.; τὴν Σιλωάμ 5, 12, 2; LXX Is. 8,6 τοῦ Σιλωάμ, hebr. חַלְעָם vel חַלְשׁ) *Siloam*, vulg. sec. formam hebr. *Siloë*; nomen aquae ductūs liquorem dulcem ac copiosum praebentis, et lacūs seu piscinae (Hagen III 1004); in NT ubique de lacu: L. 13,4. J. 9,7,11. — NB. S. Johannes 9,7 ex forma חַלְעָם recte interpretatur ἀπεσταλμένος ‘missus’ (cfr. יָלֹד ‘natus’, אַיְלָב ‘hostiliter impeditus’).¹

† **σιμικίνθιον**, ου, τό (vocabulum latinum per assimilationem vocalium vicinorum paulum demutatum: cfr. Mayser 150) *semicinctum* A. 19,12. — NB. Sec. Theophylactum, et Ammonium presbyterum (M 85, 1576 a) σ. erat pannus, quem manu tenebant ad abstergendos capitum humores, sudores, salivam, lacrimas etc., ergo nostrum Taschentuch, mouchoir (σουδάριον capiti imponebatur vel circumponebatur); — sec. aliam explicationem semicinctum erat ‘cingulum angustum’ aut ‘praecinctiorum: Schürze: tablier’ [cfr. Martial. apophor. 151 de cingendâ semicinctio tunicâ; Petronius 94 de quodam qui cervices nodo semicinctii spondae alligati condebat, ut suspendio vitam finiret. Hesychius utramque significationem indicat: σιμικίνθια· φακιόλια, ζωνάρια.¹

Σίμων, ωνος, δ *Simon*, nomen graecum Graecis frequens [v. Pape, Wörterb. d. griech. Eigennamen; Fick-Bechtel, die griech. Personennamen, p. 30 et 251] atque Judaeis inde a tempore Macchabaeorum usitatissimum [v. indicem in FlJ. ed. Niese], litteris hebr. scriptum סִמְן (Dalman § 36, 1 γ); hōc enim nomine graeco appellari amabant ii, quibus erat nomen hebraicum שְׁמֹעֵן Συμεὼν *Simeon*.

In NT occurunt hi: 1) *Simon*, frater Andreæ, a Christo Petrus cognominatus, apostolorum numero primus aggregatus, universaeque Ecclesiae praepositus: Mt. 4,18; 10,2; 16,16 s.; 17,25 et saepe per Mr. L. J. A., et 2 P. 1,1 WH.; vide alia ejus nomina, Συμεὼν, Βαριωνᾶς, Κηφᾶς, Πέτρος; saepe dicitur Σίμων Πέτρος, ut Mt. 16,16. L. 5,8. J. 1,41; 6,8 al. — 2) *Simon*, alias apostolus δ ζηλωτής vel δ καναναῖος (t. r. -ίτης) cognominatus, Mt. 10,4. Mr. 3,18. L. 6,15. A. 1,13; qui cum a Mt. et Mr. cum Jacobo Alphaei et Juda

Thaddaeo, fratribus Domini, ultimos (praeter proditorem) apostolorum locos teneat, quin etiam a L. et A. inter illos fratres collocetur, cum Cornely (Introd. III² p. 595 s.) tenere posse videmur ipsum quoque fuisse fratrem Domini, nempe illum, cuius Mt. 13,55. Mr. 6,3 mentio fit, qui post Jacobum fuit episcopus Hierosolymitanus; alii apostolum a fratre Domini distinguendum esse censem. — 3) *Simon, frater Domini*; cfr. nr. 2. — 4) *Simon, pater Iudee proditoris*, J. 6,71; 12,4 r.; 13,2,26. — 5) *Simon, pharisaeus*, qui Christum invitavit, L. 7,40,43 s. — 6) *Simon, Bethaniensis*, ὁ λεπρός cognominatus, Mt. 26,6. Mr. 14,3. — 7) *Simon Cyrenaeus*, qui angariatus crucem post Jesum portavit, Mt. 27,32. Mr. 15,21. L. 23,26. — 8) *Simon, magus Samaritanus*, A. 8,9,13,18,24. — 9) *Simon, coriarius Jopensis*, A. 9,43; 10,6,17,32.

Σινᾶ, τό (hebr. סִינָה, LXX saepe, ut Ex. 19,11; 24,16 al., τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, ut apud profanos τὸ ὄρος ἡ 'Ροδόπη, v. Kühner³ III p. 602; alibi [τὸ] ὄρος Σ. Num. 3,1; 28,6 al. ex hebr. סִינָה) *Sinai*, mons Arabiae Petraeae, promulgato ibi decalogo celebris, alio nomine Horeb dictus (Dt. 1,6. Mal. 3,22. Eccli. 48,7: Hagen III 1021): τὸ ὄρος Σ. A. 7,30,38. G. 4,24; — G. 4,25 construe τὸ γὰρ Σινᾶ | ὄρος ἐστὶν κτλ. 'Sinai enim est mons in A. situs', ubi de lectione t. r. WH. cfr. Αγάρ.*

***σίναπι**, εως, τό (attice τὸ νᾶπυ) *sināpi* (indecl.) vel *sināpis*: *Senf*: sēnevē, planta agrestis et hortensis, cuius sunt variae species, de quibus cfr. Fonck, Parabeln IV § 3; est illa parvitate seminis famosa (v. ibid.), unde res minima illi semini comparatur Mt. 17,20. L. 17,6; nihilominus uberrime excrescit in frumentum tria quattuorve metra altum ceteris plantis hortensibus majorem (ibid.), unde illi comparatur regnum Dei Mt. 13,31. Mr. 4,31. L. 13,19. [Anaxipp.; pTebt. 9, 13; 11, 9 al. Diosc.]*

σινδών, δνος, ἡ *sindon*, *pannus quidam tenuior ac pretiosior ex lino, gossipio ets. factus, qualis potissimum in India et Aegypto conficiebatur* [Hdt. Thuc. al.]; etiam *vestis, velum, mappa ex tali panno facta* [tragg. Pol. al.], *subucula* [LXX =

σίνδον] ; in NT de panno, quo corpus Christi in cruce mortui involutum est Mt. 27,59. Mr. 15,46. L. 23,53; de eo quo se discipulus noctu texerat Mr. 14,51 s.*

+ **σινιάζω**, ao. ἐσινιάσα (*σινίον* 'cribrum' vox byzant.): *in cribro agito, cribro*: τινά L. 22,31 metaphor. = perturbando et tentando alqm. in periculum casū induo. [Macar. M 34, 496 a]¹

σιρινός 3. per assimilationem vocalium vicinorum (Mayser p. 150) = *σηρικός*, q. v.: Ap. 18,12 cr. (nBr.) [itidem CIG III 5834 σιρικοποιός et lat. 'holosircum, siri-carium']¹

σιρός Tdf., **σειρός** Trg. WH., οῦ, ὁ *sirus, fovea asservando frumento destinata* [Dem. al.], etiam ×*fovea lupi* [Longin.]; *σιροῖς* ζόφου fere 'carceribus caliginis' (Itala) 2 P. 2,4 Tdf. WH., verum cfr. *σειρά*.¹

σιτευτός 3. (*σιτεύω* 'sagino' animalia) *pinguefactus, saginatus* L. 15,23,27,30. [Xen. Pol. al.]*

σιτίον, οὐ, τό (*σῖτος*: ad comedionem praeparatus: cfr. χρυσός 'aurum', χρυσόν 'res [moneta] aurea') fere solum usuvenit pluralis τὰ σιτία: *cibi ex frumento facti et universim cibi, alimenta* A. 7,12 cr. [Hdt. Xen. al.; saepe σιτία καὶ ποτά 'cibus et potus'; prob. etiam Ath. 263 b ἀλεῖν σ. 'molendo praeparare cibos', cfr. 'cibaria molita' Caes. bell. gall. 1, 5, 3]¹

***σιτιστός** 3. (*σιτίζω* = *σιτεύω*) i. q. *σιτευτός pinguefactus, saginatus, altīlis* [βόες FlJ. 8, 2, 4; ὅρνιθες Ath. 14 p. 656 e]: τὰ σιτιστά *animalia altilia*, vulg. *altilia* (quae vox potissimum aves saginatas denotat) Mt. 22,4.¹

***σιτομέτριον**, οὐ, τό (**σιτομετρέω*) 'frumentum s. cibos admetior, distribuo') *copia frumenti quam alcī. admetiuntur, conveniens portio cibi* L. 12,42. [pap. inscr.: cfr. Deißmann, B. 156, LvO. 69]¹

σῖτος, οὐ, ὁ *frumentum cuiusvis speciei*, maxime vero *triticum* [etiam LXX saepe = σίτη]: Mt. 3,12; 13,25,29 s. Mr. 4,28. L. 3,17; 12,18 WH.; 16,7; 22,31. J. 12,24. A. 27,38. 1 C. 15,37. Ap. 6,6; 18,13; plur. τὰ σῖτα [Hdt. ss.] A. 7,12 r. Bl. — NB. Mr. 4,28 probabiliter legendum est in casu acc^o πλήρης σῖτον 'plena frugem' (cfr. art. πλήρης NB.), unde ortae sunt emendatae nimirum scripturae πλήρης σῖτος

Tdf. WH. et πλήρη σῖτον t. r. He. Br.; cfr. Tdf. in h. l.*

Σιών, ἡ (hebr. שִׁׂׂן) *Sion*; 1) *mons Sion*, de cuius situ inter doctos non omnino constat: v. Hagen II 694; antitypice ὅρος Σ. dicitur ecclesia Christi nunc in terris militans eademque olim in caelis triumphans H. 12,22, ipsum caelum, sedes beatorum, Ap. 14,1. — 2) ex usu poëtarum VTⁱ (Jer. 3,14 al.: cfr. Hagen III 1024) *urbs Sion i. e. Jerusalem*; inde a) θυγάτηρ Σ. Sion ejusque incolae Mt. 21,5. J. 12,15 (v. θυγάτηρ 2 c); b) sensu latiore, cum Sion fuerit caput regni, ἐξ Σ. = ex populo Israël R. 11,26 ex Is. 59, 20 (qualem textum Hieronymus prae manibus habuit; vide M 24 p. 583 s.); c) sensu antitypico: *nova Sion, regnum Messianum, ecclesia* R. 9,33. 1 P. 2,6 ex Is. 28,16.*

σιωπάω (σιωπή) *taceo*, germ. *schweigen*; ao. inchoat. *σιωπῆσαι conticescere*; et quidem *taceo seu conticesco suppresso aliquo ad loquendum impulsu* (cfr. art. σιγάω in fine), sc. aut, cum jubeor alqd. dicere vel interrogor, nihil dico, responsumque supprimo: Mt. 26,63. Mr. 3,4; 9,34; 14,61, aut ubi meus me animus impellit ad loquendum, vocem premo ac sileo, sive ab aliis jussus Mt. 20,31. Mr. 10,48. L. 18,39 r.; 19,40, sive metu aliorum impulsus A. 18,9 (μὴ σιωπήσῃς ‘ne obmutueris’, perge loqui), sive fandi impotentiā impeditus I. 1,20; per prosopopoeiam mare fremens σιωπᾶν jubetur Mr. 4,39.*

***σκανδαλίζω**, ao. ἐσκανδάλισα, ao. P. ἐσκανδαλίσθην, ft. P. *σκανδαλισθήσομαι* (*σκάνδαλον*, q. v.): proprie *scandalō posito facio alqm. labare aut cadere, τινά*; occurrit solum metaphorico sensu = *scandalizo*, et quidem 1) *sum alci. peccandi causa aut occasio, alqm. ad committendum peccatum incito vel seduco*: Mt. 5,29 s.; 18,6,8 s. Mr. 9,42 s., 45,47. L. 17,2. 1 C. 8,13 [cfr. הַשְׁכֵן Mal. 2,8]; pass. *ad peccandum inducor* R. 14,21 r. He. Br. 2 C. 11,29 [Sir. 9,5; act. Joh.]. — 2) pass. *scandalizor = iis quae alqs. dicit, agit vel patitur, offensus atque in recto judicio perturbatus, incipio de eo minus recte sentire de eoque dubitare, vel ab eo abhorrire, ab ejus fide et amore deficere*: ita *σκανδαλίζεσθαι ἐν Ἰησοῦ* Mt. 11,6; 13,57; 26,31,33. Mr. 6,3; 14,27. L. 7,

23, omissio ἐν et dat. Mt. 15,12. Mr. 14, 27 r. He. Br., 29; active ἵνα μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς ne eis demus ansam minus bene de nobis cogitandi Mt. 17,27; τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει; ‘hoccine vobis est offensioni?’ J. 6,61. — 3) pass. = *iis quae mihi ipsi patienda vel subeunda sunt, offensus, a fide aut caritate deficio*: Mt. 13,21; 24,10. Mr. 4,17. J. 16,1. — [Sir. 9,5; 23,8; 32,19; didache 16, 8; Herm.]*

***σκάνδαλον**, ου, τό (cfr. profanorum σκανδάληθρον ‘lignum decipulae cui solet esca affigi’) in LXX = ‘id cui pedem impingens alqs. cadit’ לִשְׁכֵן Lev. 19,14, sim. Jdth. 5,1; ‘id quod, vel is qui est alci. causa ruinae ac perniciei’ 1 Reg. 18,21. Jdth. 5,20; ‘id quod est alci. ansa et incitamentum ad peccandum’, Sap. 14, 11; ‘id quod est ansa offensionis apud alios’ Jdth. 12,2. Sir. 7,6. — In NT σκάνδαλον *scandalum, offendiculum* dicitur 1) *res quae alci. est casūs ruinaeque spiritualis occasio*: R. 11,9; πέτρα σκανδάλου ‘petra quae est offendiculum’ R. 9,33. 1 P. 2,8 (v. πέτρα); σκ. ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν in eo nihil est quo labefactetur 1 J. 2,10: R. 16,17. — 2) *actio ad peccatum alios inducens*: Mt. 18,7. L. 17,1. R. 14,13 (ubi σκ. videtur esse incitamentum ad gravius peccatum quam πρόσκομμα). Ap. 2,14. — 3) *is qui alios ad peccandum seduxit, seductor*, Mt. 13,41; σκ. appellatur Petrus qui Jesu dissuadet id quod Deus Pater illi mandavit, Mt. 16,23. — 4) *is qui vel id quod est aliquibus offensioni ita ut ab eo abhorreant* (v. σκανδαλίζω 2): 1 C. 1,23. G. 5,11.*

σκάπτω, ao. ἐσκάψα: *fodio* L. 6,48; 13, 8; 16,3.*

σκάφη, ης, ἡ † 1) *vas ligneum concavum, ut alveus, labrum, cunabula ets.* [Hdt. tragg. ss.] — 2) *in specie: scapha, linter* A. 27,16,30,32. [Soph. Pol.; Plaut. Cic.]*

σκέλος, ους, τό *crus (totum membrum sub coxendice locatum, cujus infima pars est pes)* J. 19,31-33.*

σκέπασμα, ματος, τό (σκεπάζω *tego*) *tegimen, tegmentum*; plur. *potissimum de iis indumentis quibus caput, pes [Plat.], totumque corpus [Aristot. FlJ.] tegitur*: 1 T. 6,8.¹

Σκευᾶς, ἄ, δ (ut videtur, nomen lat.

'Scaeva' ingenio linguae graecae adaptatum; item DCass. 56, 16. CIGr. 2889; fort. scribendum Σκεύας) Sceva A. 19,14.¹

σκευή, ἡς, ἡ fere = τὰ σκεύη vasa, apparatus, armamenta A. 27,19. [tragg. ss.]¹

σκεῦος, ους, τό 1) est sensu latissimo res utensilis, apparatus, instrumentum, armamentum, vas, qualia ad usum cotidianum habentur in domo, templo, navi ets., germ. *Gerät*, gall. *meuble*, *outil*: Mr. 11,16. L. 17,31. Ap. 18,12, τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας 'utensilia liturgica' H. 9,21; pro variâ τῶν σκευῶν formâ et usu vertere licet *arma* Mt. 12,29. Mr. 3,27, *vas* L. 8,16. J. 19,29. A. 10,11,16; 11,5. R. 9,21 s. 2 C. 4,7. Ap. 2,27; χαλάσαντες τὸ σκεῦος A. 27,17 ab aliis explicatur 'remotis velis et antennis' (σκ. 'Segelwerk'), 'demitto velo' (syr. arm. slav.), ab aliis 'glomere funium nauticorum in mare ejecto (nempe ut iis in aquam pendentibus cursus navis retardaretur)': Knabenbauer in l. c.; σκεῦος εἰς τιμήν, εἰς ἀτιμίαν vas inserviens usui nobili qui ipsi vasi sit honori, aut usui vili qui vasi sit dedecori R. 9,21. 2 T. 2,20. — 2) in variis metaphoris: Christianus ab impietate mundus erit σκ. εἰς τιμήν 2 T. 2,21; corpora humana fragilia atque imbecilla vocantur δστράχινα σκεύη 'vasa testacea' 2 C. 4,7; — peccatores vocantur σκεύη δργῆς R. 9,22, justi σκεύη ἔλέους 23, quia velut vasa in se recipiunt effectūs justitiae aut misericordiae Dei (v. Cornely; alii interpretantur 'instrumenta irae, misericordiae', velut utensilia quibus Deus utitur ad manifestandam iram aut misericordiam); — Paulus Christo est σκεῦος ἐκλογῆς 'instrumentum electum' ad nomen Christi manifestandum A. 9,15; — mulier vocatur τὸ γυναικεῖον σκεῦος, cum viro comparata ἀσθενέστερον σκεῦος 1 P. 3,7, ubi σκ. = figmentum (Dei), creatura; 1 Th. 4,4 τὸ ἴδιον σκεῦος 'propriam uxorem' intellegunt [Megilla lib. Esther 1, 11: 'dixit Assuerus: Vas (יְלֵב = uxor) quo ego utor nec medicum nec persicum est etc.'], alii interpretantur 'suum ipsius corpus', quod est unicuique velut instrumentum vel utensile quo bene uti debet.*

σκηνή, ἡς, ἡ *tentorium*, *tabernaculum* ex ramis, pellibus ets. factum et universim quodvis tuguriolum transportabile (currus tectus, scena histriorum etc.):

Mt. 17,4. Mr. 9,5. L. 9,33. H. 11,9; sanctuarium portabile veterum Hebraeorum a Mose constructum (Hagen III 1116) H. 8,5; 9,1 r., 21, cui nomen erat σκ. τοῦ μαρτυρίου A. 7,44, cui qui inserviebant sacerdotes et levitae, etiam postquam templum illi substitutum est, dicuntur οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες H. 13,10; hujus mosaici sanctuarii potissimae partes, velo separatae, erant σκηνὴ ἡ πρώτη 'tabernaculum prius, i. e. anterius (Vorderzelt)' sive Sancta H. 9,2,6, et σκ. ἡ δευτέρα, ἡ λεγομένη 'Άγια ἀγίων H. 9,3,7 't. posterius (Hinterzelt) etc.'; illa pars anterior, quae fideles et sacerdotes a Sancto sanctorum arcebantur, aptum symbolum fuit oeconomiae veteris, cui aditus ad caelum nondum patebat, H. 9,8; templum terrestre fuit adumbratio quaedam τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, templi caelestis H. 8,2, it. Ap. 15,5 (cf. 11,19): hujus pars anterior, per quam Christus ad ipsa Sancta sanctorum dicitur penetrare (διὰ τῆς σκηνῆς εἰς τὰ 'Άγια) H. 9,11, est sec. probabilem explanationem inferior pars caeli, sec. alios Christi corpus vel natura humana vel Ecclesia; caelum ut domicilium Dei et beatorum est ἡ σκηνὴ τ. Θ. Ap. 13,6, αἱ αἰώνιαι σκηναὶ L. 16,9; σκ. τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων sc. ἔστιν i. q. Deus cum hominibus habitabit Ap. 21,3; — ἡ σκηνὴ τοῦ Μόλοχ A. 7,43 ex Am. 5,26 fuit portabilis aedicula simulacri Moloch, quales Assyrii habuere; regnum Davidis destructum vocatur ἡ σκ. Δαυεὶδ ἡ πεπτωχυῖα A. 15,16 ex Am. 9,11.*

σκηνοπηγία, ας, ἡ (σκανοπαγέομαι inscr. dor. saec. 2. a. Chr. LvO. 79; σκηνὴ πήγνυμι 'tentorium figo') 1) *nidi constructio*. [Aristot.] — 2) **tentoriorum fixio, scenopégia*, festum sollemne Judaeorum, quotannis diebus 15.—21. mensis Tišri celebratum in memoriam itineris in deserto et in gratiarum actionem pro perfecta vendemia; nomen traxit a tentoriis in plateis et alibi erectis, sub quibus his diebus habitabant et convivia celebabant J. 7,2 (cfr. Lev. 23,34; hebraicum nomen potissimum תְּכַפָּה נָחַת Dt. 16,13 al.; Hagen III 1112 s.).¹

σκηνοποιός, οῦ, ὁ (σκηνὴν ποιεῖν) *tentoriorum fabricator*, qui ex corio, ciliciis,

pannis tentoria portabilia, qualibus in itineribus utebantur, conficit: A. 18,3, vulg. 'scenofactoriae artis'. [σκηνοποιεῖσθαι Aristot.; -ποιία Pol.]¹

στηρνός, ους, τό (cfr. σκηνή) *tentorium, tabernaculum*; etiam apud profanos fere solum hac voce designatur *corpus humanum quatenus est domicilium animi* [φλέψ δι' ἡς οὖλον (= ὅλον) τὸ σκ. τρέφεται Hipp. ed. Foës. p. 916 a al.; σκῆνος μὲν —, ψυχὴ δέ CIG. 1656; ib. 3123. 6309]; 2 C. 5, 1 (genet. ερεχεγ.), 4.*

στηρνώ, ft. σκηνώσω, ao. ἐσκήνωσα: *tabernaculum meum figo alicubi, habito* [Xen. Dem., Gen. 13,12, Syll. 177]; seq. ἐν loc. Ap. 12,12; 13,6 (cf. L. 16,9); seq. ἐν ἡμῖν 'inter nos' J. 1,14, μετ' αὐτῶν 'cum iis' Ap. 21,3 (cfr. Num. 35,34. Ez. 37,27 κατασκηνόω, -ωσις = בְּשָׁרֶם, בְּשָׁרֶם), ἐπ' αὐτούς Ap. 7,15 super eos se demittet, cum eis habitaturus (cfr. Ez. 37,27 hebr. 'et erit habitatio mea super eos', LXX vg.: ἐν αὐτοῖς in iis).*

στήρωμα, ματος, τό ↑ *tentorium, tabernaculum* et universim *habitatio* [tragg. Xen. al.]; — in specie: a) *templum* A. 7,46 ex Ps. 131,5 [it. Pausan. 3, 17, 6]; — b) *corpus*, ut *domicilium animi* (ut σκῆνος q. v.): 2 P. 1,13 s.*

σκιά, ἄς, ἥ 1) *umbra* Mr. 4,32. A. 5,15; — *σκιὰ θανάτου [LXX = מוֹתָלֵץ Job 3,5; 12,22; 24,17. Ps. 106,14 al.] 'umbra mortis' est densissima caligo qualis in Orco esse putatur: metaphorice καθῆσθαι ἐν σκ. θ. 'sedere in umbra mortis' dicuntur ii qui sunt in misera condicione physica, morali et religiosa Mt. 4,16 ex Is. 9,2, potissimum gentiles L. 1,79. — NB: Qui-dam recentiores philologi pronuntiandum putant מוֹתָלֵץ 'caligo' a radice מָלֵץ; quod in sensu nil mutat. — 2) *umbra ut aliquius corporis imago obscura, adumbratio*; — in NT *typica rei futurae adumbratio: σκιὰ τῶν μελλόντων adumbratio rerum futurarum*' C. 2,17, opp. σῶμα ipsa ea res cuius adumbratur *imago* [FlJ. bell. 2, 2, 5: σκιάν αἰτησόμενος βασιλείας ἡς ἥρπασεν ἔαυτῷ τὸ σῶμα]; opponuntur σκιά et εἰκών (q. v.) H. 10,1; copulantur ὑπόδειγμα (q. v.) et σκιά H. 8,5.*

σκιρτάω, ao. ἐσκίρτησα: *gaudio exsilio, exsulto* L. 1,41,44; 6,23 [Hom. ss.; Jer. 27 (50),11. Mal. 4,2 al.].*

***σκληροκαρδία**, ἄς, ἥ (*σκληρο-κάρδιος 'durus corde') *cordis duritia*, i. e. indoles tarda atque indocilis Mr. 16,14, quin etiam pervicax, obstinata malisque concupiscentiis subjecta Mt. 19,8. Mr. 10,5. [Sir. 16,11; Jer. 4,4. Dt. 10,16 = לְבָב עֲרַלָת 'incircumcisio cordis']*

σκληρός 3. 1) *durus* [Hsd. ss.]. — 2) sensu minus proprio: a) *severus, austerus* Mt. 25,24. [Plat. pBer. 140] — b) *ventus validus, acer* Ja. 3,4 [Is. 27,8]. — c) *sermo qui alium offendit*: λαλεῖν σκληρὰ (Tdf. σκληροὺς λόγους) κατά τινος Ju. 15; σκληρός ἐστιν δ λόγος οὗτος i. e. plenus offensionis, intolerabilis J. 6,60 [cfr. Gen. 21, 11 s.]. — d) σκληρόν σοι sc. ἐστίν seq. inf. = tibi est *inutile ac fatale* A. 9,5 r. Br.; 26,14.*

σκληρότης, ητος, ἥ ↑ *durities, inflexibilitas*; — in specie = **animi obstinatio*, qua quis motione gratiae divinae non flectitur eique resistit, R. 2,5 [Dt. 9,27 = שְׁעִיר].¹

***τσιληρο-τράχηλος** 2. *durâ cervice* i. e. *contumax, obstinatus* A. 7,51. [Ex. 33,3,5 al. = ἡρְעָם]¹

σκληρύνω, ao. ἐσκλήρυνα, ao. P. ἐσκληρύνθην: *durum s. inflexibilem reddo* [Hipp. Aristot.]; — metaphorice: **obstinatum ac pervicacem reddo, induro*: μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας δύμῶν 'nolite esse contumaci animo' sc. erga Deum H. 3,8,15; 4,7 ex Ps. 94,8 [praeter h. l. dicunt LXX σκληρύνειν τὸν ἔαυτοῦ τράχηλον]; δν θέλει (sc. σκληρύναι), σκληρύνει 'Deus, quem vult, indurat', i. e. iis gratiis instruit quibus praevidebat hominem libere obstatum, R. 9,18, in q. l. cfr. Cornely [Ex. 7,3; 9,12 al.]; pass. σκληρύνομαι *pervicax, contumax sum, vulg. induror, obduror* A. 19,9. H. 3,13 [*ἐσκληρύνθη* ἡ καρδία Φαραὼ Ex. 7,22; 8,19; 9,35].*

σκολιός 3. 1) *tortuosus, curvus, germ. krumm* (opp. ὀρθός, εὐθύς): ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείας 'quae curva sunt, fient viae rectae' L. 3,5 ex Is. 40,4; 42,16 (in hebr. textu potius: confragosa fient planities). — 2) metaphorice: *pravus, perversus, improbus*: γενεὰ σκ. A. 2,40. Ph. 2,15 [Dt. 32,5. Ps. 77,8 al. = 'parum sincerus, dolosus' Hom. Plat. al.]; servi oboediant heris, etiam τοῖς σκολιοῖς (opp.:

benignis, clementibus) 1 P. 2,18, vulg. 'dyscolis', syr. 'duris atque asperis'.*

σκόλοψ, πος, δ 1) *quaevis res praeacuta*, ut palus acuminatus, sudis, hamus, instrumentum chirurgicum ets. [Hom. ss.] —

2) in specie: *spina* [Os. 2,6. Ez. 28,24. Num. 33,55. SEmp., in pBer. 380 l. 8 mater Aegyptia filio peramanter, etsi minus eleganter, scribit sese inaudiisse, δτι τὸν πόδαν πονεῖς ἀπὸ σκολάπου]; S. Paulo datus est σκόλοψ τῇ σαρχὶ 'spina carni (infixa, inhaerens)' 2 C. 12,7, quā metaphorā probabilissime, ut putant Bas. GrNaz. Hier. Aug. Thom., morbum quendam chronicum per molestem dolorisque plenum innuit [itidem S. Greg. Naz. suum morbum τὸν δεδομένον ἡμῖν παρὰ Θεοῦ σκόλοπα appellat]; Graeci plerumque de Pauli aerumnis persecutionibusque explicabant.¹

σκοπέω ↓ *specto*, attente *obervo*, *scrutor*, *examino* ets., universim = certae rei cognoscendae aut cavendae causa attentus sum ad alqm. vel alqd. (v. Schmidt 11, 12): *τινάς* R. 16,17 sc. ut ab iis caveatis, Ph. 3,17 sc. ut eos imitemini; τὶ ad rem *velut ad scopum prospicio*, alqd. *curo*, alqd. *mihi cordi est* 2 C. 4,18. Ph. 2,4; σκοπεῖν (έαυτὸν) μὴ providere sibi ne, *cavere ne* L. 11,35. G. 6,1.*

σκοπός, οῦ, δ (a rad. σκέπ-τομαι *speculo*) 1) *spectator*, *speculator*. [Hom.] — 2) *id ad quod quis prospectat*, *scopus*, *meta* [Od. 22, 6; Pind. Xen. al.]: κατὰ σκοπὸν διώκω syr. 'versus scopum curro' (κατά II 1 a), vulg. subobscure 'ad destinatum perse- quor' Ph. 3,14.¹

σκορπίω, ao. ἐσκόρπισσα, ao. P. ἐσκόρπισθην: *dispergo*; i. e. 1) *dissipo*, *disjicio* eos qui sunt simul; τὰ πρόβατα J. 10,12; haec eadem disjiciendarum ovium imago subest adagio: δ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ σκορπίζει i. e. qui non mecum id agit ut grex Domini congregateur, eo ipso jam nocet gregi, quia grex circa pastorem non congregatus dissipatur, dissipatus perit, Mt. 12,30. L. 11,23; σκορπισθῆναι 'separari ac diffugere', seq. εἰς τὰ ἴδια J. 16,32 [Hecataeus, LXX Strab. FlJ. Plut.]. — 2) *dans* alqd. *dispergo*, i. e. *quoquo versus dilargior*: ἐσκόρπισεν ἔδωκεν τοῖς πένησιν 'distribuit pauperibus' 2 C. 9,9 e Ps. 111,9 ubi secundum construc-

tionem hebraizantem (cfr. Gesenius, hebr. Gr. § 120 g) prius verbum est quodammodo verbum auxiliare verbi sequentis asyndetice adjuncti, et exprimit ideam praefixi latini *dis*-.*

σκορπίος, οὐ, δ *scorpius*, animal noxiū cancero simile, quod caudā venenatā pungit: L. 11,12. Ap. 9,3,5 (genet. subj.), 10 (cfr. δμοιος); ὅφεις καὶ σκορπίοι L. 10,19.*

σκοτεινός 3 (σκότος) *tenebricosus*, *luce privatus* Mt. 6,23. L. 11,34,36 (opp. φωτεινός).*

σκοτία, ας, ἡ *caligo*, *tenebrae* J. 6,17; 20,1; metaphorice: ἐν τῇ σκοτίᾳ clam, ita ut non conspiciar (opp. ἐν τῷ φωτί) Mt. 10,27. L. 12,3 [LXX. Apoll. Rhod.]; — condicio hominum ignorantiae religiosae ac peccatorum caligine obvolutorum dicitur σκοτία Mt. 4,16 WH. J. 1,5 (2^o loco metonymice = homines in tali caligine constituti); 8,12; 12,35,46. 1 J. 2,8 s., 11; quivis scientiae aut sanctitatis defectus 1 J. 1,5.*

σκοτίω ↓ *obscuro*; in SScr. solum pass. ***σκοτίζομαι**, pf. ἐσκότισμαι, ao. ἐσκότισθην, ft. σκοτισθήσομαι: *obscuror*; 1) de astris: *desino lucere*, *obtenebresco* Mt. 24,29. Mr. 13,24. L. 23,45 r. He. Br. Ap. 8,12; 9,2 r. He. Br. [LXX. Pol. Plut.] — 2) metaphor. de sensibus et mente: **luce privor*, *desino cognoscere*, *occaecor*: σκοτισθῶσαν οἱ δύναλμοὶ αὐτῶν utique oculi mentis, R. 11, 10 e Ps. 68,24, ἐσκοτίθη ἡ καρδία αὐτῶν R. 1,21: E. 4,18 r. He. Br.*

σκότος, οὐ, δ [class. Hom. ss.] *caligo* H. 12,18 r.¹

σκότος, ους, τό [forma class., sed rarer, apud LXX usitatissima] 1) sensu proprio: *caligo*, *tenebrae*: Mt. 27,45. Mr. 15,33. L. 23,44. A. 2,20. 2 C. 4,6; εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον Mt. 8,12; 22,13; 25,30, cfr. ἐξώτερος; δ ζόφος τοῦ σκότους 'Orcus tenebrosus' 2 P. 2,17. Ju. 13, de caligine caecitatis A. 13,11. — 2) metaphorice: a) *status rei quae est in occulto*, *quae nescitur*: τὰ χρυπτὰ τοῦ σκότους 'secreta tenebrarum', in tenebris latentia, ignota 1C. 4,5. — b) *ignorantia religiosa*, *caligo peccatorum*, brevi, status impiorum ac maxime ethnicorum: Mt. 4,16 (nWH.); 6,23. L. 1,79; 11,35. J. 3,19. A. 26,18. R. 2,19. 2 C. 6,14. E. 5,8. 1 Th. 5,4 s. 1 P. 2,9. 1 J. 1,6; peccata sunt ἔργα τοῦ σκότους ut-

pote in tali statu internae caliginis patrata R. 13,12. E. 5,11; regno Christi, qui est lux, opponitur ἡ ἔξουσία τοῦ σκότους 'dicio tenebrarum' i. e. diaboli C. 1,13, unde diaboli sunt κοσμοχράτορες τοῦ σκότους τούτου rectores istius in hoc mundo regni tenebrarum E. 6,12; de L. 22,53 cfr. ἔξουσία 3 b γ. — NB: Animadverte metonymiam εἶναι σκότος = obscurum seu in caligine esse Mt. 6,23. L. 11,35. E. 5,8; sim. A. 2,20.*

σκοτώω, pf. P. ἐσκότωμαι, ao. P. ἐσκότωθην (δ σκότος): *obscuro*; pass. *obscurari* dicitur sol et aér Ap. 9,2 Tdf. WH., regio Ap. 16,10; ἐσκοτωμένοι τῇ διανοίᾳ 'mente obscurati', carentes fidei et gratiae lumine E. 4,18 Tdf. WH. [Soph. Hipp. Plat.]*

σκύβαλον, ου, τό (ab ἐς κύνας βάλλω [Bailly]? = ergo quod canibus projicitur) *inutile rejectamentum quodlibet*, ut fructuum putamina, eorum quae comeduntur reliquiae, stercus etc. [Sir. 27,5 sensu metaph.; ως σκύβαλον pFay. 119, 7; Philo, Plut.]; ἡγοῦμαι τι σκύβαλα 'alqd. rejectamentorum instar duco', i. e. utpote inutile nulliusque pretii sepono ac relinquo, Ph. 3,8, ubi vulg. syr. 'arbitror ut ster-cora' [cfr. σκυβαλίζεσθαι 'contemni' Sir. 26,26, DHal.; σκυβαλισμός 'contemptus' Pol.].¹

Σκύθης, ου, δ *Scytha*, incola Scythiae i. e. Russiae et Sibiriae, qui ab antiquis pro barbarorum incultissimis ac ferocissimis habebantur (cfr. Cic. in Pis. 8, de nat. deor. 2, 34; Seneca in Troad. 1104; 2 Mach. 4,47; al. saepe); in religione christiana ne Scytharum quidem aliorumque barbarorum discriminem a reliquis nationibus agnoscitur, nulla gens est aut excludenda aut aliis posthabenda, C. 3,11.¹

σκυθρωπός 2. vel 3. (σκυθρός, ψ: ergo = 'tetricus aspectu') *torvum vel tristem vultum prae se ferens, tristis, tetricus* Mt. 6,16. L. 24,17. [tragg. ss.; Gen. 40,7.]*

σκύλλω, pf. P. ἐσκυλμαι: *vexo, itinere fatigo* [Hdn.]: pass. Mt. 9,36; — urbane dic. pass. σκύλλεσθαι *suscipere molestiam algo. eundi: sich wohin bemühen: se donner la peine d'aller* [πρός τινα σ. pOx. 123, 10; 941,2; M 26,944 b, 20,121 c] L. 7,6; σκύλλω τινά alqm. algo. *vocans s. ducens molestia* [pTebt. 421,11; pBer. 830,25; pFay. 134,2] Mr. 5,35. L. 8,49.*

σκῦλος, ου, τό *exuviae hosti detractae, et generatim spolia, praeda* [tragg. Thuc.]: L. 11,22.¹

σκωληκό-βρωτος 2. (σκώληξ vermis, βιβρώσκω voro) *a vermibus corrosus* A. 12,23, cfr. FlJ. 19, 8, 2. [Theophrast. de plantis]¹

σκώληξ, χος, δ *vermis* [Hom. ss.]; mors aeterna et poena damnatorum sic describitur: δ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτῆ Mr. 9,44 v., 46 v., 48 ex Is. 66,24.*

τσμαράγδινος 3. et prob. etiam 2. (etiam alia adj̄a in -ινος admittunt femininum in -ος: ξύλινος, λίθινος etc.) *smaragdinus*; 1) *ex smaragdo factus*. [Lcn. ver. hist. 2, 11] — 2) *colore smaragdino* [de veste pRain. 27, 8]. — Ap. 4,3 ἵρις ὅμοιος δράσει σμαραγδίνῳ, ubi potest suppleri aut λίθῳ: 'iris aspectu similis lapidi smaragdino', aut fort. melius ἵριδι: 'iris aspectu similis iridi smaragdinae' i. e. smaragdini coloris.¹

σμάραγδος, ου, ἡ (δ) *smaragdus*, qua voce veteres praeter nostrum smaragdum varias gemmas et crystallos subviridis coloris appellasse dicuntur (v. Georges et Passow s. v.; LXX = בְּרַקָּה = sanscr. marakata, 'smaragdus', מִלְּבָדָה שֶׁה): Ap. 21,19. [Hagen III 1028].¹

σμύρνα (in codd. etiam ζμύρνα), ης, ἡ *smyrna, murra, myrrha, arboris cuiusdam arabicae lacrima odorifera, quam cum in sanandis vulneribus* [Hdt. 7, 181] *tum in pollengendis cadaveribus* [Hdt. 2, 86] *veteres utebantur* (cfr. Fonck ap. Hagen III 310 ss.), quam etiam suffimenti instar diis adolebant (Plut. Al. 25; Alexander M. cuide *turis et myrrhae magnam copiam misit, liberalem erga deos eorum usum commendans*): Mt. 2,11. J. 19,39.*

Σμύρνα (Tdf. Ζμύρνα, v. Bl. § 3, 9), ης, ἡ *Smyrna*, civitas Ionica in regione Lydiae ad mare Aegeum sita: Ap. 1,11; 2,8 cr.*

Σμυρναῖος, ου, δ ↑ *Smyrnaeus* Ap. 2,8 r.¹

τσμυρνίζω, pf. P. ἐσμύρνισμαι: 1) *+murra condio liquorem ut odorem ac gustum murrae habeat*: Mr. 15,23 'vinum muratum' (v. Hagen III 312). — 2) *xsmyrnæ similis sum.* [Dioscor.]¹

Σόδομα, ων, τά (סֹדֶם) *Sodoma*, urbs cum aliquot civitatibus vicinis a Deo immisso caelitus igne deleta, passim cum

Gomorrha simul nominata: Mt. 10,15; 11,23 s. Mr. 6,11 r. L. 10,12; 17,29. R. 9,29. 2 P. 2,6. Ju. 7; alii urbi hoc nomen mystice inditur Ap. 11,8.*

Σολομών, ὧνος, δ vel sec. codices quos sequitur t. r. **Σολομῶν** (ipse t. r. -ών: cfr. Bl. § 10, 1), ὧντος δ (hebr. **הַמֶּלֶךְ** LXX fere Σαλωμών, etiam indecl.) *Salomon*, filius et successor David regis Mt. 1,6 s.; 6,29; 12,42. L. 11,31; 12,27. J. 10, 23. A. 3,11; 5,12; 7,47 v.*

σορός, οῦ, ἡ 1) *urna*, in qua mortuorum ossa conduntur. [Il. 23, 91] — 2) «*loculus*», *arca*, *sarcophagus*, in quo positus mortuus sepelitur [Hdt. 1, 68; Gen. 50,26 = **נִירא**; Lcn. Hermot. 78 al.; neohell.]; L. 7,14: ita verterunt vulg. copt. aeth.; versiones syr. (بَقْعَة) arm. slav. ‘feretrum seu lecticam’ indicant.¹

σός 3. pron. poss. *tuus*; quod, positum pro communiore genetivo *σοῦ* aut *σεαυτοῦ*, aliquam emphasin aut oppositionem ad alios innuere solet: τὴν ἐν τῷ σῷ δοφθαλμῷ δοχὸν οὐ κατανοεῖς ‘trabem in tuomet oculo non vides’ Mt. 7,3; Mt. 7,22. Mr. 2,18. J. 4,42; 18,35. A. 5,4; 24,3 s. al.; — substantive: οἱ *σοὶ* ‘tui’ sc. propinqui, consanguinei Mr. 5,19; τὸ *σόν* ‘tua res’ Mt. 20,14; 25,25; τὰ *σά* ‘tuae res’ L. 6,30. J. 17,10.

τσουδάριον, ου, τό (vox lat.) *sudarium*, quo ad abstergendos sudores utebantur L. 19,20. A. 19,12; adhibetur ad faciem hominis sepulti contegendarum J. 11,44; 20,7: cfr. Wetstenium ad L. 19,20. [pap. saecⁱ II–III p. Chr.]¹

Σουσάννα, ας vel ης [cfr. Swete LXX Sus. 27,28,30], ἡ *Susanna*, una ex mulieribus quae Domino de facultatibus suis ministabant, L. 8,3.¹

σοφία, ας, ἡ (σοφός) *sapientia*, quo vocabulo universim altior quaedam pleniorque rerum scientia praesertim ordinis ethici, divini, supernaturalis hujusque scientiae prudens usus in loquendo atque agendo indicatur; nec immerito vocabulo latino, a verbo sapiendi derivato, innuit dicunt *intellegentiam cum gustu seu cognitionem sapidam*: C. 2,23; 1) *sapientia naturalis*: scientia hominum studio et ingenio comparata: σ. Αἰγυπτίων A. 7,22; eadem, ac praesertim philosophia ethnica et Judaeorum carnalis intellegentia SScrae

1 C. 1,19-22; 2,1,13; 3,19; eadem eloquenter in docendo manifestata 1 C. 1,17; 2,4 s.; *sapientia carnalis in agendo*, quae est potius *astutia, calliditas*: σ. σαρκική 2 C. 1,12; Ja. 3,15. — 2) *sapientia divinitus homini data, donum sapientiae*; *sapientia verbis manifestata*, doctrinae vis et gratia: *sapientia Salomonis* Mt. 12,42. L. 11,31, Stephani A. 6,10, Christianorum coram tribunalibus L. 21,15; docentis *sapientia*, i. e. veritatis profundior penetratio et apta prudensque expositio C. 1,28; 3,16, Pauli 2 P. 3,15, Christianorum E. 1,8 (σ. καὶ φρόνησις); 1,17 (σ. καὶ ἀποκάλυψις). C. 1,9 (σ. καὶ σύνεσις πνευματική); de C. 2,3 v. art. Θησαυρός 2; in specie *sapientia practica, prudentia in agendo*: A. 6,3. C. 4,5. Ja. 1,5; 3,13,17; *speciale charisma explicandi mysteria* A. 7,10, sim. Ap. 13,18; 17,9; *mysteriorum altior cognitio pleniorque demonstratio*: λόγος *σοφίας* *charisma Spiritus* S. 1 C. 12,8; λαλεῖν *σοφίαν* 1 C. 2,6, Θεοῦ *σοφίαν* *sapientiam a Deo profectam*, de rebus divinis 2,7, ubi σ. metonymice potius res doctrinasque in quibus *sapientia versatur*, significat. — 3) *Dei et Christi sapientia*: a) *Dei sapientia*: ejus *sapientia* in mundo et in s. Scriptura manifestata 1 C. 1,21 a; sapiens Dei consilium, divinae providentiae dispositio: Mt. 11,19. L. 7,35 (sc. quod Deus alio vitae genere Joh. Baptistam, alio Messiam uti voluit); 11,49 (Christus id quod Deus facere decreverat, more prophetarum conceptis verbis tamquam a Dei *sapientia* enuntiatum proponit: Knabenb.); infinita illa Dei *prudentia* qua ad fines sibi propositos omnia apte disponens ac dirigens in salute hominum procuranda eam viam elegit, quae justitiam perfectionesque suas clarissime demonstraret R. 11,33; it. *sapientia Dei*, in salvandis per Christum Christique ecclesiam hominibus conspicua E. 3,10: Ap. 7,12; Christus, Dei Filius, est ipsa personalis et nobis manifestata illa ‘*Dei sapientia*’ 1 C. 1,24. — b) *Christi sapientia*: Christi hominis *sapientia* verbis actibusque in dies magis manifestata L. 2,40,52; Christi in docendo vis, gratia, facundia Mt. 13,54. Mr. 6,2; divina humanaque Christi *sapientia* fort. C. 2,3 (cfr. Θησαυρός 2): Ap. 5,12; per metonymiam Christus dic. esse nobis *sapientia*

i. e. sapientiae auctor et dator, 1 C. 1,30.*

σοφίζω, ao. ἐσόφισα, pf. P. σεσόφισμαι ↓: 1) *sapientem reddo, instituo, doceo*: σὲ εἰς σωτηρίαν 2 T. 3,15. [Ps. 18,8 al.; pass. Hsd.] — 2) *medium = a)* intrans.: *sapiens sum, sed etiam: (sophistarum rhetorumque more) callidus sum, astutus sum* [Hdt. ss.]. — b) transitive: *astute comminiscor, callide excogito* alqd. [Hdt. Xen. al.]; passive [Soph. Philoct. 77]: *σεσοφισμένοι μῦθοι ‘fabulae argute excogitatae’* (vulg. ‘doctae’) 2 P. 1,16.*

σοφός 3. *sapiens*; 1) *in aliqua arte vel negotio bene versatus, peritus*: *σοφὸς ἀρχιτέκτων* 1 C. 3,10; ib. 6,5. [σ. κυβερνήτης Pind., *σοφία τέκτονος* Il. 15, 412] — 2) *humanā scientiā et doctrinā modo haud vulgari imbutus, praesertim philosophiā et facundiā*: R. 1,14, 22. 1 C. 1,19 s., 27; *clarior*: *σοφὸς κατὰ σάρκα ‘sapientiā mere humanā prae-ditus’* 1 C. 1,26; *cum eadem idea sapientiae mere humanae* Mt. 11,25. L. 10,21. 1 C. 3,19 s. [Pind. ss.] — 3) *sapiens* sensu ethico, religioso, supernaturali: *prudens, cautus, qui secundum principia ac lumina fidei et gratiae agit, rerum ordinis supernaturalis gnarus ac peritus*: R. 16,19 (opp. ἀκέραιος). E. 5,15 (opp. ἄσοφος). 1 C. 3,18 (opp. μωρός). Ja. 3,13 (c. synon. ἐπιστήμων); *in specie: qui habet quoddam charisma sapientiae* i. e. perfectorem quandam cognitionem altiorum fidei mysteriorum (cfr. 1 C. 12,8) Mt. 23,34. — 4) *sensu absoluto ac perfecto Deus dicitur σοφός* R. 16,27. 1 C. 1,25. 1 T. 1,17 r. Ju. 25 r.*

✗**Σπανία**, ας, ή *Hispania* R. 15,24,28. [1 Mach. 8,3 cA. DSic. 5, 37. Ath. 657 f; — ‘Ισπανία codd. minusc. Strab. Ptol.]*

σπαράσσω, ao. ἐσπάραξα: 1) *huc illuc violenter traho (hin- und herzerren), distor- queo ac si velim discerpere: τινά* Mr. 1,26; 9,20 v., 26. L. 9,39. [τὰς γνάθους Aristoph. ran. 424; DSic. Plut.] — 2) *distorquendo discerpo*. [Eur. Plut.]*

σπαργανώω, ao. ἐσπαργάνωσα, pf. P. ἐσπαργάνωμαι (*σπάργανον* ‘fascia qua infans involvitur’, a σπάργω ‘pannis involvo’) *fasciis involvo* infantem L. 2,7, pass. 2,12. [Hipp. Aristot.]*

✗**σπαταλάω**, ao. ἐσπατάλησα (*σπατάλη* ‘vita luxuriosa’ in *victu et ornatu*): *luxuri- rose vivo, voluptatibus indulgeo* 1 T. 5,6.

Ja. 5,5. [Pol. 37, 4, 6; Ez. 16,49. Sir. 21, 18 al.]*

σπάω, ao. M. ἐσπασάμην: *traho, pro-, ex-traho* ets.; — med. *meum aliquid extraho*: μάχαιραν ‘suum gladium’ Mr. 14,47. A. 16,27 [Od. 22, 74; Xen.]*

σπεῖρα, ✗ης [inscr. ; pRain. 18, 1, pOx. 477, 3 al.; Bl. § 7, 1, Mayser 12], ή 1) *spira, res convoluta aut contorta*. — 2) ✗*σπεῖραι* vocantur *catervae seu manipuli militum in quos exercitus dividitur, majores minoresve* [Jdth. 14,11. 2 Mach. 8,23; Pol. ss.]; — ubi de exercitu Romano agitur, *σπεῖρα* est a) i. q. *manipulus, tertia cohortis pars* [τρεῖς σπείρας vocari χοόρτιν ait Pol. 11, 23, 1; *σπεῖρα* · σύνταγμα διακοσίων ἀνδρῶν Zonaras lex. ; item fort. CIG. 6771, 6 s., ubi ‘chiliarchus cohortis (χοόρτ.)’ et πραιφέκτος σπείρης distinguuntur]; — b) i. q. †*cohors* militum 500—600, in copiis auxiliaribus usque ad 1000, unde is qui ei *praeest* vocatur *χιλίαρχος*: A. 21,31; nominatim mentio fit σπείρης τῆς χαλουμένης Ἰταλικῆς A. 10,1 et σπείρης Σεβαστῆς 27,1; quia Hierosolymis erat σπεῖρα, milites Romani poterant dici ή *σπεῖρα* (= οἱ ἀπὸ τῆς σπείρης ‘cohortales’), etiam sicubi solum pars cohortis aderat, J. 18,3,12, quin etiam ὅλη ή *σπεῖρα* ‘omnes (in praetorio) cohortales’ Mt. 27,27. Mr. 15,16. [cfr. A. 12,5 β Bl.: Petrus in carcere ἐτηρεῖτο ὑπὸ τῆς βασιλικῆς σπείρης]*

σπείρω, ao. ἐσπειρα, pf. P. ἐσπαρμαι, ao. P. ἐσπάρην: *sero, vulg. semino*; 1) *sensu proprio*: a) *absolute: semen spargo, sementem facio*: Mt. 6,26; 13,3 s. Mr. 4,3 s. L. 8,5; 12,24; δ σπείρων *seminator* Mt. 13,3,18 (v. l. σπείρας) Mr. 4,3. J. 4,36 s. 2 C. 9,10. — b) *seq. accus. seminis sparsi: sero* Mt. 13,24-39 compluries, L. 8,5. 1 C. 15,36 s., pass. Mr. 4,31 s. — c) *seq. accus. agri: sero agrum, con-, obsero: besäen:ensemencer* [Hdt. Xen. al.]; haec construc-tio subest locis Mt. 13,19 ss. Mr. 4,16 ss., de quibus v. nr. 2. — 2) *in variis pro-verbiis, parabolis, metaphoris: a) opus ejusque meritum inter se comparantur ut sementis ac messis G. 6,7 s., ubi, quia agris diversis diversa semina correspon-dent, εἰς τὴν σάρκα σπείρειν ‘in agrum carnis seminare’ dicitur is qui opera car-nis, peccata, perficit, qui vero bona peragit,*

εἰς τὸ πνεῦμα ‘in agrum spiritūs’: Ja. 3,18; in specie de operibus beneficentiae 2 C. 9,6 σπείρειν φειδομένως ‘parcum esse in operibus beneficentiae’, σπείρειν ἐπ’ εὐλογίας ‘large benefacere’ (cfr. art. εὐλογία 6). — b) verbi Dei in animos hominum insertio, labores apostolici sementi comparantur J. 4,36 s.; σπείρειν τὰ πνευματικά τινι bona ordinis spiritualis cum alqo. communicare 1 C. 9,11; verbum Dei seritur in corde hominis Mr. 4,14 s., parall. Mt. 13,19; δ σπαρεὶς παρὰ τὴν δδόν (cfr. 1 c) ‘is qui consitus est juxta viam’ = is in quo (ceu agro) conserendo semen cecidit juxta viam (seu = is cui competit praedicatum: ‘seritur juxta viam’) Mt. 13,19, sim. 13,20,22. Mr. 4,16,18,20. — c) corpus humanum moriens ac sepultum cum spe resurrectionis futurae comparatur semini terrae commisso 1 C. 15,42-44. — d) ‘metere ubi (Luc.: quod) non sevit’ dicitur homo qui aliorum laboribus et industriā ditescit Mt. 25,24,26. L. 19,21 s.

†σπεκουλάτωρ, ορος (t. cr.) vel ωρος (t. r.), δ *speculator* (sec. paucissimos codd. lat. «*spiculator*»); sic vocabatur minister vel miles qui adhibebatur ad rem observandam [Caes. Cic.], nuntium aliquo perferendum [Suet.], supplicium ab alqo. sumendum [Seneca de ira 1, 18, 4; de benef. 3, 25; Athan. M 25, 261 d, mart. Pauli V; aliquotiens in targumim רְאַתְּנָה פֶּשֶׁת]: Mr. 6,27.¹

σπένδω *libo, libamentum offero, liquorem in honorem numinis effundo* [Hom. ss. LXX]; metaphorice: σπένδομαι = ‘sanguis meus in honorem Dei effunditur’ i. e. martyrium subeo, violentā morte religionis causa abripior Ph. 2,17. 2 T. 4,6.*

σπέρμα, ματος, τό (σπείρω) *semen*; 1) sensu proprio: *semen plantae* Mt. 13, 24,27. Mr. 4,31. 1 C. 15,38 al. — 2) sensu metaphorico: a) *pauci quidam relictī superstites ut ex iis nova generatio hominum oriatur* R. 9,29 ex Is. 1,9, ubi hebr. ‘superstites’ [Sap. 14,6 superstites arcā servati in diluvio]. — b) *progenies, suboles, et quidem a) apud profanos potissimum nomen unitatis = natus, oriundus ex alqo. [tragg., ut Μεγαρεὺς Κρέοντος σπ. Aesch. Septem 474]; β) ap. LXX secundum hebr. γένη raro de uno filio, ut Gen. 4,25. 1 Sam. 1,11, persaepe sensu collectivo =*

suboles posteritas, posteri, ut Gen. 9,9; 15, 5,13,18. Ps. 20,11; γ) itidem in NT universim sensu collectivo: suboles, posteritas, posteri; τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ‘Abrahamo et ejus posteris’ L. 1,55; Mr. 12,22. J. 7,42; 8,33,37. A. 7,5 s. R. 4, 13,16 al.; ἐκ σπέρματος Δαυείδ ‘unus de numero posteriorum Davidis’ R. 1,3. 2 T. 2,8; εἰς καταβολὴν (q. v.) σπέρματος H. 11,11; ἔχειν σπέρμα ets. Mt. 22,25. Mr. 12,20 ss.; (ἔξ-)ἀναστῆσαι (q. v.) σπέρμα τινί Mt. 22,24. Mr. 12,19. L. 20,28; ἐν τῷ σπέρματι σου A. 3,25 e Gen. 22,18 ‘in posteris tuis’, sc. per quos reliquae gentes salutis Messianae participes exsistent: potest dici pollicitationis Abrahamo factae sensum vaticinio Ps. 71 (72),17 aliisque ejusmodi ita magis determinatum esse, ut nomine ‘seminis Abrahae’ Messias rex designetur; G. 3,16 Paulus e Gen. 13,15 vel 17,8 ex evitato in vaticinio vocabulo multitudinis (ut: ‘filii’) adhibitoque nomine collectivo (‘semen’) concludit ad quandam posteritatis Abrahae unitatem, quam illi habebunt Messiae uniti seu quatenus cum suo Messia erunt Christus mysticus (v. Cornely, Lightfoot in l. c.); de filiis Abrahae spiritualibus (per fidem) R. 4, 16,18; 9,8. G. 3,29; τὸ σπέρμα αὐτῆς Ap. 12,17 sunt Ecclesiae filii, Christiani. — c) σπέρμα Θεοῦ in justo manens eumque a peccato gravi praeservans est id quod eum facit filium Dei seu nativitas supernaturalis qua ex Deo renatus est, 1 J. 3,9.

σπερμολόγος 2. (σπέρμα λέγων) *semen colligens, victitans seminibus in via aut platea sparsis* [de ave, Ath. 388 a]; — substantive: δ σπ. a) *quaedam avis, cornix aut monedula* [Aristoph. Aristot.]; — b) *contemptim ita vocatur mendicus, parasitus, nugator, scurra* [σπ., περίτριμμα ἀγορᾶς Dem. 18, 127; DHal. epit. 17, 6; Ath. 344 c; neohell. σπ. ‘garrulus’; item usurpatur σπερμολογέω, -γία, -γικός Plut. al.]: τί ἀν θέλοι δ σπ. οὗτος λέγειν A. 17,18, vulg. ‘seminiverbius’, syr. مَلِكُ الْفَوْحَى ‘verborum collector’ (quod est alibi psittaci epitheton: Payne-Smith II 1969).¹ σπεύδω, ao. ἔσπευσα: 1) transitive: *maturo, accelerō alqd., rei acquirendae vel in opus deducendae studeo, sollicite ago* [γάμον Od. 19, 136; Hdt. 1, 38; βίον

ἀθάνατον, ἀρετάν Pind.]: σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τ. Θ. ἡμέρας ‘accelerantes adventum diei Dei’ 2 P. 3,12, i. e. vestrā paenitentiā vitaequē sanctitate efficite, ut non jam necesse sit hunc diem propter Dei in vos misericordiam et patientiam differri (cfr. v. 9); vulg. ‘properantes in adventum . . .’, syr. ‘percupientes adventum . . .’ — 2) intransitive: *propero, festino* L. 2,16; 19,5 s. A. 22,18; seq. inf. fin. [class.] A. 20,16. [Hom. ss.]*

σπήλαιον, ου, τό *caverna, spelunca* J. 11,38. H. 11,38. Ap. 6,15; **σπήλαιον ληστῶν** Mt. 21,13. Mr. 11,17. L. 19,46 ex Jer. 7, 11. [Plat. al.]*

σπιλάς, ἀδος, ἡ (σπίλος: ἡ ‘rupes’, δ ‘macula’) 1) *rupes, scopulus* [Hom. ss.]; metonymice a quibusdam (etiam syr.) accipitur Ju. 12 = ‘homo aliis periculosus s. scandalosus’, sed cfr. nr. 2. — 2) *+macula*; hanc esse significationem vocabuli Ju. 12, patet ex loco parallelo (2 P. 2,13), ergo: οὗτοί εἰσιν οἱ (sc. δῆτες) σπιλάδες ‘hi sunt vestrarum agaparum maculae’. [eodem sensu in Orphicis, lith. 614: κατάστικτον σπιλάδεσσι πυρσῆσιν λευκαῖς τε.]¹

×**σπίλος** (WH., Bl. § 4, 2, Bailly; alii ī), ου, δ *macula* et quidem non *macula extrinsecus*, ut asperso liquore, sed *intrinsecus*, *vicio naturae*, *orta*, *qualis est len-tigo faciei, marmoris macula* (Schmidt 54, 7) [DHal. FlJ. ss.]; in metaphorica dictione E. 5,27; ita 2 P. 2,13 vocantur Christiani quorum vita vitiosa velut Ecclesiam commaculat.*

***σπιλώ**, pf. P. ἐσπίλωμαι ↑: *commaculo, contamino, polluo* [Sap. 15,4 contemp-tim de pingendis idolis; DHal. al.]; in metaphoris Ja. 3,6. Ju. 23 (v. χιτών) de maculis ordinis moralis.*

σπλάγχνα, ων, τά 1) *viscera* A. 1,18 [Hom. ss.]; nonnusquam i. q. *uterus* ma-tris aut *lumbi* patris [Aesch. Soph.]. — 2) *viscera habebantur et dicebantur pro sede affectuum commotionumque animi*, et quidem a) apud Graecos [tragg.] *ira* et *potissimum et amoris*; b) in SScria [hebr. מִתְּבָנָה, σπλάγχνα] Prov. 12,10, Sir. 30,7 solum de affectibus teneris amoris et commiserationis etc.: secundum nostrorum idiomatum *ingenium* bene vertitur in *cor*; **σπλάγχνα** ἐλέους L. 1,78 et *οἰκτιρμοῦ* C. 3,12 (genet. qual.) ‘animus misericors’;

σπλ. καὶ *οἰκτιρμοί* ‘cor et commiseratio’ hendiadyoen Ph. 2,1; τὰ σπλ. αὐτοῦ εἰς ὑμᾶς ἔστιν ‘cor ejus erga vos (propensum) est’ 2 C. 7,15; ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν ‘in cordibus vestris’ 2 C. 6,12; ἐν σπλ. Χριστοῦ Ἰησοῦ ‘in corde Christi J.’ = secundum exemplum amoris Christi Ph. 1,8; *χλείειν* τὰ σπλ. ἀπό τινος ‘cor suum ab alqo. (qui velut aditum petit) claudere’ 1 J. 3,17; ἀναπαύειν τὰ σπλ. τινός ‘alcs. animum recreare’ atque a sollicitudine liberare Phm. 20, passive 7; ib. 12 Paulus Onesimum vocat τὰ ἐμὰ σπλάγχνα prob. = τὸ ἐμὸν τέχνον 10 [parentes latine ‘viscera sua’ appellant suam prolem, Ovid. Curt. ValerMax., quin etiam sui ingenii fetum, i. e. libros a se conscriptos, Quintil.].*

†**σπλαγχνίζομαι**, ao. ἐσπλαγχνίσθην ↑ (fort. etymologica imitatio verbi hebr. et aram. מִתְּבָנָה): *visceribus commoveor*, i. e. *misericordiae affectus in animo meo exortitur, commiseresco*: abs. Mt. 18,27; 20,34. Mr. 1,41. L. 10,33; 15,20; seq. ἐπί τινι Mt. 14,14 cr. Mr. 6,34 r. L. 7,13 v., ἐπὶ τινα ‘erga alqm.’ Mt. 14,14 r.; 15,32. Mr. 6,34 cr.; 8,2; 9,22. L. 7 13 Tdf., περὶ τινος Mt. 9,36. [Clem. Ro., Herm., al.; 2 Mach. 6,8 *σπλαγχνίζω ‘viscera victimae immolatae comedo’].

σπόργος, ου, δ *spongia* Mt. 27,48. Mr. 15,36. J. 19,29.*

σποδός, οῦ, ἡ *cinis* H. 9,13; ἐν σποδῷ ‘cinere conspersi’ more lugentium in Oriente Mt. 11,21. L. 10,13. [Hom. ss.]*

σπορά, ἄς, ἡ (σπείρω) 1) *satio, semi-natio*. [Theophr.] — 2) *procreatio filiorum*; passive *ortus, origo* [tragg.]: itane 1 P. 1,23? — 3) i. q. *σπέρμα semen* [Eur. Andr. 637; 1 Mach. 10,30]; propter adjectiva addita hōc sensu vox accipi solet 1 P. 1,23 ‘non ex semine etc.’, ita ut voce seminis idem fere significetur quod 1 J. 3,9 (v. *σπέρμα* 2 c.).¹

σπόριμος 2. (σπείρω) *qui conseri solet, consitus*, v. gr. *ager* [Xen. al.]; — †substantive τὰ σπόριμα *sata* (vulg.), *arva consita, segetes* Mt. 12,1. Mr. 2,23. L. 6,1.*

σπόρος, ου, δ (σπείρω) 1) *satio*. — 2) *semen* [Theocr. LXX] Mr. 4,26 s. L. 8,5,11. 2 C. 9,10 a; metaphorice 2 C. 9,10 b = *opes* *quas aliquis pauperibus distribuit* (cfr. σπείρω 2 a).*

σπουδάζω, ft. [×]σπουδάσω, αο. ἐσπούδασσα (σπουδή): *serio ac sollicite studeo alci. rei, sollicite id ago ut* [tragg. Plat. al.]: σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἐνότητα τοῦ πνεύματος E. 4,3; item c. inf. fin. G. 2,10. 1 Th. 2, 17. 2 T. 2,15; 4,9,21. T. 3,12. H. 4,11. 2 P. 1,10 (He. ἴνα . . ποιεῖσθαι, abruptâ constructione); 3,14; seq. acc. c. inf. σπουδάσω ἔχειν δυᾶς τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι ‘operam dabo ut vos possitis horum reminisci 2 P. 1,15; — sequente inf^o verbi veniendi, ad significationem *festinandi* ita accedit, ut a nonnullis ita accipiatur et vertatur 2 T. 4,9,21. T. 3,12, in vulg. etiam 1 Th. 2,17. H. 4,11.*

σπουδαῖος 3. (σπουδή) 1) *sedulus, studiosus, industrius, sollicitus, diligens* 2 C. 8, 22 a; — compar. -ότερος 2 C. 8,17 (hic sensu superlativo: Bl. § 44, 3), 22 b. — 2) [×]*festinus, velox* [Poll.]*

σπουδαίως ↑ adv. 1) *sedulo, diligenter, enixe, cum magna cura* ets. L. 7,4. 2 T. 1,17 cr. T. 3,13; — compar. (= superlat.: Bl. § 44, 3) *σπουδαιότερον, cA -οτέρως* 2 T. 1,17 r. [Xen. Plat. al.] — 2) †*propero, festinanter* [Poll.]; compar. -οτέρως Ph. 2,28.*

σπουδῆ, ἡς, ἡ (σπεύδω) 1) *festinatio, properatio* [Hom. ss.]; μετὰ σπουδῆς ‘festinanter’ Mr. 6,25. L. 1,39. — 2) *studium, diligentia, sollicitudo* [Pind. tragg. ss.; Hom. σπουδῆ *vix*, ἀτερ σπουδῆς nullo negotio, facile]: δι προϊστάμενος ἐν σπουδῇ sc. προϊστάσθω R. 12,8 (v. προϊστημι, med., 3); R. 12,11. 2 C. 7,11; 8,7 s. (genet. subj.); σπ. ὑπέρ τινος ‘sollicitudo pro alqo.’ 2 C. 7,12; 8,16; σπουδῆν ἐνδείκνυσθαι H. 6,11 (seq. πρός τι), παρεισφέρειν 2 P. 1,5; σπουδῆν ποιεῖσθαι [Plat. Isocr. al.] = σπουδάζειν, seq. inf. Ju. 3.*

σπυρίς, ἶδος, ἡ *sporta, canistrum*, potissimum spora tenuior aut elegantior in qua esculenta conduntur [Hdt. 5, 16; Ath. 365 a]: Mt. 15,37; 16,10. Mr. 8,8, 20. A. 9,25 — WH. σφυρίς (cfr. κόφινος).*

στάδιον, ου, τό, plur. στάδιοι (Kühner³ I p. 500) et στάδια (J. 6,19 Tdf.): *stadium*; 1) mensura quaedam distantiarum, quae aequabat 600 pedes, sed pedes variis pro varietate locorum et temporum (I. Müller, Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft I p. 838 et 865); stadium Romanum erat 125 passuum =

185 metrorum, Atticum = 177,5 metrum, Ionicum 210 metrorum: Mt. 14,24. L. 24,13. J. 6,19; 11,18. Ap. 14,20; 21,16. — 2) locus certaminum publicorum: 1 C. 9,24.*

στάμνος, ου, ἡ (et δ) *diota, amphora (vinaria)*: Krug: *cruche; urna* [Aristoph. al.] H. 9,4 sec. Ex. 16,33 de vase in quo manna asservabatur.¹

[×]**στασιαστής**, ου, δ (στασιάζω ‘seditio-nem moveo’) i. q. στασιώτης *seditionis vel auctor vel particeps, seditiosus* Mr. 15,7 cr. [DHal. FlJ.]¹

στάσις, εως, ἡ (ἴστημι, ἴσταμαι) 1) *sta-tio, status, condicio hominis vel rei stantis* [Plat. Pol.]; ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἔχούσης στάσιν ‘quamdiu anterius tabernaculum adhuc consisteret, vel: exsisteret’ (germ. ‘Bestand haben, bestehen’) H. 9,8. [Pol. 4, 41 μονὴν καὶ στάσιν ἔχειν, 5, 5 τῶν ἐτησιῶν ἥδη στάσιν ἔχοντων ‘etesiis jam exsistentibus’ i. e. flantibus] — 2) *se-ditio*: Mr. 15,7. L. 23,19,25. A. 19,40. [Hdt. al.] — 3) in colloquio: *controversia, alter-catio* A. 23,7,10; στ. καὶ ζήτησις A. 15,2; κινεῖν στάσεις (t. r. στάσιν) τισίν ‘excitare controversias’ c. dat. incommodi = facere ut aliqui inter se habeant controversias A. 24,5. [Aesch.; στ. γλώσσης, λόγου Soph.]*

στατήρ, ἥρος, δ *stater, nummus quidam*; a) *nummus aureus* [Hdt. Xen. al.]; b) *nummus argenteus aequans valore 1 τετράδραχμον = 4 δραχμάς = 3,13 marcas = 3,90 francs* (Hagen III 557); sed sec. aliquos auctores stater Judaeorum, de quo in NT, solum aequabat tetradrachmum valoris Tyrii, i. e. marcas 2, 61 (v. Hultsch, Metrologie p. 212, Anm. 2 et p. 604); fuit igitur hic stater idem quod siclus sacer: Mt. 17,27. [Aq. Symm. = ἥρη]¹

σταυρός, οῦ, δ 1) *palus erectus, prae-acutus*, qualibus ad claudendos hortos, sustinendas vites ets. utebantur. [Hom. ss.] — 2) *crux*, i. e. a) *palus erectus cui commissum est lignum transversum* (hac formā T vel †, nonnunquam X), *cui affi-gebantur mortis rei, praesertim mancipia, latrones, seditiosi; Jesus affixus est cruci*: Mt. 27,32,40,42. Mr. 15,21,30,32. L. 23,36. J. 19,17,19,25,31. C. 2,14; μέχρι θανάτου σταυροῦ ‘usque ad mortem in cruce sub-eundam’ Ph. 2,8; αἷμα τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ

'sanguis in cruce ab eo effusus' C. 1,20; a more quo cruciarii suam ipsi crucem ad locum supplicii portare cogebantur, petiae sunt Christi sententiae: λαμβάνειν, ἄραι, βαστάζειν τὸν αὐτοῦ σταυρὸν Mt. 10, 38; 16,24. Mr. 8,34; 10,21 r. L. 9,23; 14,27, quae significant, ut cruciarius ipse tollat portetque crucem totâque viâ ludibrio, risui, exsecrationi, vexationi multitudinis spectantis expositus sit, ita genuinum Christi discipulum, si fidem virtutemque christianam teneat et sequatur, a simili sorte nec exemptum fore nec abhorrere debere. — b) *crux Christi* i. e. sacra ejus passio et mors, supplicium illud crudele atque ignominiosum quod Redemptor subiit, per quod salutem consecuti sumus: ὑπομένειν σταυρὸν H. 12,2; σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ offendio Judaeorum ex Messia tam mortem perpresso G. 5,11, e contrario καυχᾶσθαι ἐν τῷ σταυρῷ κτλ. G. 6,14; τῷ σταυρῷ διώκεσθαι persecutionem pati propter (fidem in) Messiam ignominiose cruci affixum G. 6,12; 1 C. 1,17 s. ('praedicatione de Christo crucifixo'). E. 2,16; ἐγθῆσθαι τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ 'inimici crucis Christi' Ph. 3,18 sunt qui a consortio hujus crucis in abnegatione vitiorum ac voluptatum posito abhorrent.*

σταυρώω, ft. σταυρώσω, ao. ἐσταύρωσα, pf. P. ἐσταύρωμαι, ao. P. ἐσταύρωθην †: 1) *palos figo, palis fixis munio locum* [Thuc.]. — 2) *in crucem ago*, vulg. *crucifigo*: a) sensu proprio: passim per evangelia, ut Mt. 20,19; 23,34; 26,2; 27,22 ss. al.; porro A. 2,36; 4,10. 1 C. 1,13,23; 2,2,8. 2 C. 13,4. G. 3,1. Ap. 11,8; Christus dicitur (ό) ἐσταυρωμένος; Mt. 28,5. Mr. 16,6. 1 C. 1,23; 2,2. G. 3,1, quod ptc. pf. innuit id quod Christo ex tolerata crucis morte *mansit* et *inhaeret*, sc. gloria, meritum, demonstrata divina ejus caritas ex una parte, ex altera parte inusta ei nota ignominiae et maledicti. — b) metaphorice: quicumque sunt Christiani, quando baptismum subierunt, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν κτλ. G. 5,24 'carnem cum vitiis et concupiscentiis crucifixerunt', i. e. die baptismatis vetus homo cum Christo mortuus et sepultus est, ut novus homo supernaturalis cum Christo resurgeret (cf. 2,19 s. R. 6,2 ss.; 7,1 ss.); δι' οὐ (sc. σταυροῦ) ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται κάγῳ κόσμῳ

G. 6,14 'per Christi crucem (i. e. per sacram passionem et mortem, cuius per baptismum mystice consors factus sum) mihi mundus (homines mundani resquemundanae omnes) crucifixus est et egomundo', i. e. prorsus inter nos separatus, ut vivi a mortuis, ita ut nil vitae meae ad eum pertineat, egoque illum profami exsecrer et vice versa (v. Cornely in l. c.).

σταφυλή, ης, ή *uva* Mt. 7,16. L. 6,44. Ap. 14,18.*

στάγνος, υος, δ *spica* Mt. 12,1. Mr. 2, 23; 4,28. L. 6,1.*

Στάγνος, υος, (forma hypocoristica = Εὔσταγνος) *Stachys* R. 16,9.¹

Συγέμ, (Μεσσήν) vulg. *Sichem*: 1) ὁ *Sichem*, filius Hemor, principis urbis Sichem (fortasse ab ejus abavo cognomini urbs Sichem nomen traxit), cfr. Gen. 34,2; ‘*Εμμώρ τοῦ Σ.* A. 7,16 cDH. t. r. He. ‘*E., patris Sichem*’ (v. ὁ VI a). — 2) ἡ *Sichem*, urbs Samariae, ad montem Hebal sita, postea Neapolis, hodie Nâbulus appellata: A. 7,16 a; in Tdf. WH. Br. sec. cñABCE ibid. secundo loco legitur (τοῦ) ἐν Συγέμ. De re v. Knabenbauer in l. c.*

σφαγή, ἡς, ἡ (*σφάζω, σφάττω*) *mactatio, occisio, praesertim animalium* [tragg. Xen.]: A. 8,32 ex Is. 53,7; πρόβατα σφαγῆς ‘*oves caedi destinatae*’ R. 8,36 e Ps. 43,23; Ja. 5,5 ventres vestros saginastis ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς (t. cr.) ‘*die mactationis*’ sc. *vestrae*, i. e. jamjam imminentे vobis punitione [cfr. Jer. 12,3], t. r. ὡς ἐν ἡ. σφ. ‘*ut saginare se solent homines*’ die mactationis’ seu laetioris convivii; cfr. etiam Estium in l. c.*

σφάγιον, οὐ, τό ↓ *hostia, victima* quae occiditur: A. 7,42 ex Am. 5,25 = Μεσσήν. [Hdt. al.]¹

σφάζω (att. *σφάττω*), ft. *σφάξω*, ao. *ἐσφάξα*, pf. P. *ἐσφαγμαί*, ao. P. *ἐσφάγην*: *macto, occido animal, victimam* [Hom. ss.], *hominem* [Pind. tragg. al.]: τινά 1 J. 3,12. Ap. 6,4, pass. Ap. 5,9; 6,9; 18,24; de Agno mactato, *symbolo Christi*, Ap. 5,6

(ώς ἐσφαγμένον i. e. *praebebat speciem agni mactati, cernebantur fortasse vulnera*; ὡς II 3 b); 5,12; 13,8; κεφαλὴ ὡς ἐσφαγμένη εἰς θάνατον ‘*caput quod ad mortem jugulatum videbatur*’ Ap. 13,3.*

σφόδρα adv. (*σφοδρός* ‘*vehemens*’) *vehementer, valde, magnopere* [Pind. Hdt. ss.]; adjungitur verbis Mt. 17,6,23; 18,31; 19,25; 26,22; 27,54. A. 6,7, adjectivis Mt. 2,10. Mr. 16,4. L. 18,23. Ap. 16,21. Ex usu linguarum semit. ubique suo vocabulo aut enuntiato postpositum est.*

σφοδρῶς adv. (*σφοδρός*) *vehementer* A. 27,18. [Hom. ss.]¹

σφραγίζω, ao. *ἐσφράγισα*, pf. P. *ἐσφράγισμα*, ao. P. *ἐσφραγίσθην* ↓: *sigillo munio, obsigno*; a) tutandi s. claudendi causa: *sigillo clando*: λίθον Mt. 27,66; absolute: *ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ* sc. *ostium abyssi* Ap. 20,3. [litteras, Eur.; portam, lapidem, Bel. 11, 14. Dan. 6,17] — b) occultandi causa: *includo, abscondo, reticeo*; μὴ σφραγίσης τοὺς λόγους κτλ. Ap. 22,10; e contrario 10,4 σφράγισον ἀ ἐλάλησαν, καὶ μὴ αὐτὰ γράψῃς [ἡμέρας ἐσφράγισαν ἔστι τούς ‘*interdiu se domi includunt*’ Job 24,16; σφρ. ἀμαρτίας Dan. 9,24, λόγους σιγῇ Stob.] — c) notandi et distinguendi causa: *sigillo impresso alqm. noto*: τοὺς δούλους τ. Θ. ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν Ap. 7,3, servi Dei signo fronti impresso distinguuntur ab impiis perniciei destinatis (cfr. Ez. 9,4 ss. E. 4,30); *ἐσφραγισμένοι* Ap. 7,4-8, in t. cr. solum quater. [δεινοῖσι σημάντροισι *ἐσφραγισμένοι* Eur. Iph. T. 1372] — d) attestandi ac confirmandi causa: *consigno* alqd., ut litteras quarum genuinitatem et veritatem extra dubium positam esse volo;

— metaphorice: qui Christi testimonium accepit, *ἐσφράγισεν*, δτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν eo ipso ‘*attestatus est Deum esse veracem*’ J. 3,33; σφραγίζειν (2 C. 1,22 - ζεσθαι) τινά ‘*alqm. comprobare*’, sc. miraculis, charismatis ets., ut legatum divinum J. 6,27, ut verum ac genuinum apostolum 2 C. 1,22, ut filium adoptivum Dei caelique heredem E. 1,13; 4,30; σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον R. 1,5,28 quando eis hunc fructum [sc. eleemosynas ecclesiarum] *obsignavero*’, i. e. attulero et ipse meo testimonio confirmavero: de aliis explicandi modis v. Cornely in h. l., Deißmann, nB. 65.*

σφραγίς, ἰδος, ἡ 1) *sigillum*, atque imprimis illud sigillum quo liber scriptus sive volumen, filo circumligatum, claudebatur (cfr. Th. Birt, die Buchrolle in der Kunst, p. 243; ubi adnotatur testamenta clausa esse sigillis septem): Ap. 5,1 s., 5, 9; 6,1,3,5,7,9,12; 8,1. [tragg. Thuc. ss.] — 2) *×illud instrumentum quo alqd. obsignatur, ut anulus signatorius* Ap. 7,2. [Aristot. al. LXX] — 3) *imago seu litterae sigillo impressae* [Hdt. al.]; impressa lapidi inscriptio 2 T. 2,19; impressum frontibus servorum Dei signum seu nomen Ap. 9,4, cfr. 7,2 s.; 14,1. — 4) metaphorice: *id quo alqd. probatur vel confirmatur, «signaculum»*; cum genet. rei comprobatae R. 4,11. 1 C. 9,2.*

†**σφυδρόν** in t. cr. = σφυρόν, q. v. [Hesych. σφυδρά· ἡ περιφέρεια τῶν ποδῶν]

σφυρίς, ἰδος, ἡ apud WH. = σπυρίς, q. v.

σφυρόν, οῦ, τό 1) *talus*: *Fußknöchel*: cheville du pied [Hom. tragg.]; 2) *calx, calcaneum*: *Ferse*: *talon* [Eur. Alc. 586; Pind. Opp.]: A. 3,7 r.; vg. ‘plantae’, syr. ‘calces’, arm. ‘tibiae’, slav. ‘tali’.¹

σχεδόν adv. (v. ἔχω III) *prope*; 1) de loco, tempore, generis propinquitate: *prope, cominus, propediem* ets. [Hom. ss.] — 2) *propemodum, ferme, paene*: σχ. πᾶς ‘paene totus’ A. 13,44; 19,26; σχ. πάντα ‘paene omnia’ H. 9,22. [tragg. Xen. Plat.]*

σχῆμα, ματος, τό (ἔχω II) *habitus*; imprimis significatur rei personaeve *forma, figura, externa species*, quae in eodem subjecto varia esse potest et varium aspectum praebet: — 1) *rei figura, externus habitus, species*: παράγει τὸ σχ. τοῦ κόσμου τούτου ‘transitoria est hujus mundi figura’ 1 C. 7,31. [varia sunt σχήματα oris in pronuntiandis diversis litteris: Arist., vultūs pro diversitate affectuum: Plat., dictioonis in oratore: Arist., morborum: Hippocr. etc.] — 2) *hominis externa species et figura*, qualem gestus, vultus, sermo, membrorum habitus, vestis efficit, et ex qua etiam animus et mores cognoscuntur: Logos incarnatus est, σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἀνθρωπὸς ‘externā specie inventus est ut homo’ i. e. apparuit ac fuit omnino talis qualis ceteri homines, ergo verus homo, Ph. 2,8. [σχῆμα παρέχειν λυπουμένων ‘unguentum speciem prae se ferre’, ἐν σχήματι

νοσοῦντος ‘aegroti speciem prae se ferens’, ἐν ἵδιωτῶν σχήματι ‘ut homo privatus vestitus’ Hdn.; Commodus imperator, cum gladiatorem ageret, suam dignitatem dishonestavit αἰσχίστῳ σχήματι, id.; Ζεὺς ἐτέρου τινὸς ὑποκρίνεται σχῆμα, Lucian.]*

σχίζω, ft. σχίσω, ao. ἔσχισα, ao. P. ἔσχισθη: *scindo, diffindo*; 1) *proprietate*: Mt. 27,51 et Mr. 15,38 add. εἰς δύο [εἰς δύο μέρη Pol. 2, 16, 11]; L. 5,36; 23,45. J. 19, 24; 21,11; *caelum sec. speciem scissum est* Mr. 1,10. — 2) *σχίζομαι* tropice: *dissideo, discordor* A. 14,4; 23,7 [itidem Xen. conv. 4, 59 ἔσχισθησαν, καὶ οἱ μὲν οἱ δὲ κτλ.].*

σχίσμα, ματος, τό ↑ 1) *scissura, fissura*; in veste Mt. 9,16. Mr. 2,21. [Aristot.] — 2) trop.: †*dissidium, dissensio* J. 7,43; 9,16; 10,19. 1 C. 1,10; 11,18; 12,25: in NT significatur tale dissidium, quod ad completam dissidentium divisionem nondum pervenit. [Herm. Barn. Didache al.]*

σχοινίον, ου, τό (*σχοῖνος* ‘funis’) *funiculus, funis* [Hdt. ss.] J. 2,15. A. 27,32.*

σχολάζω, ao. ἔσχολασα ↓: 1) *cunductor*. — 2) *a labore cesso, vaco*: a) *a labore quiesco, otior*. — b) *ab una re desisto s. abstineo ut alii incumbam*; σχ. τινὶ vaco rei, *incumbo in alqd.*: τῇ προσευχῇ 1 C. 7,5. [φιλοσοφίᾳ Len. macrob. 4; τῷ c. inf. Epict. 2, 14, 28] — 3) *de loco s. domo: vaco, vacuus sum, a nemine occupatus sum* [*σχολάζει τόπος* Plut., καθέδρα Julian., θέσις ‘muneris locus’ neohell.]; *daemon in domum revertens eam invenit ‘vacuam’* Mt. 12,44. L. 11,25 WH., i. e. nec a Deo nec ab ipso domūs possessore occupatam, invenit hominem qui suum animum nec Deo plene dedidit nec ab hoste maligno defendit.*

σχολή, ἡ, ἡ 1) *otium a labore*. — 2) *otium litteratum*, i. e. *otium quod litteris, philosophiae ets. impenditur, hinc occupatio litteraria, schola*. [Plat. Cic. Epict. Plut.] — 3) *×schola, locus ubi scholae habentur*: A. 19,9. [Plut. mor. 840 e; DHal. Cic. Epict.]¹

σώζω (de ω aut ω scribendo in formis hujus verbi cfr. Bl. § 3, 3, Kühner³ II p. 544, Bailly, lex. s. v.; etenim concurrent hic duo verba, σώζω [= σωτίω] et σώω [= σαώ], ft. σώσω vel σώσω, ao. ἔσωσα vel ἔσωσα, pf. σέσωκα vel σέσωκα,

pf. P. σέσωσμαι vel (A. 4,9 Tdf.) σέσωμαι, ao. ἐσώθην, ft. P. σωθήσομαι (derivatur ab adj° σῶς = σάος ‘salvus, incolumnis’): *salvum praesto, incolorem servo, ab interitu vel periculo vel morbo alqm. aut eripio aut praeservo, vulg. «salvo»* [Hom. ss.]; — in NT 1) a malo alqo. naturali *servo, libero, eripio alqm.*: a) *a morte praeservo alqm.* Mt. 8,25; 14,30; 24,22; 27,40, 42,49. Mr. 13,20; 15,30 s. L. 23,35,37,39. J. 11,12; 12,27. A. 27,20,31; Ψυχὴν σῶσαι ‘alcs. vitam servare’ Mr. 3,4. L. 6,9, τὴν ἔαυτοῦ ψυχὴν σῶσαι ‘se a morte servare’ Mt. 16,25. L. 17,33 r. He. Br.; e contextu σφέειν αὐτὸν ἐκ θανάτου = eum etiam mortuum resuscitando ex morte liberare H. 5,7. — b) *a morbo libero alqm.* Mt. 9, 21 s. Mr. 5,28,34; 6,56; 10,52. L. 8,48; 17, 19; 18,42. A. 4,9; 14,9. Ja. 5,15, ab ob- sessione diabolica L. 8,36. — c) *salvum educo alqm. ex loco: λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου Ju. 5. [Pl. Gorg. 511 d]* — 2) in ordine supernaturali: *ab aeterno interitu ejusve periculo, a peccato ets. libero alqm.*: a) Deus per Filium suum, Filius Dei suā morte genus humanum *salvavit*: Mt. 1,21; 18,11. L. 19,10. J. 3,17; 12,47. E. 2,5,8. 1 T. 1,15. 2 T. 1,9. — b) mediis salutis a Deo singulis oblati, et ab hominibus adhibitis singuli hujus salutis participes fiunt, hīc in terris gratiae, olim gloriae; ita quidam σφέεσθαι *salvari* dicuntur Mt. 10,22; 19,25; 24,13. Mr. 10,26; 13,13; 16, 16. L. 8,12; 13,23; 18,26. J. 5,34. A. 2,21; 4,12; 11,14; 15,1,11; 16,30 s. R. 5,9 s.; 10,9, 13; 11,26. 1 C. 1,21; 3,15; 5,5; 10,33; 15,2. 1 Th. 2,16. 2 Th. 2,10. 1 T. 2,4,15. 1 P. 4, 18; active σφέειν τινά dicuntur Deus 1 C. 1,21. T. 3,5. Ja. 4,12, Christus H. 7,25, apostolus R. 11,14. 1 C. 9,22. 1 T. 4,16, conjunx conjugem 1 C. 7,16, fidelis alios Ja. 5,20. Ju. 23, doctrina fidei Ja. 1,21, baptismus 1 P. 3,21, fides L. 7,50; τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν ‘secundum spem (nondum re) salutis compotes facti sumus’ R. 8,24; οἱ σωζόμενοι ii qui salutis compotes fiunt’ L. 13,23. A. 2,47. 1 C. 1,18. 2 C. 2,15. Ap. 21,24 r.; σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης = separate vos ab his ne cum iis interreatis A. 2,40; — ambae significaciones (nrⁱ 1 et 2) occurunt in adagiis Mr. 8, 35. L. 9,24,56 r. Br., item in vaticinio typico R. 9,27.

σῶμα, ματος, τό corpus; 1) sensu proprio: *hominum animaliumque corpus*, a) *corpus exanime* [ita semper Homerus, saepe posteriores]: Mt. 14,12 r.; 27,58 s. Mr. 15, 43,45 r. He. L. 17,37; 23,52,55; 24,3,23. J. 19,31,38,40; 20,12. A. 9,40. H. 13,11. Ju. 9. — b) *corpus vivum*; Mt. 5,29 s.; 6,22. Mr. 5,9. J. 2,21 (genet. explic.). R. 1,24 al.; copulantur aut opponuntur inter se σῶμα et ψυχὴ Mt. 6,25; 10,28. L. 12,4, 22 s., σ. et πνεῦμα R. 8,10,13. 1 C. 7,34, πνεῦμα, ψυχὴ et σῶμα 1 Th. 5,23; *corpus ut instrumentum generandae prolis* R. 4, 19. 1 C. 7,4; — *corpus ut sedes vitae nostrae terrestris*: εἶναι ἐν σώματι ‘vitam agere his in terris’ hujusque vitae vi- cissitudinibus esse subjectum H. 13,3; ἐνδημεῖν ἐν τῷ σ., ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος = vivere, mori 2 C. 5,6,8; τὰ διὰ τοῦ σώματος merita tempore vitae ter- restris (διὰ I 2) acquisita 2 C. 5,10; Paulus, quo tempore sublimissimā ecstasi fruitus erat, fueritne tum suus animus ἐν σώματι an ἐκτὸς τοῦ σ., se ignorare dicit 2 C. 12,2 s.; — ἀπὼν τῷ σ. ‘corpore ab- sens’ 1 C. 5,3, ἡ παρουσία τοῦ σ. ipsius hominis praesentia 2 C. 10,10; — *corpus est subjectum eorum quae homo, praeser- tim adversa, experitur* 2 C. 4,10. Ph. 1,20; — *corpus, quatenus est peccati dominio subditum eique concupiscentiis indulgens servit, vocatur σ. τῆς ἀμαρτίας* R. 6,6; *corpus mortis spiritualis* (per peccatum) *pericolo expositum σ. τοῦ θανάτου* R. 7, 24; — *corpus Christi sensu proprio: sub specie panis eucharistici praesens* (opp. αἷμα, apud Johannem cap. 6 opponuntur inter se σάρξ et αἷμα) Mt. 26,26. Mr. 14, 22. L. 22,19. 1 C. 10,16; 11,24,27,29; *cor- pus Christi pro nobis passum* (vel passu- rum) et in mortem traditum R. 7,4. H. 10,5,10. 1 P. 2,24; ἐν τῷ σ. τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ‘in corpore suo carneo’ i. e. vero, materiali, mortali (σάρξ II 3) C. 1,22; τῷ σ. τῆς δόξης αὐτοῦ ‘corpori suo glorioso’ Ph. 3,21; de corpore Christi mystico v. infra, nr. 4. — c) metonymice: σώματα *mancipia* Ap. 18,13. [de captivis Dem. 480, 10, de mancipiis Pol. 12, 16, 5, pTebt. 286, 9; 407, 5 al.] — 2) *corpus plantae* 1 C. 15,37 s., *corpora siderum* ib. 40 a. [res tangibilis, extensa, materialis, Plat. pol. 288 d; *corpus physicum* aut

mathematicum, Aristot. passim] — 3) opponuntur inter se τὸ σῶμα *res ipsa adumbrata, antitypus* et σκιὰ τῶν μελλόντων *typus*, C. 2,17. [cfr. FlJ. in art. σκιά 2] — 4) *corpus Christi mysticum*, i. e. fideles ut membra cum Christo capite uniti unione vitali supernaturali cum eoque unam societatem seu familiam seu ecclesiam constituentes R. 12,5. 1 C. 10,16 s.; 12,13, 27. E. 1,23; 2,16; 4,4,12,16; 5,23,30. C. 1,18, 24; 2,19; 3,15.

σωματικός 3. † *corporeus, corporalis* [Aristot. ss.]; 1) universim: *ad corpus pertinens*: ἡ σ. γυμνασία ‘exercitatio corporis gymnica’ 1 T. 4,8. — 2) *corporis naturam seu qualitatem p[ro]ae se ferens*: σ. εἴδει ‘corporali specie’, visibili formâ L. 3,22.*

†**σωματικῶς** adv. † *modo corporali, corporaliter* [Plut. SEmp.]; in Christo κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σ. ‘inhabitat tota deitatis plenitudo corporaliter’, C. 2,9 i. e. aut (ita ut corpus opponatur adumbrationi, ut C. 2,17) = «vere, realiter et substantialiter», ut in mysterio eucharistico dicere solemus, non solum per imaginem aut ἐνέργειαν, — aut = ita ut deitas in Christo per Incarnationem corpus assumpserit: cfr. Estium et Justinianum in l. c.¹

Σώπατρος, οὐ, ὁ *Sopater*, filius Pyrrhi Beroensis, A. 20,4: is nonnullis idem fuisse videtur qui R. 16,21 dicitur Σωσίπατρος; v. Cornely in R. l. c. (cfr. Σω-[σι]χράτης, Σω[σι]τέλης etc. Pape, Wörterbuch der griech. Eigennamen.)¹

×**σωρεύω**, ft. *σωρεύσω*, pf. P. *σεσώρευμαι* (σωρός ‘acervus’): 1) *acervatim colligo, acervo* [Pol. ss.]; ἀνθρακας κτλ. R. 12,20 (v. ἄνθραξ). — 2) *locum impleo acervo rerum* [βωμοὺς λιβάνῳ Hdn. 4, 8, 20; Pol. 16, 8, 9]; hinc †de personis passive: *σεσώρευμαι ἀμαρτίαις* ‘peccatorum acervo oneratus sum’ 2 T. 3,6.¹

Σωσθένης, οὐς, ὁ *Sosthenes*; 1) archisynagogus Corinthi, rei christianaee adversarius, A. 18,17. — 2) quidam Pauli laborum socius (qui fortasse est ille idem archisynagogus, postea conversus), 1 C. 1,1.*

Σωσίπατρος, οὐ, ὁ *Sosipater*, Christianus, R. 16,21 commemoratus; cfr. Σώπατρος.¹

σωτήρ, ἥρος, δ (ap. poëtas etiam σωτήρ, a σάσω vel σώω = σώζω, q. v.) *servator*,

vulg. «*salvator*» [hoc titulo veteres viros de re publica bene meritos, deos, saepe etiam principes aliosque potentes appellabant, v. Wetstenium in L. 2,11 et Deißmann LvO. 266; inscr. Smyrn. saec. 3. a. Chr.: ὁ Θεὸς καὶ σωτὴρ Ἀντίοχος; — apud LXX = υἱός, saepe pro genet. qual. υἱός, πατέρι in formula ‘Deus salutis’]. — In NT σωτήρ appellatur 1) *Deus*, et quidem generatim σωτήρ ἡμῶν 1 T. 1,1; 2,3. T. 1,3; 2,10; 3,4. Ju. 25, ὁ Θεὸς ὁ σ. μου [Ps. 24,5; 26,9 al. = υἱός Λαζαρί ‘Deus, auctor salutis meae’, sc. qui salutis dona praeclarissima mihi confert] L. 1,47, σ. πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν qui omnes homines vult salvari, sed specialiter atque efficacius prospicit saluti fidelium, 1 T. 4,10. — 2) *Christus Dominus*: L. 2,11. A. 5,31; 13,23 (Israëli salvator, sed per Israël et cum Israël etiam ceteris). Ph. 3,20; est σ. τοῦ σώματος sc. corporis sui mystici, Ecclesiae E. 5,23, σ. τοῦ κόσμου J. 4,42. 1 J. 4,14; per modum formulae sollemnis fidem profitentis appellatur ὁ σ. ἡμῶν 2 T. 1,10. T. 1,4; 3,6, ὁ μέγας Θεὸς καὶ σ. ἡμῶν T. 2,13 [τῷ με. θεῷ σωτῆρι pMus. Br. 604 B l. 118], ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ σ. ‘Deus Salvatorque noster’ 2 P. 1,1, ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ σ. ‘Dominus Salvatorque noster’ 2 P. 1,11; 2,20; 3,18, sim. 3,2 (cfr. ὁ VIII 2).*

σωτηρία, ας, ἡ † extra NT *liberatio, conservatio, salus* ets. [tragg. Thuc. Plat. al.; LXX]; *incolumentas, status prosper, bona valetudo* [Xen. Plat. pap. LXX]; **victoria* [LXX = παντελής 1 Sam. 14,45. Hab. 3,8 al.]. — In NT 1) *salus, liberatio*, ut conservatio vitae in mortis periculo A. 27,34. H. 11,7; liberatio Israélitarum ex servitute aegyptiaca A. 7,25. — b) *salus Messiana*, quae est, si in sua consummatione spectatur, ipsa vita et gloria aeterna, in sua inchoatione in terra est in eo sita, ut homo remissis peccatis liber sit ab ira Dei et per gratiam sanctificantem jus habeat ad gloriam vitamque aeternam, quin etiam hanc certâ firmâque spe jam possideat (ita Cornely in R. 1,16); σ. ἐξ ἔχθρῶν ἡμῶν ‘salus qua ab inimicis nostris liberamur’ L. 1,71; σ. ψυχῶν salus qua hominum animi salvi fiunt 1 P. 1,9; κληρονομεῖν σωτηρίαν H. 1,14; κατεργάζεσθαι τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν Ph. 2,12; κέρας

(q. v.) σωτηρίας L. 1,69; genetivus obj. σωτηρίας passim, ut: γνῶσις σ. L. 1,77, ἔλπις σ. 1 Th. 5,8, ἔνδειξις σ. Ph. 1,28, εὐαγγέλιον τῆς σ. ὑμῶν E. 1,13, ὑμέρα σ. dies quo alci. salus offertur 2 C. 6,2, λόγος τῆς σ. A. 13,26, δόδος σ. via ad salutem A. 16,17, περιποίησις σ. 1 Th. 5,9; εἰς σωτηρίαν ‘ad salutem’ (sc. obtinendam, vel: alci. conciliandam) R. 1,16; 10,1,10. Ph. 1,19. 2 Th. 2,13. 2 T. 3,15; de salute completa potissimum, quam electis afferet secundus Christi adventus R. 13,11. 1 P. 1,5; — metonymice σωτηρία est ‘salvator’ A. 13,47 ex Is. 49,6, adminiculum s. opportunitas salutis acquirendae’ 2 P. 3,15: ἡγεῖσθαι τι σωτηρίαν ‘alqd. habere pro occasione salutis’, i. e. eᾶ re uti ad obtinendam salutem (cfr. ἡγέομαι 2); — in doxologiis Ap. 7,10; 12,10; 19,1 attribuitur acclamaturque Deo et Agno ἡ σωτηρία, i. e. Deus, Agnus salvavit nos.

σωτήριος 2. (σώω ‘salvo’, cfr. σώζω)
 1) *salutifer, salutaris* [σ. τινί Thuc. 7, 64; tragg.]: ἐπεφάνη ἡ χάρις τ. Θ. (ἡ t. r.) σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις ‘apparuit gratia Dei, omnibus hominibus salutifera’ T. 2,11. — 2) substantive *τὸ σωτήριον
 a) *id quo quis salvatur, salutis adminiculum* [Lcn. Jupp. trag. 18; saepe etiam apud LXX, ubi ‘salus’ vertitur, hoc vocabulo ea intellegi possunt quae Deus facit aut donat ad hominem salvandum]; b) **salus* [LXX pro ψυχῇ Ps. 11,6; 84,7. Is. 51,5; 61,10, pro נֶצַחַת Ps. 12,6; 13,8; 90,16. Is. 12,3; 51,6,8 al.]: salus Messiana per Salvatorem nobis data et in evangelio omnibusque salutis adminiculis oblata σωτήριον vocatur L. 2,30; 3,6. A. 28,28 (Is. 40,5). E. 6,17 (cfr. 1 Th. 5,8 et Is. 59,17).*

σωφρονέω, ao. ἐσωφρόνησα (σώφρων): *sanā mente sum*; 1) sensu proprio: *sanā mente utor, non insanio*: Mr. 5,15. L. 8,35 [Plat. de rep. 331 c opponit σ. et μαίνεσθαι, cfr. A. 26,5]; sim. 2 C. 5,13, ubi opp. ἐκστῆναι, de quo loco v. ἐξίστημι 2 b. — 2) sensu ethico: *mihi tempero, temperans sum, temperate me gero* [Plat. Xen.]; de temperantia ac moderatione in omni ratione vitae ac potissimum in cibo, potu, venere T. 2,6. 1 P. 4,7 (cfr. 4,3); — R. 12,3, ubi opp. ὑπερφρονεῖν, valet i. q. ‘juste modesteque de me ipso sentio’.*

σωφρονίζω i. q. σωφρονα ποιῶ ad sa-

nam mentem reduco, ad modestiam compono, et universim emendo, coērceo: in Zucht halten [Xen. Plat. al. neohell.]: seq. τινά et inf. †*doceo, adhortor* alqm. ad alqd., ad modestiam ac temperantiam: anūs ἵνα σωφρονίζωσιν τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, ... ἀγνὰς κτλ. ‘adolescentulas (nempe filias matrimonio junctas, nurūs ets.) hortentur ut maritos ament, ut sint castae etc.’ (syr. arm. slav.; minus clare vulg. ‘ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament,.. castas etc.’) T. 2,4.¹

***σωφρονισμός**, οῦ, δ \dagger 1) active: *alcs. ad sanam mentem reductio, correctio, monitio* [ἐπὶ σωφρονισμῷ ‘ut eos ad sanam mentem reducerent’ FlJ. bell. 2, 1, 3; ἐπὶ σ. τῶν ἄλλων Plut. Cat. maj. 5; Philo al.; neohell.]: ita Syrus vertit 2 T. 1,7. — 2) fort. a medio (σωφρονίζεσθαι ‘seipsum coērcere atque in sobriâ mente conservare’) fere i. q. σωφροσύνη: *sobrietas: πνεῦμα σωφρονισμοῦ ‘spiritum sobrietatis’ dedit Deus Ecclesiae praesulibus in sacramento Ordinis, quo imbuti inter persecutiones non vacillent, sed sobrii suoque officio fideles maneant, 2 T. 1,7 (ita fere vulg. goth. arm. slav.; ‘sp. doctrinae s. sapientiae’ copt.).¹*

σωφρόνως (σώφρων) adv. 1) *sane, considerate*. — 2) *temperate, moderate* [Aristot. al.], ac *praesertim sobrie, caste*, cfr. art. seq. nr. 2: σ. ζῆν T. 2,12.¹

σωφροσύνη, ης, ἡ \dagger 1) *mentis sanitas* A. 26,25 (gen. qual.; opp. μαίνεσθαι); cfr. σωφρονέω 1. — 2) *temperantia* (vulg. *sobrietas*), virtus sat generalis, in sobrietate ac castitate potissimum sita [ἀρετὴ δι’ ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τὰς τοῦ σώματος οὖτας ἔχουσιν ως δ νόμος κελεύει, Aristot. rhet. 1, 9, sim. de virt. et vit. 2; cfr. Cic. Tusc. 3, 8, 17; — σ. = ‘castitas’ Justin. apol. I c. 15 sq., Clem. 1 Cor. 62. 64]: in mulieribus 1 T. 2,9,15 fere *verecunda modestia, pudicitia*.*

σώφρων 2. (σῶς, φρήν) 1) *sanae mentis, consideratus, sobrius*. [Hom. ss.] — 2) in specie: *temperatus* cum in omnibus rebus, tum in fruendis voluptatibus corporis, in cibo, potu ac venere [Aristot., cfr. art. praeced.; σ. = ‘castus’ Justin. apol. I 15]: haec virtus requiritur in episcopo 1 T. 3,2. T. 1,8, in anu T. 2,2, in muliere nupta juniore T. 2,5 [LvO. 229].*

T

ταβέρνα: v. art. Τρεῖς ταβέρναι.

Ταβίθα, ἡ (aram. טְבִיתָה vel טְבִיתָה δορχάς: Dalman p. 141) *Tabitha*, Christiana Joppensis A. 9,36,40.*

τάγμα, ματος, τό (τάσσω) *aliquid ordinatum;* 1) *institutio, dispositio: Anordnung.* [Plat.] — 2) *agmen militum, ut turma vel cohors* [Xen. Pol. al.]; omnibus hominibus resurgentibus in varia velut τάγματα seu turmas distributis, temporis ac dignitatis ordine inter se differentibus, Paulus dicit, unumquemque eorum resurgere ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι ‘in suo ordine’ 1 C. 15,23: primus est Christus, secundo loco omnes justi mortui etc.; Anselmus porro explicat ‘unusquisque in suo ordine: martyr in ordine martyrum, virgo in ordine virginum etc.’¹

τακτός 3. (τάσσω) *statutus, determinatus* [Xen. ss.]; **τακτῆ** ἡμέρᾳ ‘statuto die’ A. 12,21.¹

ταλαιπωρέω, ao. ἐταλαιπώρησα (ταλαιπωρος) 1) *intransitive:* a) objective: *miserum, malis affligor.* [Eur. Thuc. LXX] — b) subjective: † *miseriam meam persentio; ταλαιπωρήσατε καὶ πενθήσατε καὶ κλαύσατε* Ja. 4,9. — 2) *transitive:* *miserum reddo.* [Isocr. LXX al.]¹

ταλαιπωρία, ας, ἡ ↓ *calamitas, labor, miseria* [Hdt. ss.]: plur. Ja. 5,1; miseria in quam homines impii aliquos criminibus suis conjiciunt R. 3,16 ex Is. 59,7.*

ταλαιπωρος 2. *aerumnas seu calamitates perforens, miser, miserabilis:* τ. καὶ ἐλεεινός Ap. 3,17: R. 7,24. [poët. Plat.]*

***ταλαντιᾶς** 3. *talentarius:* 1) *talentum possidens.* [Aristot.] — 2) *talentum aequans aut pretio aut pondere: χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία ‘grando magna ut talentaria’* i. e. cuius singula glomera fere talenti (cfr. art. seq., 2) *pondus habebant, Ap. 16,21. [ξύλον τ. Aristot. cael. 4, 4; Pol. 9, 41, 8]¹*

τάλαντον, ου, τό 1) *trutina, libra;* plur. = *lances.* [Hom.] — 2) *certum quoddam pondus fere 26 chiliogrammorum, in variis regionibus paululum varians.* [Hom. Hdt. ss.] — 3) *certum pondus pecuniae seu certa pecunia (= 60 μναῖ = 6000 δραχμαῖ), iti-*

dem in variis regionibus et temporibus paulum varians: *talentum atticum dicitur valuisse 4680 marcas germ. = 5850 francs (Hagen III 556); cum vocabulum solum in parabolis NTⁱ occurrat, Mt. 18,24; 25, 15-28, supervacaneum est, indagare exactum ejus valorem. [tragg. ss.]^{*}*

ταλιθά *talitha* i. e. *puella* Mr. 5,41; aramaice טְלִיתָה vel טְלִיתָה, substantivus טְלִיתָה status emphaticus (cfr. Dalman p. 150).¹

ταμεῖον t. cr. [pap. Plut.: *pronuntiabatur tamēon*], forma contracta pro **ταμεῖον** t. r. [tamēon], ου, τό 1) *locus in quo dispensator (ταμίας) res sibi creditas asserat, i. e. cella penaria vel frumentaria vel vinaria, «cellarium»: cellier: Keller L. 12, 24. [Thuc. Xen. LXX al.] — 2) *conclave, cubiculum, praesertim in interiore parte domūs situm, quo se alqs. recipit si vult esse solus:* Mt. 6,6 [Xen. Hell. 5, 4, 6; LXX = רַחֲרֶב Gen. 43,30. Ex. 8,3. Cant. 1,3 al.]; ἐν τοῖς ταμεῖοις in ea parte domūs ubi sunt conclavia privata, vel: in aliquo ex conclavibus Mt. 24,26. L. 12,3.**

ταῦν aliquot editiones habent pro τὰ νῦν, de quo v. νῦν IV.

τάξις, εως, ἡ (τάσσω) *dispositio, ordo* vario sensu [Aesch. Hdt. ss.]; 1) *ordinata multorum in ministerio, quo alternatim funguntur, successio:* L. 1,8. — 2) *bonus ordo: κατὰ τάξιν ‘ordinate’ (opp. perturbate, licenter)* 1 C. 14,40; *status rerum bene ordinatus, quem εὐταξίαν Graeci interpretantur, C. 2,5. — 3) ille locus vel gradus quem quis (ex. gr. in re publica) obtinet, germ. *Stellung, Posten;* porro: *locus quem res habet inter alias res, fere = ratio, natura, modus;* hinc in comparationibus adhibetur [ποιεῖ τὴν ἀρετὴν θεραπαίνης τάξιν ἐπέχουσαν ‘virtutem facit ancillae locum obtinentem’, eam facit velut ancillam, nempe voluptatis, Ath. 547 a; ἥλθεν ἐν ἔχθροῦ τάξει ‘venit in hostis loco’ i. e. tamquam hostis, Dem. p. 481, 21]: de Christo, qui Melchisedeco sacerdoti a regi similis futurus erat, qui igitur similem atque ille locum obtinebat, scriptum est: σὺ εἰς ἵερεὺς κτλ. κατὰ τὴν τάξιν*

Μελχισέδεκ ‘tu es sacerdos etc. ad instar Melchisedech, Melchisedeco similis’ (ad litteram fere = in gleicher Stellung wie M.) H. 5,6,10; 6,20; 7,11,17,21 r. He.: in hunc sensum verba cit. ipse auctor epistulae 7,15 explicare videtur scribens κατὰ τὴν δύοιότητα M. (similitudinem cernunt in sacerdotis singularitate sine collegis, aeternitate sine successoribus, regia dignitate, oblationis ritu ets.; v. Justinianum in ll. cc.)*

ταπεινός 3. *humilis*; 1) sensu proprio: *haud altus*. — 2) sensu translato: a) *sorte ac condicione humili*. [αἱ. τ. τῶν πόλεων ‘quae inter civitates sunt minus potentes’ Isocr.; τ. δύναμις ‘exigua potentia’ Dem.] — b) *qui habet mentem humili suae condicioni consentaneam*, i. e. a) apud profanos scriptores = *dmissus, abjectus, vilis, servilis, pusillanimis* [vix unquam enuntiatur nisi per modum aut vitii aut defectūs: copulatur a Plat. et Xen. cum synon. ἀνελεύθερος, ἀγεννής, DCass° 74, 5 quidam est πρᾶξις ἔξω τοῦ ταπεινοῦ ‘comis sine vitio humilitatis’]: ita semel in NT, 2 C. 10,1, e mente adversariorum Pauli vocabulum usuvenit. — β) in VT = נָגֵן, נָגֵן miser afflictusque vel in condicione humili constitutus, at simul Deo humiliter subjectus et confisus [Is. 11,4; 14,32. Soph. 2,3 al.]: opp. δυνάστης L. 1,52, opp. πλούσιος Ja. 1,9; δ παρακαλῶν τοὺς τ. ‘qui consolatur afflitos’ 2 C. 7,6; τὰ ταπεινά ‘res humiles, abjectae’, quae homines mundani pro vilibus habere solent, R. 12,16 (cfr. συναπάγω). — γ) in NT: *humilis* sensu fidei christianaē proprio: *demūtig: humble* (cfr. ταπεινοφροσύνη): εἰμὶ ταπεινὸς τῇ χαρδίᾳ Mt. 11,29; opp. ὑπερηφανῆς Ja. 4,6. 1 P. 5,5 ex Prov. 3,34. [perraro apud profanos = ‘a superbia fastuque abhorrens, aut numini subjectus’, ut Plat. legg. 716 a]*

† **ταπεινοφροσύνη**, ης, ἡ ↓ *mentis humilitas*; 1) × *profanis* est vitium: *pusillanimitas, animus vilis et abjectus*. [FlJ. bell. 4, 9, 2; Epict. 3, 24, 56] — 2) †*Christianis* est virtus: *humilitas, virtus* quae cohibet inordinatum appetitum propriae excellentiae et inclinat hominem ad propriam vilitatem secundum veritatem agnoscendam, vel qua se homo subjicit Deo et aliis propter Deum: A. 20,19. E. 4,2. Ph. 2,3 (dat. causae impellentis). C. 3,12. 1 P.

5,5; — e contextu = *affectata quaedam et ficticia humilitas* C. 2,18,23 (ubi praefixum ἐθελο- ‘ficticius’ vocabuli praecedentis vim suam etiam ad ταπ. extendere videtur).*

* **ταπεινόφρων**, ονος 2. (ταπεινός q. ν., φρήν) *humili mente*; i. e. 1) × *animo dejecto, pusillanimis*. [Plut.; ita ταπεινοφρονέω Epict. 1, 9, 10] — 2) **a superbia ac fastu abhorrens, humiliis* (v. art. praeced., nr. 2): 1 P. 3,8 cr. [Prov. 29,23 חֲרֹזֶת פְּשַׁע; opp. בְּרִיאָה]¹

ταπεινώω, ft. -ώσω, αο. ἐταπεινώσα, αο. P. ἐταπεινώθην, ft. P. ταπεινωθήσομαι (ταπεινός): *humilem reddo, humiliō*; 1) **humilem reddo* collem aequando et complanando, L. 3,5 in locutione metaphorica ex Is. 40,4. [Strab. DSic.] — 2) *in condicione humili redigo*: Filius Dei homo factus ἐταπεινώσεν ἐαυτόν ‘se humiliavit’ sc. ad sortem humiliam atque ad summam maximeque arduam oboedientiam se demittens, Ph. 2,8; ἐμαυτὸν ταπεινῶν ‘cum me humiliarem’, sc. labore manuum me sustentans, 2 C. 11,7; — *quadam ignominiā afficio*: μὴ ταπεινώσῃ με δ Θεὸς πρὸς ὑμᾶς ‘ne me Deus apud vos humiliet’ sc. monstratā laborum meorum sterilitate 2 C. 12,21; — *alqm. in inferiore dignitatis, honoris, praemiive loco pono*, aut etiam *confusione punio*: δ ὑψῶν ἐαυτὸν ταπεινωθήσεται L. 14,11; 18,14, sim. Mt. 23,12. [Xen. an. 6, 3, 18, mem. 3, 5, 4; LXX = הָנָפֵעַ, הָנָפֵעַ, לִפְשַׁחַת] — 3) *mentem ad virtutem humilitatis compono*: ἐαυτὸν ταπεινοῦν ‘sese reddere humilem’, a fastu, superbiā, arrogantiā alienum Mt. 18,4, ‘se demittere, se aliis posthabere atque indignorem putare’ ets. Mt. 23,12. L. 14,11; 18,14; ταπεινώθητε ‘humiliate vos, humiliter vos submittite’ Ja. 4,10. 1 P. 5,6 [ταπεινώθητι ‘humilia te’ Gen. 16,9. Sir. 18,21]. — d) *†*ταπεινοῦσθαι* [Lev. 23,29 = הָנָפֵעַ, 2 Esdr. 8,21 = הָנָפֵעַת; Θεοῦ ϕ πᾶσα ψυχὴ .. ταπεινοῦται, inscr. jud. saec. 2. a. Chr. n., LvO. 308] et saepius ταπεινοῦν τὴν ἐαυτοῦ ψυχὴν [Lev. 23,27. Ps. 34,13. Is. 58,3 al. = שְׁאַלְתָּהָנָפֵעַ] valet i. q. *sese jejunando castigare, jejunare*: sic apte explicatur Ph. 4,12 οἶδα ταπεινοῦσθαι ‘calleo jejunare’ (lepidē pro ‘valeo esurire, egere’; opp. περισσεύειν ‘abundare’; cfr. Is. 58,10 ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλῆσαι = esurientem saturare).*

ταπείνωσις, εως, ἡ ↑ 1) profanis est *depressio, minutio, humiliatio* vario sensu. [Plat. Aristot. al.] — 2) a sacris scriptoribus semper adhibetur sensu passivo aut intransitivo = τεταπεινῶσθαι: a) = 'humiliatum esse', *status humiliationis, humiliatio, alcs. in condicionem humilem ac misseram depressio*: de Christo in passione humiliato A. 8,33 ex Is. 53,8; it. fort. Ja. 1,10 de humiliatione divitibus imminente. [LXX = יְנֻשׁ Ps. 9,14. Thr. 1,3,7 al.] — b) = 'in condicione humili esse' (a ταπεινός 2 a): *humilitas*, i. e. *humilis, exigua seu ignobilis condicio*: ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν τ. τῆς δούλης αὐτοῦ sensus: suo favore prosecuta est me suam exiguum, parvam, tantâ gratiâ minime dignam ancillam, L. 1,48 [cfr. similem loquendi modum Gen. 16,11; 29,32. 1 Reg. 1,11]; τὸ σῶμα τῆς τ. ἡμῶν 'corpus nostrum nunc in tam humili statu positum' Ph. 3,21; glorietur Christianus dives ἐν τῇ τ. αὐτοῦ prob. = sese humiliando, in exercenda virtute humiliatis, Ja. 1,10.*

ταράσσω, ao. ἐτάραξα, pf. P. τετάραγμαι, ao. P. ἐταράχθη: 1) sensu proprio: *concilio, commovendo turbo* ex. gr. aquam J. 5,4,7. — 2) metaph.: *e tranquillo animi statu* alqm. *excito, commoveo, perturbo*; falsas ideas ac dubia de recta fide ingero A. 15,24. G. 1,7; 5,10; alqm. ad tumultum iramque concito A. 17,8,13 cr.; ad varios affectū animū commoveo: ad commiserationem, ἐτάραξεν ἑαυτόν J. 11,33; pass. ταράσσομαι commoveor affectu terroris Mt. 2,3; 14,26. Mr. 6,50. L. 1,12; 24,38. 1 P. 3,14, metū vel tristitiaē J. 12,27; 14,1,27; ἐταράχθη τῷ πνεύματι (dat. limit.) J. 13, 21. [tragg. Xen. al.]*

ταραγή, ἡ, ἡ ↑ *commotio, turbatio*, ex. gr. aquae J. 5,4 r. He. Br.; — metaph. *turba, turbatio rerum omnium per bella* ets. Mr. 13,8 r. [Hdt. Thuc. al.]*

ταραχός, οὐ, δ i. q. ταραχή [Xen. Hipp.]; *commotio animorum*, procul dubio etiam verbis variisque signis prodita, A. 12,18; *tumultus, dissidium* ets. A. 19,23.*

Ταρσεύς, ἔως, δ ↓ ad Tarsum pertinens, *Tarsensis*, A. 9,11; 21,39.*

Ταρσός, οὐ, ἡ *Tarsus urbs, Ciliciae caput, cuius civium frequens philosophiae studium Strabo laudat; erat patria Pauli apostoli*: A. 9,30; 11,25; 22,3.*

+ **ταρταρόω**, ao. ἐταρτάρωσα (δ *Tártaros* poëtis graecis erat locus a Jove damnatis destinatus, omni luce carens, tormentorum plenus: Hom. Hsd. Pind.): *in infernum detrudo* 2 P. 2,4.¹

τάσσω, ao. ἔταξα, pf. P. τέταγμαι: *constituo*; 1) alqm. vel alqd. certo loco (*loco secundum ordinem ei conveniente*) statuo, alci. suum locum assigno [Hdt. Xen. al.]; transl. alqm. *in aliquo gradu, munere, officio ets. pono*: i oīσαι (ἐξουσίαι) ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶν 'magistratū qui existunt sunt a Deo constituti' R. 13,1; ὑπὸ ἔξουσίαν τασσόμενος 'potestati (magistratui) subditus' Mt. 8,9 WH. Br. L. 7,8; εἰς διακονίαν ἔταξαν ἑαυτούς 'sese applicuerunt ministerio (sublevandi egenos)' 1 C. 16,15; τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον quodammodo 'positi in tramite quo itur ad v. ae.' vel 'dispositi ad accipiendam v. ae.' A. 13,48.

— 2) *decerno, praecipio, determino*: seq. acc. c. inf. (Bl. § 72, 5) ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον κτλ. 'statuerunt ut Paulus etc. ascenderent' A. 15,2; medium: ἐπορεύθησαν εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς δ 'I. sc. πορευθῆναι 'in montem iverunt, quo (ut irent) iis J. praeceperat' Mt. 28,16; περὶ ὧν τέταχται τοι ποιῆσαι 'de iis quae ut facias, tibi constitutum est' A. 22,10 [cl.]; τάξασθαι τινὶ ἡμέραν A. 28,23.*

ταῦρος, οὐ, δ *taurus* Mt. 22,4. A. 14,13. H. 9,13; 10,4.*

ταφή, ἡ, ἡ (θάπτω) 1) *sepultura*. — 2) *locus sepulturae*: Mt. 27,7: ita interpretantur copt. syr. arm. [utroque sensu Hdt. ss. LXX]¹

τάφος, οὐ, δ (θάπτω) *sepulcrum* Mt. 23, 27,29; 27,61,64,66; 28,1. R. 3,13 (cfr. λάρυγξ).*

τάχα adv. (ταχύς) 1) *celeriter, cito, statim*. [Hom. ss.] — 2) *fortasse, forte, nescio an* [Hdt. Xen. al.]: R. 5,7. Phm. 15.*

ταχέως adv. (ταχύς) *celeriter, sine mora, cito, mox* L. 14,21; 16,6. J. 11,31. 1 C. 4, 19. Ph. 2,19,24. 2 T. 4,9; fere i. q. *leviter, temere* G. 1,6. 2 Th. 2,2. 1 T. 5,22: cfr. ταχύ.*

ταχινός 3. i. q. ταχύς *celer, velox* [Theocr. al. LXX]; *mox futurus* 2 P. 1,14; 2,1.*

τάχιον et **τάχιστα**: v. ταχύ.

τάχος, οὐς, τό *celeritas, festinatio*; ἐν τάχει 'propere, sine mora' A. 12,7; 22,18, 'mox, brevi' L. 18,8. A. 25,4. R. 16,20.

1 T. 3,14 WH. Ap. 1,1; 22,6 [Thuc. Xen. al.]; τάχει [class. τ. πολλῷ ets.) 'cito' Ap. 2,5 r.*

ταχύ adv. ↓ I. positivus: 1) *celeriter, festine* [Pind. ss.]: τ. ἔφυγον Mr. 16,8 r.: Mt. 28,8. — 2) *cito, confestim, sine mora*: ώς ἤκουσεν, ἤγέρθη τ. 'hoc audito confestim surrexit' J. 11,29; Mt. 5,25; 28,7. L. 15,22 cr. (nTdf.). Ap. 11,14; ἔρχομαι ταχύ 'cito, vel: mox veniam' Ap. 2,16; 3,11; 22,7,12,20; 'nemo potest meo nomine miraculum patrare et ταχύ statim postea mihi maledicere' Mr. 9,39. — II. Comparativus **τάχιον** (WH. male scripserunt τάχειον: att. θᾶττον, θᾶσσον) pro diverso usu comparativi in sermone hellenistico (v. Bl. § 44, 3) significat aut 1) *celerius, citius, prius* J. 20,4. H. 13,19,23 (sc. 'prius' quam ego iter ad vos ingrediar), aut 2) *citissime, sine ulla mora*, J. 13,27, mox 1 T. 3,14 (nWH.), fort. etiam H. 13,19,23. — 3) cum ἐὰν θᾶττον significet 'ubi primum, simulac' [Plat. Alc. I p. 105 a; Xen. Cyr. 3, 3, 20, an. 6, 5, 20 al.], ἐὰν τάχιον ἔρχηται H. 13,23 potest significare 'simulac veniet'. — III. Superlativus **τάχιστα celerrime, citissime; ώς τ. 'quam citissime'** A. 17,15.*

ταχύς 3. *celer, velox, properus; metaph. promptus, paratus* Ja. 1,19.¹

τὲ (in NT nunquam τ') particula postpositiva enclitica copulativa: -que, et (frequentissime in Actibus, fere 150ies; in evangelio Lucae 8ies, in H. fere 20ies. alibi raro); 1) τὲ semel possum singula membra prioribus adnectit: a) adnectit sententias, ac praesertim tales quae similia et cognata prioribus continent (saepe = itaque): κατενύγησαν τὴν καρδίαν, εἰπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον A. 2,37: J. 4,42; 6,18. A. 2,40; 4,33; 5,35 al. R. 2,19. H. 12,2. Ju. 6 (R. 7,7. 2 C. 10,8 τε γάρ non luc pertinet, nec τε γάρ aequivalet 'namque', Bl. § 78, 6; sed Paulus binas sententias, inter se per τὲ καὶ vel τὲ τὲ copulandas, adnexurus, priorem scripsit, alteram per anacoluthon omisit). — b) adnectit sententiarum partes et vocabula: ἐν ἀγάπῃ πνεύματι τε πραῦτητος 1 C. 4,21; H. 6,5; 9,1; ita subnectuntur participia Mt. 27,48; 28,12. A. 2,33. H. 1,3; 6,4, infinitivi A. 23,10; 24,23; 27,21. E. 3,19; nonnunquam in longiore membrorum serie posterius aliquod

membrum τὲ sibi adnexum habet, primum eo caret: H. 6,2; 11,32. 1 C. 1,30; cfr. Kühner³ IV § 519, 1. 2. — 2) τὲ bis possum bina membra vel enunciata parallela arcte inter se colligat = et — et, tam — quam: μάρτυρα ὡν τε εἰδες ὡν τε δοφήσομαι σοι 'testem tam eorum quae vidisti quam eorum quae revelabo tibi' A. 26,16; αὐτὶ τε γάρ θήλειαι . . . , δμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες 'nam et feminæ . . . , et similiter mares' R. 1,26 s.; ἐάν τε γάρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τ. K. ἀποθνήσκωμεν 'nam et, si vivimus, Domino vivimus, et, si morimur, Domino morimur', porro ἐάν τε οὖν ζῶμεν ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν κτλ. 'itaque tam si vivimus quam si morimur, Domini sumus' R. 14,8. — 3) correspondentibus inter se particulis τὲ καὶ bina membra copulantur = et — et, tam — quam: membra copulata sunt saepe cognata vel synonyma: δῶρά τε καὶ θυσίας H. 5,1: ib. 5,7; 6,19; 10,33. A. 26,3, aut contraria et opposita: ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας A. 9,2; 22,4, μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ A. 26,22; Mt. 22,10. L. 22,66; 23,12. J. 2,15. A. 1,1; 4,27; 27,1; 28,23 b. R. 1,12. 1 C. 1,2; post τὲ sequuntur plura καὶ L. 2,16. A. 1,8,13. H. 2,4; 9,2; bis ponitur τὲ καὶ R. 1,14. Ja. 3,7; τὲ — τὲ καὶ H. 6,2, τὲ καὶ — τὲ A. 9,15 cr.; 26,10 s.

τεῖγος, ου, τό moenia, murus quo locus cingitur aut munitur A. 9,25. 2 C. 11,33. H. 11,30. Ap. 21,12-19.*

τεμνήριον, ου, τό (cfr. τεκμαίρομαι 'cognosco, judico') id quo alqd. cognoscitur, documentum, argumentum A. 1,3.¹

×**τεννίον**, ου, τό (téchnon) filiolus, filiola [Anth.]; appellatio blanda qua magister discipulos alloquitur: τεκνία J. 13,33. 1 J. 2,12,28; 3,7,18 v.; 4,4; 5,21; τεκνία μου G. 4,19 v. 1 J. 2,1; 3,18 r. Br.: cfr. Prov. 1,10; 2,1 al. [Anth.]*

×**τεννογονέω** (τεκνο-γόνος 'puerpera') puerpera sum, filios pario, matris officia oeo 1 T. 5,14. [de animali in Anth.]¹

τεννογονία, ας, ἡ ↑ procreatio prolis [Aristot.; ep. ad Diogn. 5, 6]; de prolis procreatione ceterisque officiis cum illa conesis, quae matrifamilias incumbunt 1 T. 2,15.¹

τέννον, ου, τό (τεκεῖν, τίκτω) proles, filius, filia, plur. liberi; 1) sensu proprio: a) sensu stricto: filius, filia: παραδώσει

πατήρ τέχνων Mt. 10,21: Mt. 7,11; 18,25; 19,29; 22,24. Mr. 13,12. L. 1,7. E. 6,1,4. C. 3,20 s. al.; in compellatione blanda: Mt. 21,28. L. 2,48; 15,31; ‘filii instar’ Mr. 10,30. — b) sensu latiore: *ab alio. oriundus, prognatus, plur. posteri: Ραχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς* Mt. 2,18: Mt. 27,25. A. 2,39; 13,32 r. (τοῖς τέχνοις αὐτῶν, ἡμῖν ‘postoris eorum, i. e. nobis’); in allocutione L. 16,25; τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς qui carnali dumtaxat generatione sunt ab alio. prognati, R. 9,8. — 2) sensu translato: a) τέκνα vocantur *urbis cives s. populus* Mt. 23,37. L. 13,34; 19,44. G. 4,25. [Zach. 9,13 al.] — b) *membra alcs. ecclesiae* 2 J. 1,4,13; e typica expositione intelligitur G. 4,31 παιδίσκης τέκνα. — c) *alicujus magistri discipuli*: 1 C. 4,14. 2 C. 6,13. 1 Th. 2,11. 3 J. 4; in numero singulari: 1 C. 4,17. Ph. 2,22. 1 T. 1,2. 2 T. 1,2. T. 1,4. Phm. 10; in compellatione Mr. 10,24. 1 T. 1,18. 2 T. 2,1 [Ps. 33,12]; perversae magistrae aut sectae asseclae Ap. 2,23 (cfr. ’Ιεζαβελ). — d) ii qui alcs. (quem ut patrem venerantur) *indolem imitantur atque in se exprimunt*: ita de Abrahae filiis spiritualibus Mt. 3,9. L. 3,8. J. 8,39. R. 9,7; de mulieribus imitatricibus virtutum Sarae 1 P. 3,6; τέκνα τοῦ διαβόλου 1 J. 3,10: cfr. υἱός I 3 c. — e) blanda compellatio aegroti Mt. 9,2. Mr. 2,5. — 3) *hebraizant hae dictiones*: τέκνα κατάρας, δργῆς 2 P. 2,14. E. 2,3 ‘maledicto, irae obnoxii vel iis digni’ [υἱὸς θανάτου 1 Reg. 20,31. 2 Reg. 12,5; תִּבְרֵב ‘filius verberationis’ i. e. verberibus dignus Dt. 25,2]; τ. διπαχοῦς ‘oboedientes’ 1 P. 1,14; τέκνα φωτός qui pertinent ad regionem lucis, ad regnum Dei, E. 5,8; ‘filii sapientiae’ Mt. 11,19 r. He. Br. L. 7,35 ii qui sapientissima Dei consilia intellegunt atque agnoscent; ἐπαγγελίας τέκνα qui suam nativitatem (sc. spiritualem) non habent ex naturae cursu, sed ex promissione Dei, G. 4,28: cfr. υἱός I 3 d. — 4) τέκνα Θεοῦ, τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ *filii Dei*, sunt homines a damnatione erepti, a Deo adoptati et in spem jusque hereditatis cum Christo admissi, ex Deo renati, et hoc nomine obligati ut sint perfecti sicut eorum Pater caelstis: J. 1,12; 11,52. R. 8,16 s., 21; 9,8. E. 5,1. Ph. 2,15. 1 J. 3,1 s., 10; 5,2.

τεκνοτροφέω, αο. ἐτεκνοτρόφησα (τεκνο-

τρόφος = τέκνα τρέφουσα): *filios educo, liberorum educationi vaco* 1 T. 5,10. [Aristot. de ape]¹

τέκτων, ονος, δ *faber*, nonnusquam quidem sensu latiore, ut etiam faber ferrarius et sculptor et quivis artifex ita vocetur [v. exempla ap. Passow vel Bailly], sed tamen plerumque ita appellatur *faber lignarius* (Tischler: *menuisier*), *tignarius* (Zimmermann: *charpentier*), *carpentarius* (Wagner: *charron*) [Hom. Thuc. Xen. ss.]; — Jesus erat δ τοῦ τέκτονος υἱός Mt. 13,55, δ τέκτων Mr. 6,3; e versionibus antiquis copt. syr. goth. arm. fabrum lignarium vel tignarium clare efferunt, vulg. indeterminate «faber». S. Justinus (Tryph. 88) scribit Josephum aratra et juga confecisse.*

τέλειος 3. (τέλος) *ad finem perductus, perfectus*; 1) de rebus: *perfectus, numeris omnibus absolutus, sine defectu aut vitio: ή ὑπομονὴ ἔργον τ. ἐχέτω patientia perfecte exerceatur* (ἔργον 1 c) Ja. 1,4; τ. δώρημα ib. 1,17, νόμος (opp. lex vetus cui multum perfectionis deerat) 1,25, ἀγάπη 1 J. 4,18; τὸ τέλειον 1 C. 13,10 ‘res perfecta, status perfectus’ (opp. τὸ ἐξ μέρους); sensu ethico R. 12,2 ‘id quod perfectum est’ (tres gradūs bonitatis s. honestatis enumerantur: ἀγαθόν bonum, εὐάρεστον Deo valde placens, τέλειον perfectum); — compar.: τελειοτέρα σκηνή sc. perfectior quam tabernaculum VTⁱ, H. 9,11. — 2) de personis: *homo maturā aetate, corpore animoque plene evoluto* [Xen. Cyr. 1, 2, 4 distinguuntur παῖδες, ἔφηβοι, τέλειοι ἄνδρες, senes]: inde acceptā imagine is dicitur *perfectus Christianus qui sive in fidei cognitione sive in morum Christiano dignorum integritate multum profecit ac maturuit*; οἱ τέλειοι 1 C. 2,6 sunt Christiani sapientiae sublimioris capaces, idonei ad percipienda ea quae sunt spiritūs Dei, in christiana cognitione ac virtute maturi, sim. Ph. 3,15. H. 5,14; τέλειος est qui quandam in fide maturitatem et constantiam adeptus est E. 4,13 (opp. νήπιοι, qui omni vento doctrinae circumferuntur). C. 4,12 (τ. καὶ πεπληροφορημένος); cum additamentis: φρεσὶν τέλειοι ‘prudentiā perfecti’ 1 C. 14,20, τέλειος ἐν Χριστῷ C. 1,28; *qui virtutem altiore nec communī gradu exercet seu quodam caritatis fervore excellit*

Mt. 5,48 a. Ja. 1,4; 3,2; ad quam perfectionem assequendam Mt. 19,21 commendantur consilia evangelica; — Deus perfectus est Mt. 5,48, quae perfectio etiam in eo ostenditur quod vel injustis suum amorem exhibit (v. 45) seu misericors est (L. 6,36).*

τελειότης, ητος, ἡ *perfectio*, *rei absolutio* [Plat. LXX]; — in NT ἡ τελειότης est H. 6,1 *magna quaedam in cognitione ac virtute christiana maturitas* (cfr. τέλειος 2; H. 5,14), C. 3,14 *complexus quidam omnium virtutum quae Christianum matrum decent.**

τελειόω (ap. profanos etiam τελεόω), ao. ἐτελείωσα, pf. τετελείωχα, pf. P. τετελείωμαι, ao. P. ἐτελείώθην (τέλειος) *perfectum reddo, perficio, consummo*; — 1) *perficio, exsequor, perago*: δρόμον, διακονίαν A. 20,24, ἔργον J. 4,34; αὐτῶν τελειωσάντων τὰς ἡμέρας ‘cum dies paschales peregissent’ L. 2,43: J. 5,36; 17,4; Ὡν τελειωθῆ ἡ γραφή ‘ut exsecutioni mandaretur scriptura’ J. 19,28. — 2) *ad finem ac perfectionem adduco* alqm. vel alqd.: a) *ad finem perduco*; pass. *ad finem perducor*: τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι ‘perendie (cfr. αὔριον 3) finior’, i. e. operis vitaeque finem mihi imponi patiar, L. 13,32 [an medialiter: ‘perendie opus meum finio’? med. c. acc. obj. Jambl. v. Pythag. 158]; *ad optatum ac gloriosum finem, nempe ad gloriam caelestem perduco*: ἐπρεπεν αὐτῷ (Ιησοῦν) διὰ παθημάτων τελειώσαι ‘conveniens erat ut Deus Iesum per passionem ad gloriam perduceret’ H. 2,10; pass. (L. 13,32? cfr. supra) H. 5,9; 7,28; 11,40; 12,23 [Didache 16, 3; cfr. aram. מְלַחֵן ‘perfici’ = mercudem suam a Deo accipere, Levy II 487]. — b) *reddo perfectum* alqm. vel alqd. a) *aliquem*: δ νόμος οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειώσαι ‘Lex accedentes nunquam perfectos (sanctos, a peccatis puros) reddere potest’ H. 10,1, item 7,19 (quatenus οὐδέν ad homines refertur); 9,9; 10,14 (τετελείωκεν justos reddidit, quatenus ex eo pendet, eo sensu quo omnes dici possunt esse ‘justificati, reconciliati’ R. 5,9 s.); — τετελείωμαι *sum perfectus*: de perfectione vitae christianae universa Ph. 3,12; de perfectione in certa quadam re: ἐν τῇ ἀγάπῃ 1 J. 4,18; τετελειωμένοι εἰς ἐν perfectissime inter se et nobiscum

uniti J. 17,23. — β) *aliquid*: ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη ‘per opera demum fides perfecta evasit’ Ja. 2,22: 2 C. 12,9 r. (cfr. τελέω 1). H. 7,19; caritas τετελείωται ‘est perfecta’: 1 J. 2,5; 4,12,17.*

τελείωσις adv. (τέλειος) *perfecte, integre*: τ. ἐλπίσατε 1 P. 1,13, ‘sperate perfecte’, i. e. cum spe firmissima (Syrus jungit νήφοντες τ.).¹

τελείωσις, εως, ἡ (τελειόω, q. v.) *consummatio, ad finem s. ad perfectionem adductio* [varie ap. Aristot. ss.]; in NT: 1) *exsecutio, eventus eorum quae praedicta sunt*: L. 1,45. — 2) *hominum ad perfectionem adductio* i. e. *justificatio*: H. 7,11.*

+ **τελειωτής**, οῦ, ὁ (τελειόω) *consummator*; Christus est nobis ὁ τῆς πίστεως ἀρχηγὸς καὶ τ. ‘fidei auctor et consummator’, per eum enim factum est ut ad fidem veniremus, per eum fiet olim ut fides nostra consummetur, praemio afficiatur, in visionem beatam transeat, H. 12,2 (ubi v. commentarios).¹

τελεσφορέω (τελεσ-φόρος ‘consummationem ferens’, dicitur arbor maturos fructūs praebens) ~~fructūs maturo, maturos fructūs fero~~ [c. accus. καρπόν Theophr.]: absolute, in parabola L. 8,14.¹

τελευτάω, ao. ἐτελεύτησα, pf. τετελεύτηκα ↑: 1) *transit.*: *finio, ad finem perduco*. — 2) *intrans.*: a) *universim*: *finior, finem habeo* [v. gr. τελευτῶντος τοῦ χρόνου Plat. pol. 273 d]. — b) *in specie* (nempe suppresso accusativo τὸν βίον): *morior* [Hdt. ss.] Mt. 2,19; 9,18; 22,25. Mr. 9,44 v., 46 v., 48. L. 7,2. J. 11,39 cr. A. 2,29; 7,15. H. 11,22; θανάτῳ τελευτάτῳ ‘occiditor!’ Mt. 15,4. Mr. 7,10 [Ex. 21,16 = תִּמְרוֹן תִּמְרוֹן].*

τελευτή, ḥς, ἡ 1) *consummatio*. — 2) *finis*; *in specie*, om. genet. τοῦ βίου, *vitae finis, mors* Mt. 2,15. [Hom. Pind. ss.]¹

τελέω, ao. ἐτέλεσα, pf. τετέλεκα, pf. P. τετέλεσμαι, ao. P. ἐτελέσθην, ft. P. τετελέσθημαι (τέλος): 1) *ad finem perduco, perficio, consummo, absolvo* [Hom. ss.]: λόγους ets. Mt. 7,28 cr.; 13,53; 19,1; 26,1, δρόμον 2 T. 4,7, μαρτυρίαν Ap. 11,7: L. 2,39; οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραήλ ‘civitates Israëlitarum non omnes absolveritis’ sc. peragrantes vel evangelizantes Mt. 10,23; seq. ptc. Mt. 11,1; pass. τετέλεσται ‘consummatum est’ sc. opus redēptionis a Patre mihi commis-

sum, in vaticiniis VTⁱ praedictum, J. 19, 30, ib. 28; de tempore finito seu elapso Ap. 20,3,5,7; ἡ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελεῖται = vis gratiae in homine infirmo eā robورو perfecte manifestatur, 2 C. 12,9 cr. — 2) *perficio, perago, exsequor* rem imperatam, praedictam etc. [Hom. ss.]: τ. νόμον R. 2,27. Ja. 2,8, ἐπιθυμίαν σαρκός G. 5,16; ἐτέλεσαν πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα ‘ea omnia exsecuti sunt, quae de eo scripta sunt (in sacris libris)’ A. 13,29; pass. L. 12,50; 18,31; 22,37. (J. 19,28,30? v. nr. 1). Ap. 10,7; 15,1,8; 17,17. — 3) *sollo, pendo* pecuniam, tributum: φόρους R. 13,6; Mt. 17,24. [Plat. al.] — NB. Huic verbo non tam subest idea ‘finiendi, i. e. desinendi’, quam ‘perficiendi’.*

τέλος, οὐς, τό I. *finis*, et quidem apud profanos auctores non tam finis quo res esse desinit, quam quo res consummatur atque absolvitur (*Vollendung, Abschluß*), seu illud ultimum, versus quod tenditur, quoque obtento res vel actio vel evolutio absoluta est (cfr. Schmidt 193, 2); in SScri^a vero etiam rei desitio τέλος vocatur. — Itaque 1) *finis, absolutio, consummatio*: a) ita ut simul conotetur atque efferatur idea desitionis rerum vel conditionum praecedentium: πάντων τὸ τέλος ‘omnium rerum consummatio’ 1 P. 4,7 et absolute τὸ τέλος ‘consummatio, finis’ Mt. 24,6,14. Mr. 13,7. L. 21,9. 1 C. 15,24 (supple ἔσται), consummatio hujus saeculi in secundo adventu Christi; τὸ τέλος Κυρίου εἰδετε i. q. εἰδετε πᾶς Κύριος τὰ τοῦ Ιώβ ἐτέλεσεν spectastis quomodo Dominus sortem Jobi consummarit, Ja. 5,11 (syr. ‘finem quem ei Dominus fecit’, item aeth.); Christus est τέλος νόμου ‘finis Legis (Mos.)’, in eum Lex tendebat, eo adveniente desitura erat, R. 10,4; τὸ τ. τοῦ καταργουμένου ‘finis rei transitoriae’ sc. ministerii Mosis 2 C. 3,13. — b) ita ut fere solum efferatur *alicujus evolutionis ultimus terminus, absolutio*: ίδεῖν τὸ τέλος ‘ut videret (causae judicialis) exitum’ Mt. 26,58; tempus post Christi primum adventum dicitur τὰ τέλη τῶν αἰώνων i. q. plenitudo temporum 1 C. 10,11; — in specie a) hominis τέλος = ejus sors ultima eaque aeterna: ὃν τὸ τ. ἀπώλεια ‘quorum sors extrema erit interitus’ Ph. 3,19, sim. 2 C. 11,15. 1 P. 4,17; — β) rei τέλος = id

φέρω, ft. οἵσω, ao. ἤνεγχον (inf. ἐνεγκεῖν) vel ἤνεγχα (inf. ἐνέγχαι, ptc. ἐνέγχας), ao. P. ἤνέχθην: *fero, porto*; 1) ita ut idea ‘sustinendi’ *praevaleat*: a) *brachiis sustineo, umeris subeo, teneo*: σταυρόν L. 23,26; metaph.: Deus Filius dicitur universa φέρειν i. e. *creata sustinere, conservare* H. 1,3 (cfr. Bleek in l. c.). — b) *patienter fero, tolero* (et quidem dicitur non de invito aut coacto, sed de eo qui ultiro fert aut qui se ferendo oneri parem sentit): Deus ἤνεγκεν σκεύη δργῆς ‘eos qui erant irā digni, toleravit’ R. 9,22; τὸν δνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες libenter cum Christo ignominiam subeuntes H. 13,13; οὐκ ἔφερον τὸ διαστελλόμενον ‘non ferebant mandatum’, m. iis intolerabile erat H. 12,20. — 2) cum significatione ‘habendi’: a) *mecum habeo, mecum porto*: μεῖγμα σμύρνης J. 19,39: L. 24,1. — b) *planta fructum φέρει fert, profert*: proprie et metaph. Mr. 4,8. J. 12,24; 15,2,4 s., 8,16. — 3) cum significatione ‘movendi aliquo impetu’: pass. a) e contextu = *undis ventisque feror* A. 27,15,17. — b) ὑπὸ Πνεύματος ἀγίου φερόμενοι ‘a Spiritu S. moti, impulsi’ 2 P. 1, 21. — c) ipse ventus dicitur φέρεσθαι *ferri, irruere* A. 2,2. — 4) cum idea ‘admovendi s. afferendi’ personam vel rem ad certum quandam locum s. terminum; a) rem: a) *affero, apporto* Mt. 14,11,18. Mr. 6,27 s. J. 2,8. A. 4,34,37; *offerō, porrigo* Mr. 12,15 s. — β) *aliquid dicens aut docens affero, profero*: φ. κατηγορίαν ets. J. 18,29. A. 25,7 r., 18 cr. 2 P. 2,11, διδαχήν 2 J. 10; θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου ‘necessere est mortem (i. e. mortis nuntium s. testimonium) afferri testatoris’ H. 9,16 (syr. ‘nuntiari’, arm. ‘in medium proferri’); quae caelitus s. divinitus dantur vel audiuntur, dicuntur inde ἐνεχθῆναι *afferri* 1 P. 1,13. 2 P. 1,17,18,21. — γ) *admoveo*: φ. δάκτυλον, χεῖρα J. 20,27. — b) animal vel personam: a) *animal adduco, affero*: Mr. 11,2 cr. (nBr.). L. 15,23. A. 14,13. — β) hominem (captivum, aegrotum etc.) *affero* sive adducens sive apportans: Mt. 17,17. Mr. 1,32; 2,3; 7,32; 8,22; 9,17; 15,22. J. 21,18. A. 5,16; *porta per*

quam in urbem itur dicitur φέρουσα εἰς τὴν πόλιν Α. 12,10 [τὴν ἐ· Θήβας φέρουσαν ὀδόν Thuc. 3, 24; ἡ θύρα ἡ εἰς τὸν κῆπον φέρουσα Dem. p. 1155]. — γ) φέρμαι ad actionem, ad alqd. agendum aut dicendum *feror* i. e. *accedo, eam aggredior*, sive alqo. impetu impulsus sive occasionem nactus [πᾶσιν ἄδηλος ἦν ἐπὶ τί φέρεται ‘nemini notum erat quid moliretur’ Pol. 5, 26, 6; πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν φερόμεθα λόγον ‘rursus ad idem disserendum venimus’ Pl. Phil. 13c]: ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα aut ‘ad perfectionem contendamus!’ perfectiores fieri studeamus! aut ‘ad perfectiora [tractanda, scribenda] jam accedamus!’ H. 6,1.

φεύγω, ft. φεύξομαι, ao. ἔφυγον: *fugio*; 1) proprie: *aufugio, fugā saluti meae consulo*: Mt. 8,33; 26,56. J. 10,12 al.; add. ἀπό Mr. 16,8. J. 10,5. Ja. 4,7. Ap. 9,6 (= mors optata iis non continget), ἐξ A. 27,30, εἰς Mt. 2,13; 10,23, ἐπὶ c. acc. Mt. 24,16. — 2) *effugio, contingit mihi ut salvus evadam: entrinnen: échapper*: H. 12,25 r. He.; ἔφυγον στόματα μαχαίρης ‘effugerunt aciem gladii’ H. 11,34 [Od. 1, 11]; φ. ἀπό τινος Mt. 3,7; 23,33. L. 3,7 [ἐξ Od. 16, 21]. — 3) in ordine ethico: *evito, aversor, caveo*: φεύγετε τὴν πορνείαν 1 C. 6,18: 1 T. 6,11. 2 T. 2,22 [Epict. 1, 7, 25; διδάξαι ἔφυγες Pl. apol. 26 a]; φ. ἀπό τινος 1 C. 10,14 [Sir. 21,2]. — 4) *evanesco, conspici desino* Ap. 16,20, ἀπὸ προσώπου τινός ib. 20,11 [cfr. Ps. 67,2].

Φῆλιξ, *ικος*, δ (de accentu Bl. § 4, 2) *Felix*, i. e. Antonius Felix, libertus Antoniae, Claudi matris (an libertus ipsius Claudi?), procurator Palaestinae annis 52–60, homo tam in privata vita quam in suo munere publico gerendo sceleratissimus. A. 23,24,26; 24,3,22,24,25,27; 25, 14 (cfr. Schürer § 19, 4; Hagen II 270).*

φῆμη, ης, ἡ ↓ *sermo, rumor, fama* Mt. 9,26. L. 4,14. [Hsd. Pind. ss.]*

φημί, 3. ps. sg. φησίν, 3. plur. φασίν (R. 3,8. 2 C. 10,10 cB), imperf. et aor. 2 3. ps. sg. ἔφη (v. Kühner³ II p. 210); aliae formae in NT non occurunt: *quod sentio manifesto, dico, interdum aequivalet verbis sentio, opinor; seq. acc. τοῦτο 1 C. 7,29: ib. 10,15,19; seq. ὅτι 1 C. 10,19, τοῦτο ὅτι 1 C. 15,50; seq. acc. c. inf. R. 3,8; — ut verbum lat. *inquam*, plerum-*

que adhibetur ubi ea quae alqs. dixit oratione directâ referuntur, et quidem a) praemittitur orationi directae: δὲ ἔφη· ‘Ἄνδρες ἀδελφοὶ κτλ. A. 7,2, καὶ φησιν ὁ εὐνοῦχος· Ἰδοὺ ὅδωρ 8,36: Mt. 8, 8; 13,29 et passim; add. dat. pers. Mt. 4,7; 13,28. L. 7,44 al., vel πρός τινα: L. 22,70. A. 10,28 al. — b) φησίν, ἔφη ets. inseritur primis verbis orationis directae i. e., si haec absolvitur uno vocabulo, postponitur (in NT rarius inseritur quam praemittitur, in evangeliiis praeter Mt. 14,8; 19,18 Tdf. nusquam): Πέτρος δὲ πρὸς αὐτοὺς Μετανοήσατε, φησίν, καὶ κτλ. A. 2, 38 cr. (nWH.); A. 23,35; 25,5,22; 26,25; ut apud Graecos, omittitur subjectum verbi ubi facile suppletur: ὅρα γάρ, φησίν, ποιήσεις κτλ. ‘vide, inquit (sc. Deus, cfr. Ex. 25,40), ut facias etc.’ H. 8,5; solebant ita introduci adversariorum sententiae refellendae [Dem. Epict. al.]; etiam complurium alqd. dicentium verba per singularem formam φησίν (fere impersonaliter = germ. es heißt) inferuntur [ἀλλά, φησίν, κρείττον ποιοῦμεν κτλ. et respondetur: ἀλλὰ ταῦτα λέγοντες οὐκ ἴστε κτλ. Ps. Clem. M 2, 281 a; Dem. p. 650, 13; Epict. Enchirid. c. 24]: αἱ μὲν ἐπιστολαί, φησίν, βαρεῖαι ‘epistulae quidem, inquiunt (inquit nonnemo), graves sunt’ 2 C. 10,10 (nHe.).

φημίζω, ao. P. ἔφημίσθην (φήμη) *spar-gendo rumore nuntio* alqd., *divulgo*: ἔφημίσθη δ λόγος: Mt. 28,15 Tdf. [οἱ τεθνάναι φημισθέντες Plut. mor. 264 d]¹

Φῆστος, ου, δ *Festus*; Porcius Festus, procurator Palaestinae post Felicem a. 60.—62. pChr. n.: A. 24,27; 25 passim; 26,24 s.,32; cfr. Schürer § 19, 5; Hagen, II 282.

φθάνω, ao. ἔφθασα, pf. ἔφθακα: 1) *prius vel citius quam alius, aut prius quam aliqui eventus fit, aliquo venio aut alqd. facio vel patior* [seq. acc. pers. et ptc. actionis, ut φθάνουσιν ἐπὶ τῷ ἄκρῳ γενόμενοι τοὺς πολεμίους ‘prius quam hostes ad cacumen perveniunt’ X. an. 3, 4, 49; pro ptcº apud recentiores occurrit inf.; passim alterutrum aut utrumque verbi additamentum omittitur]; omissa ptcº vel infº, φθάνω τινά *praevenio, antevertō* alqm.: οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας nos vivi ‘non praeveniemus mortuos’, nequaquam ante illos aut sine illis ad gloriam perveniemus,

1 Th. 4,15. — 2) cum praepositionibus loci εἰς, ἀχρι ets. — omissio scilicet ptc^o ἐρχόμενος vel ἐλθών — apud recentiores valet i. q. *advenio, pervenio, pertingo aliquo [altitudo arboris ἔφθασεν ἔως τοῦ οὐρανοῦ Dan. 4,8, ἔως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν 7,13: ib. 4,19,21; 7,22. Eccli. 12,1; test. Ruben c. 5, M 2, 1044 d; saepe in Act. apost. apocr.; φθάσομεν εἰς Πελούσιον pPar. 18, 14]: Mt. 12,28. L. 11,20. 2 C. 10,14. 1 Th. 2,16 [cfr. Eccle. 8,14]; φθάνειν εἰς τι 'alqd. assequi' R. 9,31. Ph. 3,16 [φθ. εἰς τοῦτο ὑπεροφίας 'eo superbiae venire' Plut. mor. 338a]. NB. Passim verbo haec idea subinnui videtur, 'jam pervenisse, cito venire, non esse exspectandum ets.': ut ll. cc. 'jam pervenit ad vos regnum Dei' Mt. L., similiter 2 C. Ph.; 'non diu exspectanda fuit poena' 1 Th.; Israël 'jamdiu et ante gentiles' gratiam Messianam consequi cum posset, suā culpā consecutus non est, R. l. c.*

***φθαρτός** 3. (φθείρω) corruptibilis, corruptioni obnoxius, caducus, fluxus: φθ. ἄνθρωπος R. 1,23, στέφανος 1 C. 9,25: 1 P. 1,23 [Aristot. Sap. 9,15 al.; Philo, PP. apost.]; — φθαρτά 'res corruptibiles' 1 P. 1,18 [Sap. 14,8], τὸ φθαρτὸν corpus mortale 1 C. 15,53 s.*

φθέγγομαι, ao. ἔφθεγξάμην: sonum edo, vocem edo, sono, crepo ets., dicitur tam de rebus quam de animalibus et hominibus; — de homine: loquor, ita ut opponatur silentium: μὴ φθέγγεσθαι 'ne ullo modo loquerentur' A. 4,18 [X. Cyr. 7, 3, 11, an. 6, 6, 28; μὴ δύναιντο φθέγγεσθαι! Syll. 509, 23]; — alibi hoc verbo depingitur illa peculiaris ejus, qui loquitur, vocis inflexio sive sonus sive affectus, ut modus loquendi infantis, mendici, histrionis ets. [Plat. Aristot.; cfr. Schmidt 1, 53]; c. acc. obj. pronuntio, declamo: ὑπέρογκα ματαιότητος φθεγγόμενοι 'verba plena vanitatis declamantes' 2 P. 2,18 [φθέγγονται τὰ τοιαῦτα ἐνθουσιάζοντες, Aristot. rhet. 3, 7]; abs. loquor: ὑποζύγιον ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον 2 P. 2,16.*

φθείρω, ft. φθερῶ, ao. ἔφθειρα, ao. P. ἐφθάρην, ft. P. φθαρήσομαι: corrumpo, pessundo, in perniciem ago [cl.: alqm., exercitum, vel naves, urbem, leges ets.; etiam 'pecuniā alqm. corrumpo: bestechen']; 1) laedo, pessundo: a) in re pecuniaria

alqm. laedo aut perdo: ruinieren; ita sec. multos 2 C. 7,2. — b) aedificium laedo, destruo: φθ. τὸν ναὸν τ. Θ. 1 C. 3,17 metaphorice = ecclesiam Corinthiacam pravis doctrinis corrumpo. — 2) in vita religiosa et ethica alqm. perdo: a) pravis doctrinis fallo: οὐδένα ἔφθείραμεν 2 C. 7,2: Ap. 19,2; φθαρῆναι ἀπὸ τῆς ἀπλότητος 'corrumpi eoque abduci a sincera fide' 2 C. 11,3. — b) mores alcs. depravo, corrumpo: φθείρουσιν ἥθη χρηστὰ δυιλίαι κακαί (Menandri senarius; pronuntia χρήστ': Bl. § 5, 1) 1 C. 15,33; pass. τὸν παλαιὸν ἀνθρώπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας κτλ. 'veterem hominem qui sequendis desideriis etc. pessum it', innuitur simul pernicies aeterna, E. 4,22: Ju. 10. — c) in aeternam perniciem ago: 1 C. 3,17 b; pravi doctores ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καὶ φθαρήσονται aut 'in sua corruptione ethica etiam in aeternam perniciem ruent', aut 'interitu eorum (sc. brutorum, ergo: brutorum instar) peribunt', morientur sine Deo aut spe salutis, 2 P. 2,12 cr.*

***φθινοπωρινός** 3. (τὸ φθιν-όπωρον Hdt. ss. 'autumnus in hiemem vergens') extremi ac deficientis autumni, brumalis, vulg. autumnalis; δένδρα φθ. 'arbores quales sunt exeunte autumno', i. e. fructibus suis privati, frondem amittentes, Ju. 12. [Aristot.; δ φθ. ἀήρ, ἐν ᾧ φυλλοχοεῖ (frondem abiciunt) τὰ δένδρα, Plut. mor. 735 b] ¹

φθόγγος, οὐ, δ (φθέγγομαι) sonus qualis ab aure varie percipitur, altitudine, emphasis, vocis inflexione atque quodammodo colore varius, sive hominis sive animalis sive rei inanimis, potissimum instrumenti musici [Hom. ss.]; de sonis instrumentorum 1 C. 14,7; ut φθέγγομαι (q. v.), ita φθόγγος opponi potest silentio: caeli ac sidera non, ut videntur, silent, sed revera quodammodo altâ voce celebrant Deum, auditur totum per orbem eorum φθόγγος Ps. 18,5, quibus psaltae verbis suo argumento accommodatis S. Paulus apostolos non siluisse sed ubique praedicasse asserit R. 10,18.*

φθονέω ↓ invideo τινί G. 5,26 (cB τινά).¹

φθόνος, οὐ, δ invidia R. 1,29. 1 T. 6,4. T. 3,3. Ja. 4,5; plur. quae ex invidia fiunt vel dicuntur G. 5,21. 1 P. 2,1; διὰ φθόνον 'propter invidiam, invidiā impulsus' Mt. 27,18. Mr. 15,10. Ph. 1,15. — NB. Verba

Ja. 4,5 ἡ γραφὴ λέγει· πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα δὲ κατώκισεν (t. r. He. Br. κατώκησεν) ἐν ἡμῖν pro varia vocabulorum significatione ab aliis aliter expressa sunt. **Imprimis a)** ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα δὲ κατώκισεν ἐν ἡμῖν **a)** ‘desiderat [Deus] spiritum quem nobis indidit’, i. e. animum nostrum, — aut **β)** ‘desiderat [nos] Spiritus S. quem nobis indidit’, — aut **γ)** ‘desiderat [nos] Spiritus S. qui in nobis [κατώκησεν =] sedem fixit’. — **b)** πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ **a)** ‘[velut] cum invidia desiderat’, i. e. tantopere ut invidere aemulis videatur qui eundem animum hominis occupare cupiunt, — **β)** ‘usque ad [excitandam] invidiam desiderat’, i. e. tantopere ut quodammodo excitetur invidia eorum qui hominem a Deo sic diligi vident. — **c)** verbis ἡ γραφὴ λέγει indicari putant locum Zach. 8,2 s., aut universim commemorari revelatum in SScri^s Dei in homines amorem. — **d)** nuper quidam [Stud. u. Krit. 1907 p. 234 ss.], mutatā interpunctione, locum ita exposuit: ‘Scriptura dicit de invidia: cupit ea [sc. invidia] spiritum quem [Deus] nobis indidit’, et hoc ait dici Gen. 4,7 illis verbis ‘peccatum [invidiae] ad ostium [animi] cubat insidians: versus te est desiderium ejus’: — cfr. πνεῦμα 2 et 4, πρὸς III 2 b, 3 d, 4.*

φθορά, ἄτα, ἡ (φθείρω) *corruptio*, *perditio*, *exitium*, in NT sensu passivo = τὸ φθείρεσθαι, τὸ ἐφθάρθαι: 1) in ordine physico: *interitus*; cibi aliaeque res materiales destinatae sunt εἰς φθορὰν ‘ad hoc ut (usu) intereant’ C. 2,22, item bruta ‘ad hoc ut (ab hominibus occisa) intereant’ 2 P. 2,12 a, de 12 b cfr. φθείρω 2 c; — *condicio corporis morti corruptionique obnoxii* (cui opp. ἀφθαρσία) 1 C. 15,42, et metonymice ipsum corpus mortale sive homo tale corpus habens, ib. 15,50. — 2) †*condicio depravationis physicae ac moralis per peccatum in hunc mundum invecta*: τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς ‘ex corruptione quae per pravam concupiscentiam in mundo est’ 2 P. 1,4; ii qui huic depravationi obnoxii sunt, sunt δοῦλοι τῆς φθορᾶς 2 P. 2,19; status rerum huic depravationi obnoxiarum et saepe peccato inservientium est δουλεία τῆς φθορᾶς R. 8,21. — 3) *vita aeternae jactura*, *aeternus interitus* G. 6,8.*

φιάλη, η, ἡ *vas liquorum sat planum: phiala, patera* Ap. 5,8; 15,7; 16,1-4,8,10,12, 17; 17,1; 21,9.*

φιλ-, **φιλο-** praefixum adjectivorum, aequipollens ptc^o act. *amans*, ut φιλ-άνθρωπος ‘homines amans’; ab his adj^{is} dein nova vocabula derivantur: φιλανθρώπως adv., φιλανθρωπία nomen abstr., φιλανθρωπώς verb. etc. Notatu dignum est, quia ab ἀγαπάω et στέργω nomina composita derivari non solebant, praefixo φιλ(o)- competere pro contextu significationem participiorum ἀγαπῶν aut στέργων aut φιλῶν, q. v.

φιλ-άγαθος 2. *boni vel bonorum amans*, i. e. qui bonum vel bonos amat [v. Arist. eth. m. 2, 14; Syll. 729, 9; Plut. mor. 140 c; Sap. 7,22]: T. 1,8, vulg. ‘benignus’.¹

Φιλαδέλφεια, ας, ἡ *Philadelphia*, urbs Lydiae, quam Attalus II. Φιλάδελφος, rex Pergamenus, aedificavit, Ap. 1,11; 3,7. — NB. Terminatio -εια urbi convenit, ut aliis, Ἀλεξάνδρεια, Καισάρεια etc.; Tdf. WH. He. Br. scribunt -φία.*

φιλαδελφία, ας, ἡ ↓ *amor erga fratres, germanorum inter se amor* [Xen. Lcn. al.]; in NT *caritas fraterna*, qua Christiani se mutuo tamquam fratres, ejusdem Dei patris filios, complectuntur: R. 12,10. 1 Th. 4,9. H. 13,1. 1 P. 1,22. 2 P. 1,7.*

φιλ-άδελφος 2. *fratrum sororumve amans* [Soph. Xen.]; **plenus caritatis erga eos qui sunt per fidem et gratiam fratres* 1 P. 3,8 [de Jeremia 2 Mach. 15,14].¹

φιλ-ανδρος 2. 1) *virorum amans* [vario sensu Aesch.]. — 2) †*virum suum*, i. e. *maritum amans* T. 2,4. [Plut., inscr. LvO. 229]¹

φιλανθρωπία, ας, ἡ (φιλ-άνθρωπος) *benevolus hominum amor, humanitas, benignitas*, cui opp. severitas, crudelitas [Xen. Plat. ss.; in papp. = ‘indulgentia, amnesty’]: A. 28,2; Dei erga homines caritas T. 3,4 [Syll. 418, 103].*

φιλανθρωπως adv. (φιλ-άνθρωπος) *humane, benigne, indulgenter*: φ. χρῆσθαι τινι [Dem. 411, 11; Syll. 922, 10] ‘se h. gerere erga alqm.’ A. 27,3.¹

φιλαργυρία, ας, ἡ ↓ *pecuniae (acquirendae, accumulandaes, retinendaes) amor, avaritia* 1 T. 6,10. [Isocr. Aristot.]¹

φιλ-άργυρος 2. *pecuniae (acquirendae,*

accumulandae, retinendae) amans, avarus
L. 16,14. 2 T. 3,2. [Soph. Plat.]*

φίλ-αυτος 2. *sui ipsius (aut recte aut perverse) amans* [Aristot.]; — plerumque in malam partem: *sui amator, qui omnia ad suam utilitatem refert: selbstsüchtig: égoïste;* 2 T. 3,2.¹

φιλέω, ao. ἐφίλησα, pf. πεφίληχα (φίλος): 1) *amo*; a verbo ἀγαπάω, quod dilectionem quandam libere et sponte nostra ex perspectis rationibus in alqm. vel alqd. collatam significat, φιλέω ita differt ut indicet amorem quendam tenerum et affectivum qualis in animis conaturaliter ultro oritur erga consanguineos amicosve et erga res quas nobis jucundas esse sentimus; porro etiam in numero eorum quos alqs. ἀγαπᾷ ‘diligit’, sunt rursus quidam quos praeter ceteros φιλεῖ, i. e. teneriore amore affectivo complectitur, utpote specialiter sibi jucundos, caros, amicos: v. Schmidt 136, 3 ss.; — in NT = *amo*: a) *amo aliquem*: consanguineos Mt. 10,37; mundus amat suos sectatores J. 15,19; — Deus φιλεῖ ‘amat’, sc. tenero amore paterno, teneriore quam ceteros (quos omnes ἀγαπᾷ) amore, Filium suum J. 5,20, Christi discipulos J. 16,27 a; — Christus φιλεῖ ‘amat’, praecipuo amore complectitur amicos J. 11,3,36; 20,2. Ap. 3,19; amant discipuli reliquique fideles Christum J. 16,27 b; 21,15-17. 1 C. 16,22, Paulum T. 3,15. — b) *amo aliquid*: animam suam (cfr. ψυχή 1 c) J. 12,25, alias res Mt. 23,6. L. 20,46. Ap. 22,15; seq. inf.: φιλοῦσιν προσεύχεσθαι ‘amant preces facere’ i. e. libenter ideoque saepe faciunt, Mt. 6,5, φ. καλεῖσθαι ῥαββεῖ Mt. 23,6. [φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν Soph. Aj. 989] — 2) *specialis teneri amoris signum exhibeo*, i. e. *osculor* Mt. 26,48. Mr. 14,44. L. 22,47. [Hdt. 1, 134; Xen. Cyr. 1, 4, 27; Gen. 27,26 al.; neohell.]*

φίλη, ης, ἡ *amica* L. 15,9.¹

φιλ-ήδονος 2. (ξιδονή) *voluptatum amans* 2 T. 3,4. [Pol. Plut.]¹

φιλημα, ματος, τό (φιλέω 2) *osculum* L. 7,45; 22,48 [Aesch. ss.]; — osculum ut signum fraternae caritatis, quod Christiani inter se exhibebant, designatur additamentis φ. ἄγιον R. 16,16. 1 C. 16,20. 2 C. 13,12. 1 Th. 5,26, φ. ἀγάπης 1 P. 5,14.*

Φιλήμων, ονος, δ *Philemon*, Christianus, nobilis civis Colossensis Phm. 1.¹

Φίλητος (cfr. Kühner I § 84), ον, δ *Philetus*, haereticus quidam, 2 T. 2,17.¹

φιλία, ας, ἡ (φίλος) *amicitia, amor, sec.* Aristotelem ibi est φιλία, ubi alqs. φιλεῖ et ἀντιφιλεῖται amat et redamatur, ita tamen ut consistat ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι (eth. Nic. 8, cc. 2, 9 al.): cum genet. obj. [Thuc. 1, 91 al.] ἡ φιλία τοῦ κόσμου ‘inita cum mundo amicitia’ Ja. 4,4.¹

Φιλιππίσιος, ον, δ ↓ *Philippensis* Ph. 4,15.¹

Φιλιπποι, ων, οἱ *Philippi*, urbs Macedoniae, a Philippo Macedone aucta et nominata; A. 16,12; 20,6. Ph. 1,1. 1 Th. 2,2.*

Φιλιππος, ον, δ *Philippos*; — in NT nominantur 1) *Ph. apostolus*, Bethsaidensis: Mt. 10,3. Mr. 3,18. L. 6,14. J. 1,44 ss.; 6,5, 7; 12,21 s.; 14,8 s. A. 1,13. — 2) *Ph. diaconus et* (A. 21,8) *evangelista*: A. 6,5; 8,5-40 passim; 21,8. — 3) *Ph. tetrarcha* Trachonitidis, Ituraeae etc., Herodis M. ex Cleopatra filius: L. 3,1; ab eo urbs Paneas restaurata nomen traxit Καϊσάρεια ἡ Φιλίππου Mt. 16,13. Mr. 8,27. — 4) *Ph.*, *frater Herodis Antipae, Galilaeae Peraeaque tetrarchae* (Herodis M. ex Malthace filii), Herodis M. ex Mariamme filiā pontificis filius, homo privatus; is a FlJ. ant. 17, 1, 2 et 18, 5, 1. 4, bell. 1, 28, 4 ‘Ηρώδης nominatur, unde probabile est nomen ei fuisse ‘Ηρώδης Φιλίππος (v. Knabenbauer in Mt. 14,2); Mt. 14,3. Mr. 6,17. L. 3,19.*

φιλό-θεος 2. *amans Deum* 2 T. 3,4. [Aristot.]¹

Φιλόλογος, ον, δ *Philologus* R. 16,15.¹

φιλονεικία, ας, ἡ (φιλόνεικος, -κέω)
1) *contentiositas, altercandi studium, diuturnior vel frequentior contentio* [Plat. Isocr.], in bonam partem: *aemulandi studium* [Xen. Cyr. 7, 1, 18] aut: *rei bonaē perficiendae enixum studium* [*πᾶσαν παρενέγκασθαι φ. εἰς τὸ c. inf.*, Pol. 4, 49, 2]. — 2) *singularis aliqua aut contentio, altercatio* [DSic. 3, 33] aut *aemulatio*: ἐγένετο φ. ἐν αὐτοῖς L. 22,24. — NB. Quia Graecis fuit etiam vocabulum φιλό-νικος ‘victoriae cupidus’, φιλονικέω ‘alios vincere iisque antecellere studeo’, φιλονικία *excellendi*

studium, de victoria seu principe loco concertatio [Isocr. p. 44 d], et quia L. 22,24 cABD al. scribunt φιλονικία, merito quaeri potest, nonne haec scriptura praeferenda sit; evang. Hieros. vertit ‘aemulatio’.¹

φιλό-νεικος 2. (τὸ νεῖκος rixa, altercatio) *altercationis amans, contentiosus* — raro in bonam partem = *ambitious, aemulans* — [Xen. Plat. al.]: εἴ τις δοξεῖ φ. εἶναι ‘si cui libet porro de hac re contendere mihique obloqui, sciat etc.’ 1 C. 11,16.¹

φιλοξενία, ας, ή ↓ benignitas in peregrinos, *hospitalitas* R. 12,13. H. 13,2. [Plat. ss.]*

φιλό-ξενος 2. *amans hospitum* i. e. *hospitales* 1 T. 3,2. T. 1,8. 1 P. 4,9. [Hom. ss.]*

+**φιλο-πρωτεύω** *amo primus esse, amo principatum gerere*, i. e. *primas partes affecto, aut principatu gerendo atque ostentando delector*: seq. gen. obj., ut in verbis excellendi et regnandi 2 J. 9. [φιλόπρωτος Pol. Plut.]¹

φίλος 3. sensu passivo = *carus, amatus* [Od. 2, 2. 88]; sensu activo = *amans alqm., favens alci., benignus, officiosus*: seq. dat. αὐτῷ ‘erga eum’ A. 19,31 [Xen. Cyr. 1, 6, 4]; — substantive δ. **φίλος** *amicus, mutui amoris specialis vinculo cum algo. conjunctus* L. 7,6; 11,5 s., 8; 14,12; 15,6,29; 16,9; 21,16; 23,12. J. 11,11; 15,13. A. 10, 24; 27,3. Ja. 4,4. 3 J. 15; *blanda compellatio φίλε* L. 11,5; 14,10; δ φ. τοῦ νυμφου J. 3,29 vocatur *paranymphus*; Jesus dicitur φ. τελωνῶν καὶ ἀμαρτωλῶν quia eorum commercium non vitavit, sed eos ad se allexit eisque amorem exhibuit, Mt. 11,19. L. 7,34; Christus discipulos appellavit suos amicos L. 12,4. J. 15,14 s.; Abraham meruit titulum φ. Θεοῦ ‘amicus Dei’ Ja. 2,23 ex Jdth. 8,22 vulg. 2 Chr. 20,7. Is. 41,8 (ubi hebr. בָּנָא = substantive ‘amicus’, quod ideam amati non minus continet quam amantis, unde recte LXX verterunt ἡγαπημένος, et δν ἡγάπησα); — sensu latiore et activo: οὐκ εἰ φίλος τοῦ Καίσαρος = non es fidelis in imperatorem, vel per litot. = es hostis imperatoris, J. 19,12 [φίλος τ. K. ‘amicus seu familiaris Caesaris’ commemoratur ut nomen honorificum quo multi gloriantur Epict. III 4, 2; IV 1, 8. 45 ss. 95]*

φιλοσοφία, ας, ή ↓ *sapientiae amor seu studium*, i. e. aut sensu latiore *litterarum*,

artis rhetoricae ac dialecticae ets. studium [Plat. Isocr. al.] aut in specie *philosophia, scientifica essentiae ac veritatis rerum ultimorumque causarum investigatio ac cognitio* [Plat. Aristot. al.]: διὰ τῆς φ. καὶ κενῆς ἀπάτης ‘per «philosophiam» et (ut verius dicam) inanem deceptionem’ C. 2,8: doctores Colossenses suas erroneas doctrinas ex ethnicorum placitis Judaeorumque doctrinis conflatas ‘philosophiam’ appellabant.¹

φιλό-σοφος, ον, δ *sapientiae amans*, i. e. aut universim *scientiae, artis litterarumve studiosus, doctus*, aut in specie *philosophus* [Plat. Aristot. al.] A. 17,18.¹

φιλό-στοργος 2. (*στοργή tener, tranquillus, continuus nec facile perturbabilis amor qui inter parentes filiosque, inter conjuges, inter cives et principem mutuo habetur: a verbo στέργω*; Schmidt 136, 10) *amans atque exercens τὴν στοργήν*, i. e. *suorum amans, in suos pius* [Xen. Aristot. al.; -γία pTebt. 408 patris in filium amor]: tales vult Paulus Christianos inter se mutuo esse R. 12,10.¹

φιλό-τεκνος 2. (*τέκνον*) *liberos amans* [Hdt. ss.; inscr. LvO. 229] T. 2,4.¹

φιλοτιμέομαι (φιλό-τιμος 2. in malam partem: ‘honorum avidus’; in bonam partem: ‘ea amans quae honori sunt, suo honori consulens’) 1) *honoris avidus sum.* — 2) in bonam partem: *in alga. re honorem meum specto, alqd. mihi honori duco ideoque diligenter exerceo aut cupide appeto, germ. sich eine Ehrensache daraus machen, etwas zu tun, gall. mettre son honneur ou son ambition à faire qch.*: seq. inf.: φ. εὐαγγελίζεσθαι ‘studeo atque honori mihi duco ibi evangelium praedicare, ubi’ R. 15,20: 1 Th. 4,11 [X. mem. 2, 9, 3]; *cupide studeo, enitor* 2 C. 5,9.*

φιλοφρόνως adv. ↓ *benigne, benevole, amice* A. 28,7. [Hdt. ss. Syll. 279, 9]¹

φιλό-φρων, ον, gen. ονος (φίλος, φρήν) *amicā mente, benignus, benevolus* 1 P. 3,8 r. [cl.; pBer. 1009, 3]¹

φιμόω (i; inf. *praes.* -οῖν 1 P. 2,15 WH. sec. cN, Bl. § 22, 3), ft. *φιμώσω, αο. ἐφίμωσα, pf. P. πεφίμωμαι, αο. P. ἐφιμώθην* (φιμός ‘occlusio; camus, capistrum’): *occludo; praesertim: *os capistro praecludo* alci. idque aut 1) *ne comedere possit: οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα 1 C. 9,9. 1 T.

5,18 e Dt. 25,4; — aut 2) ne loqui possit; metaphorice = *ad silentium redigo, obmutescere facio*: τινά Mt. 22,34; cum metonymia: τὴν τῶν ἀφρόνων ἀγνωσίαν ‘stultorum ignorantiam’ 1 P. 2,15; — pass. φιμωθῆναι *ad silentium redigi, conticescere* Mt. 22,12. Mr. 1,25. L. 4,35 [φιμοῦσθαι FlJ. bell. 5, 1, 5]; pf. πεφιμῶσθαι *ad silentium redactum esse, coactum silere*: πεφίμωσο ‘sile!’ Mr. 4,39 [FlJ. bell. prooem. 5; 1, 22, 3; SEmp.; ad imper. pf. cfr. πέπαυσο Lcn. Philop. 2].*

Φλέγων, οντος, δ *Phlegon*, Christianus, R. 16,14.¹

φλογίζω ↓ *inflammo, incendo, comburo* [τινά Soph. LXX]; in metaphora: lingua φλέγει τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως ‘rotam (= cursum) vitae velut incendio vastat’ ad multa nos peccata incitans, Ja. 3,6 [pass. Dan. 3,27].¹

φλόξ, γός, η *flamma* L. 16,24; pleonastice φλὸξ πυρός [Eur. LXX] A. 7,30 (nBr.). 2 Th. 1,8 He. H. 1,7. Ap. 1,14; 2, 18; 19,12; ἐν πυρὶ φλογός A. 7,30 Br. 2 Th. 1,8 (nHe.).*

φλυαρέω ↓ *nugas dico, nugor, garrio* [Hdt. Xen. al.]; — †τινά de algo. *nugas dico, garrio*, et qualia alqs. dixerit, indicatur dativo instrum.: λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ήμᾶς 3 J. 10 [φλυαροῦμαι ὑπὸ τῶν ποιητῶν DLaërt. 7, 173; Isocr. 98 a jungitur cum βλασφημεῖν].¹

φλύαρος 2. (φλύω ‘ebullio; garrio’) × *garrulus, inepte loquax* 1 T. 5,13. [Pl. Ax. 369 b; 4 Mach. 5,10; — cl. etiam substantive δ φλ. *loquacitas nugae*]¹

φοβερός 3. ↓ 1) *terrificus, terribilis, horribilis* H. 10,27; 12,21; φοβερόν sc. ἔστιν H. 10,31. [Hdt. ss.] — 2) *terrore percussus, timidus*. [tragg. ss.]*

φοβέω (φόβος) I. act. *terreo, terrendo abigo* [Hom. ss.]. — II. pass. **φοβοῦμαι**, ao. P. ἐφοβήθην, ft. P. φοβηθήσομαι: 1) *terrore fugor, territus fugio*. [Il. 21, 554 al.] — 2) *timeo, metuo* — et quidem passim distinguendum est inter φοβεῖσθαι ‘timorem habere’ et aoristum ingressivum φοβηθῆναι ‘timorem concipere, extimescere’ —: a) intransitive: abs. ἐφοβήθησαν σφόδρα ‘valde extimuerunt’ Mt. 17,6; μὴ φοβηθῆτε ‘nolite extimescere’ Mt. 10,31 r.; ἐφοβοῦντο γάρ ‘formidabant enim’ Mr. 16, 8; saepè μὴ φοβοῦ, μὴ φοβεῖσθε ‘noli(te)

pavere, desine (-ite) timere’ Mt. 10,31; 14,27. L. 1,13,30; 2,10; 5,10 al. (μὴ I 1); cum accus. obji int.: φοβεῖσθαι φόβον μέγαν Mr. 4,41. L. 2,9 (de 1 P. 3,14 cfr. 2 b β); seq. *ἀπό τινος ‘alqm. timere’ i. e. prae timore ab alqo. refugere [Dt. 1,29] Mt. 10,28 a. L. 12,4; res, quae ne fiat timetur, indicatur sequente μὴ et conjunctivo: φοβηθεὶς μὴ διασπασθῇ δ Παῦλος ‘timere coepit ne Paulus discerperetur’ A. 23,10 cr.: 27,17; pro simplici μὴ ponitur μήποτε H. 4,1, μήπως A. 27,29 r. 2 C. 11,3; 12,20, μήπου A. 27,29 cr.; si timetur ne quid jamjam acciderit, ponitur μὴ et indicativus (ac si usurpetur particula interrogativa μὴ III: Bl. § 65, 3, Curtius § 210, 2 Anm. 1): cum prolepsi: φοβοῦμαι ὑμᾶς μήπως εἰκῇ κεχοπίαχα εἰς ὑμᾶς ‘timeo ne in cassum pro vobis laboraverim’ G. 4,11 [ad prolepsin cfr. Thuc. 4, 8, 7; Curtius § 206, 3 Anm.]. — b) transitive: *timeo alqm. vel alqd.*; a) *timeo alqm.*, sc. ne ille mihi noceat aut ne illi displiceam ets.: ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην Mr. 6,20; τοὺς Ἰουδαίους J. 9,22, Deum Mt. 10,28 b. L. 12,5: Mt. 10,26; 14,5; 21,26. A. 5,26. G. 2,12 al.; θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἔξουσίαν; ‘visne timore magistratum vacare?’ R. 13,3. — β) *timeo alqd.*: φ. τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως H. 11,23; φ. τὸν φόβον τινῶν ‘aliquorum minas timere’ (φόβος I) 1 P. 3,14: Ap. 2,10; *vvereor*: seq. inf. (aut cum art.: τὸ ἀποθνήσκειν Plat., aut) sine art.: ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν ‘timuit (= timens noluit) illuc ire’ Mt. 2,22: Mr. 9,32. L. 9,45; μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ ‘noli timere accipere M.’ (= omni timore deposito accipe M.) Mt. 1,20. — 3) *vvereor, revereor* a) *vvereor Deum*, vulg. *timeo*, i. e. ita Deum pie veneror, ut ejus majestatis ac sanctitatis conscious timeam ne ei displiceam ab eove puniendus sim (cum igitur alios, quos ut adversarios timemus, viteimus, e contrario Deo nos, si eum φοβοῦμεθα, magis addicimus): τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν ‘iis qui eum verentur’ L. 1,50: A. 10,35. C. 3,22 r. Ap. 14,7; 15,4; 19,5; eodem sensu φ. τὸ δόνομά σου = te, Ap. 11, 18 [Neh. 1,11]; φοβούμενοι τὸν Κύριον C. 3,22 cr. ‘reverentes Dominum’, Christum. [LXX; sed etiam nonnusquam ap. profanos: τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα Isocr. 5 b; Plat. legg. 927 a;

Lys. Plut.]; — e contrario impius dicitur τὸν Θεὸν μὴ φοβεῖσθαι L. 18,2; 18,4; 23, 40; — in specie φοβούμενοι τὸν Θεόν A. 10,2,22; 13,16,26 vocantur iidem qui alibi dicuntur σεβόμενοι (τ. Θ.), de quibus v. art. σέβομαι. — b) revereor homines [φ. πατέρα καὶ μητέρα Lev. 19,3]: E. 5,33, ad quem l. cfr. ἵνα II 3. — c) revereor rem sacrosanctam [τὸν ἱερόν pTebt. 59, 10].

φρόβηθρον (WH. sec. cNA) et **φρόβητρον** (cBD), οὐ, τό id quo quis terretur, *terribilimentum* L. 21,11. [Pl. Ax. 367 a; Is. 19,17]¹

φρόβος, οὐ, δ I. active = τὸ φοβεῖν: *actio terrendi* [X. an. 4, 1, 23]: τὸν φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε ‘nolite timere territionem (= minas) eorum’ 1 P. 3,14 ex Is. 8,12 (in Is. vero sensus est ‘nolite timere quae ille timet’); — metonymice: *is qui metum injicit*: R. 13,3; *id quod metum injicit*: τὸν φ. τοῦ Κυρίου 2 C. 5,11 sec. quosdam ‘illud (severum judicium) quo nos Dominus terret’ [οὐδένα οὔτε φόβον οὔτε κίνδυνον ὑποστελλόμενοι Syll. 225, 10; spectrum apparens, Soph. OC. 1652]. — II. passive = τὸ φοβεῖσθαι: 1) *hominis territi fuga*. [Hom.] — 2) *terror alci. injectus, timor, metus*: a) universim 2 C. 7,11. 1 P. 1,17 (de metu poenae a Deo infligendae). Ju. 23 (ἐν φ. = timentes ne vos ipsi ab illis seducamini); plur. 2 C. 7,5; seq. gen. obj. personae vel rei metum injicientis J. 7, 13; 19,38; 20,19. H. 2,15. Ap. 18,10,15; ἀπὸ (τοῦ) φόβου ‘prae timore’ Mt. 14,26; 28,4. L. 21,26; μετὰ φόβου ‘cum timore’ Mt. 28,8; φόβος ἐπιεπτει ἐπὶ τινα L. 1,12. A. 19,17. Ap. 11,11 v., ἐστὶν ἐπὶ τινα A. 2, 43 v., γίνεται ἐπὶ τινα L. 1,65. A. 5,5,11 vel τινί A. 2,43, λαμβάνει τινά L. 7,16; φόβου πλησθῆναι L. 5,26; φόβῳ συνέχεσθαι L. 8,37 vel ἔνοχον εἶναι H. 2,15; φόβον ἔχειν 1 T. 5,20; φόβον μέγαν φοβεῖσθαι Mr. 4,41. L. 2,9. — b) in specie: *servilis timor Dei*, quo aliquis Deum ut justum severumque peccatorum vindicem timet: πάλιν εἰς φόβον ‘ita ut iterum (sicut ante conversionem Deum serviliter) timere debatis’ R. 8,15; 1 J. 4,18 ter: in utrumque locum v. commentarios. — 3) **reverentia Deo iisque quibus subsumus debita*: a) *reverentia erga Deum, «timor Dei»*, quo ducti Dei voluntatem ac beneplacitum nobis normam vivendi constituimus, metuentes

ejus justa judicia: cum genet. obj. φ. Θεοῦ R. 3,18. 2 C. 7,1, τοῦ Κυρίου A. 9,31. 2 C. 5,11 (cfr. supra, nr. I in fine), Χριστοῦ E. 5,21. [LXX = ἡγγίζειν]. — b) *reverentia aliis debita*, ut magistratibus rei publicae R. 13,7 (τῷ τὸν φόβον sc. exigenti: ὁ VI 2), hero 1 P. 2,18, marito 3,2, ei qui a Christiano rationem fidei poscit (sive est magistratus, sive pater, maritus etc.) 3,15. — NB. Dictio plenioris formae, sed ejusdem significationis, est φόβος καὶ τρόμος, quā pro vario locorum contextu significatur *timor* 1 C. 2,3, *timor Dei* Ph. 2,12, *reverentia* ergo praepositos etc. 2 C. 7,15. E. 6,5 (subesse videtur huic dictioni idea anxiae sollicitudinis suae obligationi ac conscientiae satisfaciendi).*

Φοίβη, ης, ἡ *Phoebe*, ecclesiae Cenchrearum diaconissa, R. 16,1.¹

Φοινίη, ης, ἡ *Phoenice*, tractus provinciae Syriae ad Mare mediterraneum situs, cuius urbes principales erant Tyrus et Sidon: A. 11,19; 15,3; 21,2.*

Φοῖνιξ, ιχος, δ 1) *Phoenix*, i. e. incola Phoenices. — 2) *Phoenix*, oppidum maritimum Cretae insulae, A. 27,12 (ubi in vulg. scribendum Phoenicem!); v. Blaß et Wordsworth-White in l. c.¹

φοῦνιξ (de accentu v. Bl. § 4, 2), ιχος, δ *palma*; 1) *palma arbor* J. 12,13 [Hom. ss.]. — 2) *frons palmea, palmae ramus seu folium* Ap. 7,9. [δὲ λαβὼν τὸν φ. ἐν τοῖς ἀγῶσιν Aristot. eth. magn. 1, 34; 2 Mach. 10,7; 14,4; Herm. sim. 8, 2, 1]*

φονεύς, έως, δ (rad. φεν, unde φόνος, aor. ἔπεφνον) *interfector, homicida* Mt. 22,7. A. 28,4. 1 P. 4,15. Ap. 21,8; 22,15; ἀνὴρ φονεύς A. 3,14; c. gen. obj. A. 7,52. [Hom. ss.]*

φονεύω, ft. φονεύσω, aor. ἔφονευσα ↑: *occido, interficio, neco*: abs. Mt. 5,21; 19, 18. Mr. 10,19. L. 18,20. R. 13,9. Ja. 2,11; 4,2; τινά Mt. 23,31,35. Ja. 5,6. [cl. LXX]*

φόνος, οὐ, δ (rad. φεν, unde aor. ἔπεφνον) *interfectio, homicidium* Mr. 15,7. L. 23,19,25. A. 9,1. R. 1,29; plur. *homicidia* Mt. 15,19. Mr. 7,21. G. 5,21 r. He. Br. Ap. 9,21; ἐν φόνῳ μαχαίρῃς [Ex. 17,13 al.] ‘interfectione per gladium’ H. 11,37. [Hom. ss.]*

φορέω, ft. *φορέσω, aor. *ἔφορεσα (att. φορήσω etc.) forma frequentativa verbi φέρω: *porto rem qua indutus vel armatus*

sum, *gesto*: vestem Mt. 11,8. J. 19,5. Ja. 2,3 [X. an. 7, 4, 4; Sir. 11,5; pOx. 531, 14], arma R. 13,4; metaph.: vestimenti instar gestamus similitudinem cum alqo. 1 C. 15,49.*

†φόρον, ου, τό vox lat. *forum*; in n. pr. Ἀππίου φόρον, q. v. p. 70 b.

φόρος, ου, δ (φέρω) *tributum*; 'tributum solvere' φόρον δοῦναι L. 20,22; 23,2, ἀποδοῦναι R. 13,7 (τῷ τὸν φόρον εἰ qui tributum ut sibi debitum juste exigit: cfr. δ VI 2), τελεῖν R. 13,6. [Hdt. ss.]*

φορτίζω, pf. P. πεφόρτισμα (φόρτος): *onero* [LXX. Lcn.; med.: Hsd.]; metaph. οἱ πεφόρτισμένοι 'qui onerati estis, quibus magnum onus impositum est' Mt. 11,28; cum dupl. accus. (ac si sit verbum causativum = 'facio alqm. ferre alqd.'): Bl. § 34, 4): φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάσταχτα 'oneratis homines oneribus gravibus' L. 11,46 de onere praeceporum.*

φορτίον, ου, τό ↓ *onus*, quod homo, jumentum, navis ets. portat: A. 27,10 cr. [Hsd. Xen. al.]; metaph.: onus officiorum per varia praecepta alici. impositorum Mt. 23,4. L. 11,46, item Mt. 11,30 τὸ φορτίον μου onus quod ego vobis impono portandum; τὸ ἔδιον φ. G. 6,5 summa propriorum vitiorum quibus cujusque conscientia gravatur. [id quod alqs. agendum ets. suscepit: Dem. 156, 5]*

φόρτος, ου, δ (φέρω) *onus* quod homo, jumentum, navis ets. portat: A. 27,10 r. [Hom. Hdt. al.]¹

Φορτονάτος (t. r. Φουρτ-: Mayser p. 150), ου, δ *Fortunatus* 1 C. 16,15 Br.,17.*

†φραγέλλιον, ου, τό vox lat. *flagellum* J. 2,15.¹

†φραγελλώ, ao. ἐφραγέλλωσα: pro verbo lat. *flagello*, *flagellis caedo* Mt. 27,26. Mr. 15,15. [scr. eccl.]*

φραγμός, ου, δ (φράσσω) 1) abstr.: *occlusio*, *obstructio* [Soph.]; huc referri potest E. 2,14 μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ 'interjectus paries obstructionis'. — 2) concr.: *id quo alqd. saepitur*, *saepes*, *saepimentum* Mt. 21, 33. Mr. 12,1; juxta ea solent pauperes mendicique considere L. 14,23 [Hdt. Xen. LXX al.]; metaph. μεσότοιχον τοῦ φρ. (gen. epexeg.) id quo dirimebantur et distinebantur Judaei et gentiles, E. 2,14.*

φράζω, ao. ἐφρασα: *declarō*, *explico*,

«edissero» alqd. obscurius dictum [φράσον ἄπερ ἔλεξας Soph. Ph. 559; id. Oed. R. 655; X. an. 2, 4, 18]: παραβολήν Mt. 13, 36 r. Tdf. Br.; 15,15.*

φράσσω, ao. ἐφραξα, ao. P. ἐφράγην, ft. P. φραγήσομαι: 1) *saepio*, *occludo*, *muniō* ets. [Hom. ss.]; ἐφραξαν στόματα λεόντων 'occluserunt ora leonum' H. 11,33 i. e. per fidem eorum effectum est, ut leones vel ab iis vincerentur (Jdc. 14,6. 1 Reg. 17,34) vel iis non nocerent (Dan. 6,17 ss. 22 ἐνέφραξεν τὰ στ. τῶν λ.); ἵνα πᾶν στόμα φραγῆ R. 3,19 metaph. = ut omnes obmutescant [ἀπεφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ 1 Mach. 9,55]. — 2) *rem obstruo*, *impedio* [Thuc. 4, 13]: ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ 'haec gloriatio mihi non obstruetur', a tali gloriatione non sinam me impeditiri 2 C. 11,10 (dicitur εἰς ἐμέ = dat. μοι, fort. ne quis intellegat 'non impeditur a me').*

φρέαρ, ατος, τό 1) *puteus* L. 14,5. J. 4,11 s. [Hom. ss.] — 2) *cisterna* [Thuc. 2, 48], *fodina* [Gen. 14,10] ets.: infernus vocatur τὸ φρέαρ, et τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου Ap. 9,1 s.*

†φρεναπατάω ↓ *mentem* alcs. *decipio*: έαυτόν G. 6,3 [it. Iren. M 7 p. 537 a].¹

× φρεναπάτης, ου, δ (φρήν, ἀπατάω) *mentium deceptor*, *deceptor*: ματαιολόγοι καὶ φρ. T. 1,10. [item M 47, 33 a; 86 A, 941 b; sec. Bl. § 28, 5 in papyro saec. 2. a. Chr. n. = 'qui suam mentem decipit']¹

φρήν, ενός, ἡ 1) sensu proprio, forma plur.: *diaphragma*, *praecordia*: *Zwerchfell*: *diaphragme*. [Hom. ss.] — 2) sensu translatō — *praecordia* enim, quoniam varie affecta respirationem accelerant, retardant, impediuntque, et ita etiam mentis affectiones manifestant, ipsa mentis sedes esse videbantur —: a) forma singulari: *mens*, *animus*, sedes affectuum variorum, sed etiam cogitationis et considerationis, consiliorum et studiorum [max. ap. poëtas, Hom. ss.]. — b) forma plur.: *mens s. animus* eādem significatione, ac *praeципue mens sana*, *sanae mentis affectus*, *prudentia*: τέλειοι ταῖς φρεσὶν 'prudentiā perfecti', opp. παιδία τ. φρ. 'prudentiā pueris aequales' qui vix quidquam φρενῶν habent, 1 C. 14,20. [φρένας ἔχειν Plut. mor. 116 b; aliquibus φρένας ἔξελετο Ζεύς Il. 6, 234

al.; ἐνδεής φρεγῶν Prov. 7,7 al.; ἄφρων 'a-mens' etc.]*

φρίσσω 1) *horreo, rigeo: starren: se hérisser* [φρίσσειν dicuntur segetes aristis, agmina hastis, arbores foliis, pili]; in specie: *frigore vel pavore horreo. — 2) de ipso homine: timore vel terrore cohorresco, horreo* [τινά vel τὶ, aliquotiens Hom. Pind. al.; Jdth. 16,10; abs. ἔφριξεν τὸ πνεῦμα μου 'cohorruit spiritus meus' Thdt. Dan. 7,15]; τὰ δαιμόνια φρίσσουσιν 'daemonia horrerent' Dei justitiam Ja. 2,19.¹

φρονέω, ft. φρονήσω G. 5,10 (φρήν): 1) *mentis compos sum.* [Soph. al.] — 2) *cogito, judico, sentio, aestimo, studio:* perquam varias enim τῆς φρεγὸς actiones hoc verbum pro vario contextu exprimit, potissimum vero illud 'cogitare ac sentire' quod cum aliquo ethico religioso habitu animi erga alqm. vel alqd. bene affecti (studii, amoris, desiderii, benevolentiae, magnae existimationis) cohaeret, aut quod est deinde agendi vivendique principium ac norma; τὸ φρονεῖν ethicum maxime valorem hominis determinat; — a) *cogito, sentio:* ἔφρόνουν ώς νήπιος 'sentiebam (res aestimabam appetebamque) ut parvulus' 1 C. 13,11; cupimus ἀκοῦσαι ἢ φρονεῖς 'audire quae sentias' de quaestione Messiana A. 28,22; φρονεῖν τι ὑπέρ τινος 'alqd. cogitare de alqo.' Ph. 1,7; ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν 'renovastis benevolam meī memoriam', nempe memoriam per auxilium latum efficacem Ph. 4,10 (cfr. ἀναθάλλω), illud ὑπὲρ ἐμοῦ etiam sequenti verbo ἔφρονεῖτε mente addendum est; φρονεῖν τοῦτο, τὶ ἐτέρως, οὐδὲν ἄλλο 'cogitare seu judicare hoc, alqd. aliter, nihil aliud' G. 5,10. Ph. 3,15; — hominum concordium est τὸ αὐτὸ φρονεῖν 'idem sentire' R. 15,5. 2 C. 13,11. Ph. 2,2; 3,16 r. He. Br.; 4,2 [Hdt. 1, 60; inscr.]; sed R. 12,16 a τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονεῖν 'erga se mutuo idem sentire', i. e. nemini se praeferre. — b) *de me algo. modo, superbe aut humiliter, cogito ac sentio; me aestimo = φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν 'ita vos estimate, ut juste ac modeste de vobis ipsis sentiatis', — μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' δ δεῖ φρονεῖν 'nolite justo altius (ὑπερ-) de vobis sentire, violata (παρά III 4 b vel c) normā de vobis recte sentiendi' R. 12,3; sim. 1 C. 4,6 r. [μέγα φρονεῖν X. Hell. 7, 1, 27;*

ὑπὲρ ἑαυτὸν φρονεῖν pTaur. 8, 70] — c) *mentem amorem, desiderium, affectum meum in certam rem converto seu conversum habeo; sum alcs. rei studiosus, amans; curo, amo, appeto alqd.: φρ. τὰ τῆς σαρκός, τὰ τοῦ πνεύματος 'carnalia, spiritualia' R. 8,5, τὰ ἐπίγεια Ph. 3,19; Mt. 16,23. Mr. 8,33. C. 3,2; (τὰ) ὑψηλά R. 11,20 Tdf. WH.; 12,16 b; τὸ ἐν φρονοῦντες 'ad unum omnes finem contendant', ad quem omnes vocati sunt, fort. Ph. 2,2; δ φρονῶν τὴν ἡμέραν = 'is qui diei (religiōse observandi) studiosus est', ergo i. q. qui diem obseruat s. celebrat, R. 14,6; τοῦτο φρονεῖτε (t. r. passive φρονεῖσθω) ἐν ὑμῖν δ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (sc. ἦν vel ἔφρονήθη) 'habete in animis vestris eum sensum (affectum, omnium rerum aestimationem, studium: *Gesinnung: sentiments*) qui fuit in animo Christi Jesu' Ph. 2,5. [φίλα φρονεῖν τινι Phocyl. 172; φρονεῖν τυραννικά 'tyrannidis esse studiosum' Plut. mor. 873 c, πᾶσιν ἔχθρα Alciphr. 1, 13, 3]**

φρόνημα, ματος, τό ↑ *ratio cogitandi ac sentiendi (Gesinnung); magna sui aestimatio, quin etiam superbia* [tragg. Hdt.]; — in NT (ex verbo φρονέω 2 c) fere = *studium, desiderium: τὸ φρ. τῆς σαρκός* (gen. subj.) 'studium carnis', i. e. studia, desideria hominum carnalium, R. 8,7, opp. τὸ φρ. τοῦ πνεύματος 'st. spiritūs', hominis a SpS. impulsi ac ducti; 8,6 τὸ φρ. est per metonymiam 'meta studii', i. e. ille terminus ad quem haec studia hominem aut carnalem aut spiritualem adducunt; τί τὸ φρ. τοῦ Πνεύματος 'quae sit SpSi intentio', sc. intentio precum gemituumque nobis ab eo inspiratorum, vulg. 'quid desideret Sp.', R. 8,27.*

φρόνησις, εως, ἥ (φρονέω) 1) *sensus animi, consilium, ratio cogitandi ac sentiendi* [Soph. Phil. 1078, Oed. R. 662]: ἐν (hic = εἰς) φρ. δικαίων 'ad rationem sentiendi justorum' L. 1,17. — 2) synonymum vocis σοφία: *intellegentia, prudentia: σοφία καὶ φρ. E. 1,8. [LXX = בִּנָה, תְּבוּנָה; Aristoteli φρόνησις est virtus 'prudentiae'; Inscr. or. gr. 332, 25]**

φρόνιμος 2. (φρονέω) 1) *intelligens, sapiens: 1 C. 10,15; opp. μωρός 1 C. 4,10; opp. ἄφρων 2 C. 11,19; παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι R. 11,25 (WH. ἐν ἑαυτοῖς); 12,16 ex Prov. 3,7 'apud vos ipsos sapientes',*

i. e. tales ut vos esse sapientes rati alios superbe despiciatis. — 2) in specie: *qui suis aut personarum rerum sibi commissarum commodis prospicit, prudens, providus* [Aristot. eth. Nic. 6, 5 φρονίμου τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύεσθαι περὶ τὰ αὐτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα πρὸς τὸ εὖ ζῆν ‘homini prudentis est posse bene consiliari de rebus sibi bonis atque utilibus ad bene vivendum’]: c. opp. μωρός Mt. 7,24; 25,2, 4,8 s.; porro Mt. 10,16; 24,45. L. 12,42; compar. φρονιμώτερος L. 16,8, εἰς τινας erga alqos.*

φρονίμως adv. ↑ *prudenter*; villicus φρ. ἐποίησεν ‘prudenter egit’, nempe eo modo quo suae utilitati maxime consuleret, L. 16,8.¹

φροντίζω (φροντίς ‘cogitatio, sollicita cura, studium’) *cogito, meditor τὶ, sollicite curo, studeo τινός* [Hdt. Plat. al.]; seq. inf. [Plut.]: ἵνα φροντίζωσιν καλῶν ἔργων προΐστασθαι ‘ut bonis operibus exercendis studeant’ T. 3,8.¹

φρουρέω, ft. -ήσω (φρουρός [πρό, δράω] ‘custos’, potissimum ‘miles custos’) 1) intrans.: *custos sum, excubias ago.* — 2) trans.: a) in re militari: collocatis in loco vel circa locum militibus *locum custodio, praesidio tutor* ets. [Thuc. Xen. Pol.]: de Areatae ethnarcha portas Damasci (cfr. A. 9, 24) custodiente, ne Paulus effugeret, 2C. 11,32. — b) *inclusum servo* alqm., sive ne effugiat, sive ne laedatur ets. [puellae παρθενῶσι φρουροῦνται καλῶς Eur. Iph. A. 738, in carcere Sap. 17,15]: Judaei ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγχλειόμενοι ‘sub Lege (Legi subdit) tenebamur et includebamur’ G. 3,23. — c) universim: *custodio, tutor* [δαιμῶν σε φρουρήσας τύχοι Soph. Oed. R. 1479]: ἡ εἰρήνη τ. Θ. φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν ἐν Χριστῷ ‘pax Dei custodiet corda vestra cum Christo intime conjuncta’ Ph. 4,7; pass. 1P. 1,5.*

*φρονάσσουμαι [2 Mach. 7,34; Ael. Plut. al.] et *†φρονάσσω, ao. ἐφρύαξα: 1) *hin-nio* [Poll.], *irascens vociferor* [de gallo, Ael. 7, 7]; praesertim equi ad pugnam parati φρυάσσεσθαι dicuntur = *ferocio hinniens, exsiliens, terram terens etc.* [φρ. πρὸς τοὺς ἄγωνας Plut. Lyc. 22; hinc φρύαγμα, φρυαγμός etc.] — 2) metaphorice de homine: *ferocio, superbio* [Philo cherub. 20 al.; Anth. 4, 3, 27; homo superbiens vo-

catur φρυαγματίας Plut. Ant. 2]; (*pugnandi et aggrediendi cupiditate impulsus*) *fremo* A. 4,25 ex Ps. 2,1 = שָׁגַן ‘tumultuor’.¹

φρύγανον, ου, τό (φρύγω ‘torreo’) *cremum, surculus aridus* [Theophr.]; plerumque plur. *cremia, sarmenta arida*, accendendo igni apta [cl.; Syll. 568, 6] A. 28,3.¹

Φρυγία, ας, ἡ (Φρύξ) *Phrygia*, regio nota Asiae Minoris, A. 2,10; 16,6; 18,23.*

Φύγελλος t. r. et Φύγελος t. cr., ου, ὁ *Phygellus*, vulg. *Phigelus*, Christianus quidam, qui Paulum deseruit 2T. 1,15.¹

φυγή, ἡς, ἡ (φεύγω) *fuga* Mt. 24,20. Mr. 13,18 r.¹

φυλακή, ἡς, ἡ (φυλάσσω) *custodia*; 1) proprie: *actio custodiendi*: φυλάσσειν φυλακάς ‘excubias agere’ [Xen. an. 2, 6, 10 al.] L. 2,8. — 2) *tempus quo excubiae nocturnae aguntur, vigilia*; Judaei antiquitus noctem distribuebant in vigilias tres (ita J. Lightfoot in Mt. 14,25), sed Christi tempore more Romano etiam in quattuor Mt. 14,25. Mr. 6,48 (Mr. 13,35 enumerantur: δψέ, μεσονύκτιον, ἀλεκτοροφωνία, πρωΐ); adde Mt. 24,43. L. 12,38. — 3) *custodia* metonymice = *custodes* A. 12, 10. [Hom. Xen. Inscr. or. gr. 229 al.] — 4) *locus custodiae, carcer*: εἰς φυλακὴν βάλλειν τινά Mt. 18,30. L. 12,58: Mt. 5,25, τίθεσθαι A. 12,4, παραδιδόναι A. 8,3; ἐν (τῇ) φυλακῇ τινα τίθεσθαι Mt. 14,3 r. Br. A. 5,25, ἀποτίθεσθαι Mt. 14,3 v., δῆσαι Mr. 6,17, κατακλείειν L. 3,20, τηρεῖν A. 12,5; plur. de variis carceribus L. 21,12. A. 22,4; 26,10. 2C. 6,5; 11,23; porro Mt. 14, 10; 25,36,39,43 s. Mr. 6,27. L. 22,33 [Thuc. Hdt. Plut. Inscr. gr. or. 90, 13 al.]; — in specie φυλακή vocatur Infernus, Orcus isque sive universus, qui domicilium damnatorum et purgatorium et limbum jugorum complectitur, 1P. 3,19, ubi v. Hundhausen, — sive ea illius pars quae est carcer satanae Ap. 20,7; — de loco ubi alqs. esse cogitur Ap. 18,2.

*φυλακίω ↑ *in carcerem conjicio* A. 22,19. [Sap. 18,4; scr. eccl. et Byz.]¹

φυλακτήριον, ου, τό (φυλάσσω) 1) *locus ubi sunt custodes* [Hdt. Xen. al.] vel *ubi alqd. custoditur s. asservatur* [Plut.]. — 2) *tutamentum*: *Schutzmittel*: *préservatif* [Dem. 6, 24], in specie *amuletum* [Inscr. or. gr. 90, 45; Plut. mor. 377 b, 378 b;

rap. mag.]. — 3) τὰ φυλακτήρια *phylacteria*, ac si dicas *conservatoria*; ita Mt. 23,5 vocantur γίλεθη, schedulae membranaceae thecī insertae lorisque fronte et sinistro brachio alligandae, in quibus hi quattuor loci Thorae Ex. 13,1-10; 13,11-16. Dt. 6,4-9; 11,13-21 inscribebantur; semper quidem, sed maxime precum tempore a piis Israëlitis gestari solebant. Nomen habere videntur a conservanda memoria legis Dei, aut quod a quibusdam ut quae-dam quasi amuleta considerabantur (Hagen III 618).¹

φύλαξ, χος, δ custos A. 5,23; 12,6,19.*

φυλάσσω, ft. φυλάξω, ao. ἐφύλαξα ↑: *custodio*; — I activum: 1) *custodem ago, excubo* [Xen. Dem. Plat.]: φ. φυλακάς ‘ex-cubias ago’ L. 2,8. — 2) *custodio alqm. ne fugiat, captivum teneo* A. 12,4; 28,16, pass. L. 8,29. A. 23,35 [Plut. mor. 181 a]. — 3) *custodio alqm. vel alqd. tuendi ac conservandi causa, tutum servo* [Hom. ss.]: τινά J. 17,12; vestes, ne auferantur A. 22,20, αὐλήν L. 11,21; τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν J. 12,25; *alqd. mihi commissum vel apud me depositum custodio ne amittatur*: 1 T. 6,20. 2 T. 1,14, add. εἰς temporis futuri 1,12; — addito accus. praedicati: φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταστούς ‘vos conservare a peccato puros’ Ju. 24; *incolumem servo, praeservo*: τινά 2 P. 2,5; τινὰ ἀπό τινος 2 Th. 3,3; ἑαυτὸν ἀπό τινος 1 J. 5,21. — 4) *custodio alqd., cavens ne illud laedam, ut legem, foedus ets.*: Mt. 19,20 cr. (nBr.). L. 11,28; 18,21 cr. (nBr.). J. 12,47 cr. A. 7,53; 16,4; 21,24. R. 2,26. G. 6,13. 1 T. 5,21. [Plat.; pTebt. 407, 9; Inscr. or. gr. 669, 28; Herm. Barn. al.] — II. medium: 1) *me custodio, mihi prospicio, caveo, evito*: *ἀπό τινος L. 12,15 [Dt. 23,9], τινά 2 T. 4,15 [Aesch. Prom. 717], τὶ A. 21,25 [Hdt. Aristot. al.]; φυλάσσομαι ἵνα μή (att. μή vel δπως μή) ‘caveo mihi ne’ 2 P. 3,17. — 2) **custodio, observo legem*: Mt. 19,20 r. Br. Mr. 10,20. L. 18,21 r. Br. [Lev. 20, 22; 26,3. Ps. 118,5 al.]*

φυλή, ḡς, ḡ (φύω) *tribus*: in φυλάς solebat a Graecis universus alicujus civitatis vel rei publicae populus dividi, ut Athenienses sub Clithene in decem, Spartani in tres, Persae in duodecim [Dem. p. 556; Hdt. 5, 68; X. Cyr. 1, 2, 5]; populus Israël in duodecim tribūs dividebatur:

Mt. 19,28. L. 22,30. H. 7,13 s. Ja. 1,1. Ap. 7,4; 21,12, quae a totidem patriarchis nomen habent, ut φ. Ἄσήρ L. 2,36: A. 13,21. R. 11,1. Ph. 3,5. Ap. 5,5; 7,5-8; — totum genus humanum velut in tribūs dividitur: αἱ φυλαὶ τῆς γῆς [Gen. 12,3; 28,14. Ez. 20,32] Mt. 24,30. Ap. 1,7; cum synonymis Ap. 5,9; 7,9; 11,9; 13,7; 14,6.*

φύλλον, ου, τό *folium*; plur. Mt. 21,19; 24,32. Mr. 11,13; 13,28. Ap. 22,2.*

φύραμα, ματος, τό (φυράω sicca uida-que ‘misceo’) *aliqua massa cum aquā mista ac subacta*: *Teig*: *pâte*; 1) *massa farinae*: in proverbio 1 C. 5,6. G. 5,9 (cfr. ζύμη): R. 11,16; metaphorice Christiani, amoto veteri fermento, sunt νέον φύραμα ‘ein frischer Teig’, nova massa azyma, qualem Deus eos esse vult, 1 C. 5,7. [Aristot. LXX. Plut.] — 2) *massa figlina, argilla* R. 9,21. [Plut. mor. 811 c]*

φυσικός 3. (φύσις) *naturalis*, potissimum 1) *a naturā ortus, innatus* (opp. ‘arte factus, adventicius’). — 2) *naturaē consentaneus* R. 1,26 s., opp. παρὰ φύσιν ‘naturaē contrarius’. [DHal. Plut. al.] — 3) *φυσικά* 2 P. 2,12 ac si dicas *entia mere naturalia (bloße Naturwesen)*, quae suae naturae irrationalis impetu, bruto instinctu, reguntur, seu quae altiorem finem, quam qui in eorum natura corporea situs est, nullum habent.*

φυσικῶς adv. ↑ *naturaliter, modo natu-rali (i. e. non artificioso) vel naturae con-sentaneo* [Aristot. Plut. al.]; ut 2 P. 2,12 bruta animalia vocantur φυσικά (v. art. praeced.), ita Ju. 10 haeretici dicuntur quaedam nosse φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῷα ‘modo mere naturali ut bruta animalia’, i. e. solā sensuum experientiā, ut gulam et venerem, nec ratione aut voluntate has cupiditates moderantes, nec altiorem ani-malibus finem spectantes.¹

†**φυσιόω** (2 ps. pl. conj. praes. †φυσι-οῦσθε: Bl. § 22, 3), pf. P. πεφυσιώματι, ao. P. ἐφυσιώθην (i. q. φυσάω: hoc deri-vatur a φῦσα ‘follis’) *inflo, tumefacio*; so-lum sensu metaph.: *superbum reddo, superbiā effero alqm.* 1 C. 8,1; pass. *superbe efferor, superbio, proterve insolesto*: 1 C. 4, 18 s.; 5,2 (superbitis de bono nimirum statu ecclesiae vestrae); 13,4. C. 2,18; — φυσιοῦσθαι ὑπέρ τινος 1 C. 4,6 dicitur is qui gloriatur ac se jactat quod uni alci.

adhaereat, φ. κατὰ τοῦ ἑτέρου qui gloria-
tur quod alteri non adhaereat huncque
deprimere ac vincere studet. [Ign. M.
Trall. 4, 1, pass. Magn. 12 al.]*

φύσις, εως, ἡ (φύω) *natura*; — 1) i. q.
ortus, nativitas: ἡμεῖς φύσει 'Ιουδαῖοι 'nos
qui sumus ortu (origine ex parentibus
Judeis) Judaei' G. 2,15; ἡ ἐκ φύσεως
ἀκροβυστία 'ii qui suo ortu (ex parentibus
ethnicis) sunt incircumcisi' R. 2,27; τέχνα
φύσει δργῆς 'origine (ex Adamo) irae di-
vinæ obnoxii' E. 2,3 [φύσει πολίτης Isocr.
4, 105, φ. οὐδέ Isae. 6, 28; Syll. 844, 2
al.]; similiter: οἱ κατὰ φύσιν sc. κλάδοι
'naturales surculi', qui per ipsum suum
ortum sunt in hac arbore, R. 11,21,24 —
ἡ κατὰ φύσιν ἀγριέλαιος est ea olea agre-
stis ad quam surculus vi suaे nativitatis
pertinet, — cum surculus insiticius παρὰ
φύσιν praeter sui ortū exigentiam vel, ut
dicere solemus, 'praeter naturam, praeter-
naturaliter' arbori inseri dicatur, R. 11,
24. — 2) *aliquid naturali ortu productum,*
ens naturale (ein Naturwesen), individuum
cui certa quaedam natura qualitatesque huic
consentaneae competunt [aromata sunt φύ-
σεις εὐώδεις DSic. 2, 49, 4; πᾶσαν
φύσιν 'omnem naturam', hominem, animal,
plantam X. Cyr. 6, 2, 29]; singularis col-
lectivus inservit circumscriptio, ita ta-
men ut naturales qualitates rerum in me-
moriā revocentur [τὴν τῶν ἀστρων φύσιν
'astra' Pl. Epin. 984 d; τὸ ἄρρεν φῦλον, ἡ
τῶν θηλειῶν φύσις 'mares, feminae' X. Lac.
3, 4; περὶ τῆς ζωϊκῆς φ. 'de animalibus'
φιλεῖν et μισεῖν, φυλάσσειν et ἀπολλύναι J. 12,25 (NB.: nonnulli exegetae ll. cc. vocabulum τὴν ψυχὴν interpretantur ‘vi-tam’, certe minus bene; etenim sequens pronomen αὐτὴν eam ipsam psychen in-dicat quae in priore membro dicta erat, sed nullo modo is, qui in periculo alter-utrius suae vitae amittendae versatur, si τὴν ψυχὴν αὐτοῦ amittit, nempe vitam naturalem, potest dici *eam* servare, et contra; verum nihil obstat quominus, cui lubet, dictionem τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, duce ipso S. Luca 9,25 exponat = ἑαυτόν se-met ipsum, v. infra nr. e); ζημιωθῆναι τὴν ψυχὴν Mt. 16,26. Mr. 8,36 = ἀπολέσαι ἡ ζημιωθῆναι ἑαυτόν L. 9,25 ‘animae suae s. sui ipsius jacturam facere’; ἀντάλλαγμα (q. v.) τῆς ψυχῆς Mt. 16,26. Mr. 8,37; κτή-sεσθε (vel -ασθε) τὰς ψυχὰς ύμῶν ‘animas vestras (salvas) possidebitis’ L. 21,19; πιστῷ κτιστῇ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ‘fidieli creatori suas animas com-mendent’ 1 P. 4,19; Johannes Ap. 18,13 inter merces enumerat ψυχὰς ἀνθρώπων quo nomine genus mancipiorum indicari videtur, fortasse ii quorum ‘vitae’ in ludis gladiatorum, vel quorum ‘animae’ per pessima vitia perdebantur. — d) ubi ψυχὴ et πνεῦμα junctim nominantur, 1 Th. 5,23. H. 4,12, aut a) illa partem animi inferiorem, vegetativam, sensitivam, affectibus obnoxiam, haec superiorem rationalem indicat [Philo illam appellat τὸ ἄλογον τῆς ψ. leg. alleg. 2, 3 vel τὸ σωματοει-δέστερον ψυχῆς μέρος de congressu 5, 1], aut β) illa animam in suis viribus natu-ralibus consideratam, haec animam gratiā ornatam; similis amplificatio dictionis ac velut partitio animi in partes habetur Mt. 22,37 et ll. parall. — e) per ψευδά cum suffixis possessivis Hebraei subinde pro-nomen reflex. *sui*, *sibi*, *se* circumscribebant (Gesenius²⁷ § 139 f): huc trahi possunt aliquot loci, licet significatio ‘animus, ani-ma’ nusquam plane obliteretur: Mt. 11, 29. Mr. 10,45. L. 12,19; 14,26 al. et ii loci, quibus de perdenda aut servanda, diligenda aut neglegenda anima agitur, supra nr. c positi. — 2) per metonymiam = *natura* (= *Wesen, être*) *cui est anima, ani-mans, ψ.* ζῶσα ‘animal vivens’ Ap. 16,3 r. He. [Gen. 1,24]: ἐγένετο Ἄδαμ εἰς ψ. ζῶ-σαν ‘factus est Adam animans vivens’

1 C. 15,45 [Gen. 2,7]; item ψ. ζωῆς ‘animans vivum’ Ap. 16,3 Tdf. WH. Br.; πᾶσα ψυχή ‘unusquisque (homo)’ A. 3,23. R. 13,1 [LXX Lev. 17,12; 23,29 al.=שְׁנָתְלַבְּ], cfr. A. 2,43. R. 2,9; porro in numerandis hominibus: ψυχαὶ ὥσει τρισχίλιαι A. 2,41: 7,14 [Ex. 1,5]; 27,37. 1 P. 3,20 [Jer. 52,30 al.]; σῶσαι ψυχὰς πολλάς ‘multorum vitam servare’ pTebt. 56, 11] huc referri potest dictio ψυχὴν ἀποκτεῖναι hominem morte afficere Mr. 3,4. I. 6,9 [Num. 31,19 Νῦν οὐ], ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι [Aesch. Ag. 1457] L. 9,56 r. Br.

ψυχικός 3. † *ad animum s. animam pertinens* [variae significationes ap. philosophos aliosque, Aristot. Pol. SEmp. Philon.]; in NT 1) apud S. Paulum, suppositis iis distinctionibus inter τὸ πνεῦμα et τὴν ψυχὴν, quae in art. praeced. (nr. 1 d, α et β) dictae sunt, a) σῶμα ψυχικόν *corpus psychicum*, corpus in hac vita terrestri psychae i. e. animae vegetativae subjectum, inserviens generationi et nutritioni (opp. σ. πνευματικόν *corpus soli spiritui, animae rationali glorificatae serviens*) 1 C. 15,44; τὸ ψυχικόν id quod est *psychicum* (eodem sensu) 44,46; — b) ψυχικὸς ἀνθρώπος 1 C. 2,14 *homo psychicus*, homo solā psychē, animā naturali, utens, is qui naturali tantum vitâ praeditus ratione suâ naturali regitur solumque lumen naturale rationis sequitur (fere = homo in statu naturae purae consideratus, opp. πνευματικός qui habet intellectum illustratum et affectum ordinatum per Spiritum S.); vox graeca ll. cc. verti posset «naturalis» (vulg. ‘animalis’). — 2) apud Jacobum et Judam vero vox accipitur fere eo sensu quo Paulus dicit σαρκικός (v. h. art., nr. 2 c) = *naturae corruptae et ad peccatum inclinatae serviens* (consideratur igitur hīc ἡ ψυχὴ in hōc statu naturae lapsae): ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες Ju. 19; σοφία ψυχική Ja. 3,15. — Cfr. Cornely in 1 C. 2,14.*

ψῦχος, οὐς, τό (ψύχω) *frigus noctis*,

hiemis etc. J. 18,18. A. 28,2. 2 C. 11,27. [Hom. ss.]*

ψυχρός 3. ↓ 1) *frigidus* [Hom. ss.] Mt. 10,42 cD; substantive τὸ ψυχρόν sc. ὕδωρ *frigida* sc. aqua Mt. 10,42. [Hdt. 2, 37; ut potus Epict. III 12, 17; 15, 3; hinc derivant ψυχρολουτρεῖν Epict. 1, 1, 29] — 2) metaph.: *frigidus, iners, jejunus* ets. [Hdt. tragg. al.]; qui caret omni fervore caritatis Ap. 3,15 s.*

ψύχω, ft. P. †ψυγήσομαι [Galen. 11, 388; class. ψυχ(θή)σομαι]: 1) *flo, spiro* (unde ψυχή). — 2) *fando refrigero*; et universim — *refrigero, frigefacio* [unde ψῦχος, ψυχρός; Plat. Hdt. al.], per metaphoram: *frigidum reddo = interficio, extinguo* [ψύξει σ' δ δαίμων ap. Ath. 336 f], pass. *emoriendo frigesco, emorior*, de flamma Pl. Criti. 120 b, de homine Apoll. Rh.]: metaph. ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν ‘caritas plurimorum frigescet, emoriatur’ Mt. 24,12.¹

ψωμίσω, ao. ἐψώμισα (ψωμός ‘frustum’ panis, carnis ets.) 1) sensu proprio: a) *frusta cibi in os (avis, infantis, aegroti) ingerens nutrio* alqm. [τινά Aristoph.; 2 Reg. 13,5]. — b) porro *alqd. comedendum ingerō ori ales.* [ψ. τι Aristot. hist. an. 8, 3]. — 2) sensu latiore: a) **nutrio, cibo* alqm., qui in victu sibi comparando plane a me pendet [τινά τι Num. 11,4. Dt. 8,3 al.]: ψώμιζε αὐτόν ‘ciba eum’ R. 12,20 ε Prov. 25,21 [Clem. Rom. 1 Cor. 55,2; neohell.]. — b) †*alqd. tamquam cibum do, alqd. ad alendos egenos impendo* [cfr. 1 b]: ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου 1 C. 13,3.*

***ψωμίον**, οὐ, τό (ψωμός: cfr. art. praeced.) *frustulum cibi quantum in os ingeri solet, bucella:* J. 13,26 s.,30. [DLaërt. 6, 37; ψωμία ‘parvi panes’ pOx. 1071, 5; pBer. 304, 16 al.]*

***ψώχω** *terendo comminuo, contero: zerreiben: στάχυας ταῖς χερσίν* L. 6,1. [medium ap. Nicandr. ther. 619; κατα-σώχω Hdt. 4, 75]¹

Ω

Ω, ultima littera alphabeti graeci, cui nomen erat τὸ ω̄ ὁ̄ (Kühner³ I § 1, Anm. 2): ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̄ (t. r. τὸ Α καὶ τὸ Ω) ‘ego sum Alpha et O’ Ap. 1,8,11 r.; 21,6; 22,13: cfr. art. ἄλφα. — NB. Noli, sive graece sive latine,

pronuntiare ‘Omega’; nam et serum est hoc litterae nomen, Byzantino tempore factum, et dicendum esset τὸ ὄ τὸ μέγα. In versione Syrus et Armenus nomen ultimae litterae sui alphabeti substituerunt, Coptus et Aethiops scripsit «ō», Vulgata litteram graecam scribit.*

ὦ interjectio et particula invocativa: ο! ante vocativum: ὦ Θεόφιλε A. 1,1: ib. 18,14; 27,21, qui loci stilum atticum sapiunt; ceteroquin in NT ὦ non usurpatur nisi ubi allocutio cum quadam emphasi vel cum affectu fit, ut ὦ γύναι Mt. 15,28: L. 24,25. R. 2,1,3; 9,20. G. 3,1. 1 T. 6,20. Ja. 2,20; pro vocativo seq. nominatus Mt. 17,17. Mr. 9,19. L. 9,41. A. 13, 10; usurpatur in exclamazione: ὦ βάθος πλούτου κτλ. Θεοῦ R. 11,33. (Bl. § 33, 4)*

’Ωβήδ (בָּבִעַ) t. r. = ’Ιωβήδ, q. v.

ὦδε adv. 1) de modo, pro ὥσ-δε (cfr. δὲ): *hoc modo, sic* [Hom. ss.; nunquam in SScr^a] — 2) de loco [perraro apud veteres; prob. Soph. OC. 182. 1547]: a) *huc* (cfr. οἰκόν-δε): προσάγαγε ὥδε τὸν νίον σου L. 9,41: Mt. 8,29; 14,18; 17,17; 22,12. Mr. 11,3. L. 14,21; 19,27. J. 6,25; 20,27. A. 9,21. Ap. 4,1; 11,12; ἔως ὥδε ‘usque huc’ L. 23,5. [Ex. 3,5 al.] — b) *hīc*: εἰσὶν ὥδε πρὸς ἡμᾶς ‘sunt hīc apud nos’ Mr. 6,3: Mt. 12,6,41 s.; 14,8. Mr. 8,4. L. 4,23 al.; τὰ ὥδε ‘res quae hic geruntur’ C. 4,9; ὥδε = in terra H. 13,14; ὥδε — ἐκεῖ ‘hic — illuc’ Mr. 13,21. L. 17,21,23. Ja. 2,3, porro H. 7,8 (*hic, sc. in ordine sacerdotii levitici — illuc, sc. in historia Melchisedech*); ὥδε ζητεῖται ὧνα ‘hic (= in hoc rerum statu, haec cum ita sint) requiritur ut’ 1 C. 4,2 cr.; ὥδε ἡ σοφία ἐστίν ‘hic (in hac re computanda) sapientia est’ Ap. 13,18, sim. 17,9; ὥδε ἐστίν ἡ ὑπομονή ‘hic est patientia’, in hac occasione p. debet se manifestare Ap. 13,10; 14,12. [Ps. 131,14. Gen. 19,12 al.; pOx. 736, 92; pFay. 117, 12 al.]

ὦδῆ, ἡ, ἡ (= ἀοιδή Hom.; ab ᾠδω = ἀείδω) *canticum: carmen*; in NT semper carmen sacrum quod alqs. in laudem Dei vel Jesu Christi cantat: Ap. 5,9; 14,3; ᾠδουσιν τὴν ωδὴν Μωϋσέως καὶ ωδὴν τοῦ ἄρνιου ‘canunt canticum Mosis (quod [vel: quale] Moses trajecto Mari rubro cecinit, Ex. 15) et canticum Agni (quod Christus, novus Moses, eos docebit, vel: in honorem

Christi, ut Ap. 5,9 s., 12 s.), Ap. 15,3; ωδαὶ πνευματικαὶ ‘cantica qualia spiritus suggesterit’, sive Spiritus S. sive spiritus hominis gratia illustratus et impulsus, E. 5,19. C. 3,16 (cfr. art. ὅμνος).*

ὦδίνω *partūs doloribus crucior, parturio* [poët. Plat. Aristot.]: Ap. 12,2; ἡ οὐκ ὠδίνουσα vocative ‘quae non parturis’, mater hucusque sterilis (primitus de synagoga, typice de ecclesia) G. 4,27 ex Is. 54,1; — cum acc. obj. *alqm. parturio* [Aesch.; Is. 51,2]; τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω = quos meis laboribus quondam filios spirituales genui, nunc seductos reducere satago, G. 4,19.*

ὦδίς, in SScr. (Is. 37,3. 1 Th. 5,3) * ὠδίν, ἵνος, ἡ *dolor mulieris parturientis* [Hom. ss.] 1 Th. 5,3; sensu latiore *quivis vehemens dolor, etiam animi* [Aesch. Soph. LXX]: Christus ultimas summasque eas calamitates, quae adventum suum secundum praecedent, ὠδίνας vocavit Mt. 24,8. Mr. 13,8 (itidem rabbini posterioris aetas ante adventum Messiae fore dicunt חישמה הכבלי; v. Knabenb. in Mt. 1. c.), quo vocabulo simul innui videtur, per has calamitates in novam melioremque conditionem quadam quasi parturitione transitum fore; ὠδίνας τοῦ θανάτου A. 2, 24 e Ps. 17 (18),5, ubi vertendum fuit ‘funes mortis’ (scil. לְבַתְּהַלְּן dolor, לְבַתְּהַלְּן funis).*

ὦμος, ου, δ *umerus* L. 15,5; in metaphora Mt. 23,4.*

ὦνέομαι, ao. † ωνησάμην [Lcn. Hermot. 81, cfr. pf. ωνημαι pOx. 270, 18; ao. × χωνησάμην pBrit. III p. 16. 22]: *emo;* τὶ παρά τινος A. 7,16.¹

ὦόν, οῦ, τό *ovum* L. 11,12.¹

ὦρα, ας, ἡ *hora*; 1) *pars anni, tempus quotannis naturae lege recurrens*, ut autumnus, aestas: *Jahreszeit: saison*. [Hom. ss.] — 2) *tempus cotidie recurrens, certa pars diei aut noctis*, ut mane, meridies, tempus somni etc.: *Tageszeit: όψιας οὖσης τῆς ώρας* Mr. 11,11 [pBer. p. 380, 3]; ib. 6,35; ἡ ώρα ἥδη παρῆλθεν ‘hora jam praeteriit’, sc. id diei tempus quo plebs dimittenda erat ut sibi providere posset Mt. 14,15 [νυκτὸς ἐν ώρῃ hHom. Merc. 155; τῆς ώρας όψέ Dem.]; Mt. 24,36,42 (cfr. Mr. 13,35, ubi variae ώραι indicantur), 44,50; 25,13. Mr. 13,32. L. 1,10; 12,39 s., 46. Ap. 11,13. — 3) *hora sensu astronomico: Stunde:*

heure (de hac re utiliter consuluntur opera Dr. Gustavi Bilfinger: die Zeitmesser der antiken Völker; die antiken Stundenangaben; der bürgerliche Tag); et quidem a) spatium temporis; *duodecima pars diei noctisve naturalis* (qua ratione veteres horas variis anni temporibus inaequales mensi sint, v. apud Bilfinger, d. a. St., cap. VI et XI): οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὥραι τῆς ἡμέρας; J. 11,9: Mt. 20,12; 26,40. Mr. 14,37. L. 22,59; 24,33. A. 5,7; 19,34; — in quibusdam dictionibus ὥρα consideratur ut satis breve temporis spatium: non diu ac paulatim imminebat et fiebat res sed μιᾷ ὥρᾳ ‘unā horā, subito’ Ap. 18,10,16,19; μίαν ὥραν ‘paulisper’ Ap. 17,12, itidem πρὸς ὥραν J. 5,35. 2 C. 7,8. G. 2,5: Phm. 15, πρὸς καιρὸν ὥρας 1 Th. 2,17. — b) certum temporis momentum, quod ab horā ante ipsum elapsā nomen habet, ut ‘hora quarta: 4 Uhr’: Ap. 9,15 (de ea re v. Bilfinger, l. c. passim, praesertim cap. V et VIII); veteres quidem horas semper ab oriente sole et rursus ab occidente sole numerabant (ibid. p. 112), initium primae et finem ultimae ipso solis ortu atque occasu dignoscebant; Romani tam diem quam noctem in quaternas partes ternarum horarum dividebant et interdiu bucinarum sonitu horam 3., 6., 9. elapsam nuntiabant (ibid. cap. V), unde in vita communi et in NT vix unquam alia tempora indicantur quam hora 3., 6., 9. [Tertull. adv. psych. de jej. c. 10: «tres istas horas, ut insigniores in rebus humanis, quae diem distribuunt, quae negotia distinguunt, quae publice resonant»; occurrit tamen ἀπὸ τετάρτας ὥρας ἔως ἐβδόμας Syll. 653, 109; περὶ ὥραν ια' pTebt. 15, 2]: in NT indicatur ὥρα τρίτη Mt. 20,3. Mr. 15,25. A. 2,15, τῆς νυκτός A. 23,23; ὥρα ἔκτη Mt. 20,5; 27,45. Mr. 15,33. L. 23,44. J. 4,6; 19,14. A. 10,9; ὥρα ἑνάτη Mt. 20,5; 27,45 s. Mr. 15,33 s. L. 23,44. A. 3,1 (‘ad horam precum, i. e. Nonam’); 10,3,30; praeterea occurrit solum χθὲς ὥραν ἐβδόμην ‘heri horā septimā’ J. 4,52 (class. accus., Bl. § 34, 8; v. art. ἐχθές), ὥρα ἦν ὡς δεκάτη J. 1,40, περὶ τὴν ἐνδεκάτην ὥραν Mt. 20,6,9; nemō veterum unquam, quantum ex historia scimus, horas a meridie aut media nocte computavit (Bilfinger, l. c. pag. 112),

ergo ne Johannes quidem hoc fecisse censendus est, ubi ipse suis verbis horas indicat, J. 1,40; 4,6; 19,14, ut quidam opinati sunt; — discrepantia inter Mr. 15,25 (horā tertīā Jesus crucifigitur) et J. 19,14 (circiter horā sextā a Pilato Iudeis crucifigendus traditur) ex vago loquendi usu vulgi videtur explicanda esse, quod solum tertiam quamque horam, quae publice resonabat, observabat: vix enim plus illae dictiones ὥρα τρίτη et ὥρα ὥστε ἔκτη significant quam nostrae ‘tempore antemeridiano’ et ‘sub meridiem’, et uterque evangelista supponit, horam tertiam jam sonuisse, nondum sonuisse sextam; — ad indicandam horam hae constructiones usuveniunt: dat. temp. τῇ ἑνάτῃ ὥρᾳ Mr. 15,34 (praemissio ἐν J. 4,52 s. A. 16,33), accus. [cl.; Bl. § 34, 8] ὥραν ἐβδόμην J. 4,52 b. A. 10,3: Ap. 3,3, περὶ τρίτην ὥραν, ut germ. ‘um 3 Uhr’, Mt. 20,3 al.; — ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἡμην τὴν ἑνάτην προσευχόμενος ‘quattuor abhinc diebus, si usque ad hanc nunc horam computem, eram horā nonā precans’ A. 10,30; — minus stricto sensu: ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας = usque ad hunc diem 1 C. 4,11, χινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν = semper (plus dicit quam ‘cotidie’) 15,30. — 4) hora = tempus alicujus eventū vel rei gestae aut gerendae, i. e. tempus sat breve, ut fere hora diei indicari possit: saepe ἐν ἔκεινῃ (vel αὐτῇ) τῇ ὥρᾳ ets. ‘illā horā’ Mt. 8,13; 10,19; 18,1; 26,55. Mr. 13,11. L. 2,38; 7,21 al.; ἀπὸ τῆς ὥρας ἔκεινης Mt. 9,22; 15,28; 17,18; ὥρα ὅτε J. 4,21,23; 5,25 (28 ἐν ᾧ); 16,25, ὥρα ἵνα J. 12,23; 16,2,32; ὥ. τοῦ ὁείπνου L. 14,17 ‘hora cenae destinata’, ἡ ὥρα 22,14 sc. cenae paschalis: Ap. 3,10; 14,7,15; ἡ ὥρα τινός ‘alcs. hora’, hora alicui divinitus destinata ad alqd. agendum vel patendum J. 16,21 (hora partūs), L. 22,53 (h. qua Deus vobis permittit ut me interficiatis), J. 2,4 (h. mihi ad miracula patranda destinata); 13,1 (add. ἵνα); absolute ἡ ὥρα hora fatalis, passioni ac morti Jesu destinata Mt. 26,45. Mr. 14,35,41. J. 12,27; 17,1, ἡ ὥρα αὐτοῦ J. 7,30; 8,20; — hora qua alqd. agere oportet: ὥρα (sc. ἔστιν) ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὅπνου ἐγερθῆναι ‘tempus est tandem e somno expurgescendi’ R. 13,11 [καὶ γὰρ ἐμοὶ ἔναι πάλαι ὥρα Plat. Prot.

362 a]; — ἐσχάτη ὥρα 1 J. 2,18 vocatur hujus aevi, ante Christi secundum adventum, aetas ultima. — 5) *maturitas aetatis*. — 6) *venustas, amoenitas floris, hominis ets.* [Aristoph. Plat. Xen.]

ώραιος 3. ↑ 1) *id quod certum anni tempus fert s. producit, tempestivus*, ut fructus. — 2) *id quod recto tempore fit s. accidit, opportunus, faustus* [ώρ. ἔρχον, πλοῦς etc.]: ita fort. ως ὥραιοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην ‘quam opportunus ac faustus (fere = ‘willkommen, bienvenu’) est adventus eorum qui pacem annuntiant!’ R. 10,15 ex Is. 52,7 hebr. — 3) ab ὥρᾳ nr. 6: *venustus, speciosus, pulcher* [de hominibus in flore aetatis juvenilis ets. tragg. Plat. Xen.]: *de rebus inanimatis [2 Chr. 36,19. Cant. 4,3 al.] Mt. 23,27. A. 3,2,10; fort. etiam R. 10,15 (v. supra) ‘quam jucundi visu sunt etc.!’*

ώρνομαι rugio (dic. praesertim de bestiis fame cruciatis); de leone 1 P. 5,8. [Theocr. al.]¹

ώς (proprie adverbium pronominis relativi ὃς) particula atona, et quidem:

I. *particula relativa modi*, in sententiis usurpata quibus indicatur quonam modo alqd. fiat = *quemadmodum, quomodo, ut*; correlative ad οὗτως, adv. demonstr.: σωθήσεται, οὗτως δὲ ως διὰ πυρός ‘salvus erit, sed ita [dumtaxat] ut [qui salvus evadit in incendio, currens] per ignem’, i. e. aegre nec sine ustura ac dolore 1 C. 3,15; ἡμέρα Κυρίου, ως κλέπτης ἐν νυκτί, οὗτως ἔρχεται 1 Th. 5,2: E. 5,33; ut autem pro οὗτος ὃς ‘is qui’ usurpatur solum ὃς (cfr. ὃς 3), ita, omisso οὗτως, solum ως valet *sicut, eo modo quo: ἀσφαλίσασθε ως οἵδατε* ‘tuto [sepulcrum] custodite eo modo quo scitis [id fieri]’, modo vobis noto: ihr wißt schon, wie, Mt. 27,65; semen agricolae crescit ως οὐκ οἴδεν αὐτός ‘modo ei ignoto: er weiß selbst nicht, wie’ Mr. 4,27; ἵνα παρρησιάσωμαι ως δεῖ με λαλῆσαι ‘ut libere audiam eo modo, quo me oportet, loqui’ E. 6,20: C. 3,18; 4,4. T. 1,5 al.; — *imprimis nota a) dictiones aliquas, plerumque ellipticas*: ως νήπιος ἐλάλουν κτλ. ‘ut parvulus [loqui solet] loquebar’ 1 C. 13,11: E. 6,6 a. Ph. 2,22. C. 3,22; ως τέχνα φωτὸς περιπατεῖτε ‘ambulate ita ut [ambulare debent] filii lucis’ E. 5,8: ib. 6,6 b; ως ἐν ἡμέρᾳ ‘ut diurno tempore [decet]’

R. 13,13; Israēlitae per Mare rubrum incesserunt ως διὰ ἑηρᾶς γῆς tam secure ac tuto velut si per continentem ambularent H. 11,29; SScra in vaticinio Messiano non loquitur ως ἐπὶ πολλῶν ‘eo modo ac si loquatur de compluribus’, sed ως ἐφ’ ἐνός ‘eo modo ac si loquatur, seu: eo modo ut censenda sit loqui de uno’ G. 3,16 (cfr. σπέρμα 2 b γ); cum ptcō ἔγραψα ως ἐπαναμιμήσκων ὑμᾶς ‘scripsi vobis monitoris modo’ R. 15,15; οὗτως ως μέλλοντες κρίνεσθαι ‘ita ut vos oportet qui olim judicabimini’ Ja. 2,12: 1 C. 9,26. 1 P. 5,3. — b) *sententia ab ως inchoata, ubi loco hebraici רָשׁוֹת vel aramaici נָמֹת posita est, alterius sententiae subjectum aut objectum esse potest*: ως ἐπίστευσας, γενθήθητω σοι (= id quod fere credidisti, contingat tibi) Mt. 8,13: ib. 15,28; 26,39 (sc. fiat). L. 14,22 r.; ἐποίησεν ως προσέταξεν αὐτῷ δ ἄγγελος (= fecit id quod angelus ei praeceperat) Mt. 1,24: ib. 26,19; 28,15. — c) *vocabulo ἔκαστος adjunctum, ως habet sensum distributivum = ‘prout: je nachdem’: ἔκαστω ως δ Θεὸς ἐμέρισεν μέτρον πίστεως ‘prout cuique Deus mensuram fidei tribuit’ R. 12,3: 1 C. 3,5; 7,17. Ap. 22,12. — d) ως *usurpatur etiam in interrogatione indirecta* [Bailly s. v. A VI; ἀπαίδευτοι ως χρὴ συμμάχοις χρῆσθαι ‘ignari quomodo sociis uti oporteat’ X. Cyr. 1, 5, 11]: ἐξηγοῦντο ως ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἀρτου ‘narrabant, quomodo in fractione panis eis se agnoscedum praebuerit’ L. 24,35: Mr. 12,26 r. I. 8,47; 23,55. A. 10,38; 20,20. R. 11,2. 2 C. 7,15: cfr. etiam locos nr. IV 4 et 6 citatos quos partim hoc referre licet.*

II. *conjunction relativa comparativa* = ‘ut, velut, sicut, quomodo’ ets.; per se ponitur correlative ad οὗτως (hoc autem plerumque omittitur): ως κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὗτως καὶ τῆς παρακλήσεως ‘ut socii estis passionum, ita etiam consolationis [socii eritis]’ 2 C. 1,7: J. 7,46. A. 8,32 al.; jam vero 1) quod ad formam sententiarum attinet, a) *aut integræ sunt ambae sententiae*: ἐὰν ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ως αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτὶ ‘si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce’ 1 J. 1,7: A. 23,11. 2 C. 7,14; 11,3, aut abbreviatur, saltem verbo omisso, sive utraque sententia periodi comparativae: ως τὸ παρά-

πτωμα, οὗτως καὶ τὸ χάριτμα R. 5,15: ib. 18, sive — idque fit ut plurimum — alterutra: γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ώς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς Mt. 6,10; persaepe in sententia relativa, quae ab ώς incipitur, praeter unum illud nomen, in quo comparatio versatur, omnia reliqua omituntur, et sic ώς fit particula comparativa: οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ώς ὁ ἥλιος Mt. 13,43, θέλω τούτῳ δοῦναι ώς καὶ σοὶ 20,14, ώς ἐπὶ ληστὴν ἐξήλθατε συλλαβεῖν με 26,55: E. 5,33. Ph. 1,20 al. — b) correlative ad ώς in altera sententia οὗτως ponitur: οὐδέποτε οὗτως ἐλάλησεν ἀνθρώπος ώς οὗτος κτλ. J. 7,46 v.: A. 8,32 al., plerumque vero omittitur; — porro alterutri aut utrique comparationis membro pleonastice καὶ ‘etiam’ inseri potest (καὶ II 1 a): ώς καὶ ‘sicut’ Mt. 6,12; 20,14. 1 C. 7,7, οὗτως καὶ ‘sic’ A. 23,11. 2 C. 1,7; 7,14, καὶ σέ, ώς κἀγώ ‘te, ut ego’ Mt. 18, 33, ώς —, καὶ ‘ut —, ita’ Mt. 6,10. A. 7,51. 2 C. 13,2. Ph. 1,20. (ώς τὸ χρῖσμα διδάσκει ύμᾶς, καὶ ἀληθές ἐστιν ‘sicut unctio vos docet, ita verum est’ 1 J. 2,27) al. — 2) quod ad rem attinet, a) similitudo duarum rerum effertur; amant Hebraei vocabulo alci. sensu metaphorico, spirituali, ethico sumpto adjungere comparationem ab ejusdem vocabuli significacione propria, physica, materiali petitam [cfr. Ex. 15,7. Num. 11,12. Job 10,10. Ps. 13,4; 21,14; 36,35 al.]: γίνεσθε φρόνιμοι ώς οἱ ὄφεις Mt. 10,16: ib. 13,43. L. 21, 35; 22,31. J. 15,6. A. 8,32. 1 Th. 5,2. 2 T. 2,17. 1 P. 2,2; 5,8. 2 P. 3,10; sim. πίστιν ώς κύκκον σινάπεως ‘fidem tantam quantum est granum sinapis’ Mt. 17,20. L. 17,6. — b) saepe comparatione effertur ambarum rerum in comparatione positarum ipsa veritas et realitas (ut unum verum est seu revera exsistit, ita alterum est, erit, fiet etc.): ή ἀνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἐσται πᾶσιν, ώς καὶ ή ἐκείνων ἐγένετο 2 T. 3,9: Mt. 6,10,12. A. 7,51. 1 C. 9,5. 2 C. 1,7; 7, 14. — c) sententia ab ώς incipiens affert rei exemplum L. 9,54 r. 1 P. 3,6, vel SScriae aut hominum testimonium Mr. 1,2; 7,6. L. 3,4. A. 17,28; 22,5; 25,10. R. 9,25, vel rationem impellentem Mt. 5,48; 6,12 (= καὶ γάρ L. 11,4). — d) ώς breves parentheses inducit: ώς εἰώθει ‘ut consueverat’ Mr. 10,1, ώς λογίζομαι ‘ut puto’ 1 P. 5,12; L.

3,23 al. — 3) semitismus, i. e. hebraismus, vel aramaismus, est, quod (ut ἡ cum substantivo ei suffixo) ώς cum substantivo ei annexo substantivi vel adjectivi vices gerit: et quidem a) substantivi, nempe si in enuntiato ponitur subjecti loco: ἐνώπιον τοῦ θρόνου (sc. ἡν) ώς θάλασσα ὑαλίνη ‘coram throno erat alqd. mari vitreo simile’ Ap. 4,6, ἀφ’ ἐνὸς ἐγενήθησαν ώς ἡ ἅμμος κτλ. ‘ab uno nati sunt arenae-maris-pares’ i. e. innumerabiles posteri H. 11,12: Ap. 8,8; 9,7 a; — aut objecti loco: ἥκουσα ώς φωνὴν ὅχλου πολλοῦ ‘audivi sonum vocis multitudinis similem’ Ap. 19,6: ib. 14,3 r. WH. Br.; 15,2 [ώς υἱὸς ἀνθρώπου ‘quidam filii hominis speciem habens’ Dan. 7,13: ib. 10,16,18]; — b) adjectivi vices gerit, si in enuntiato ponitur praedicati loco (vertere possumus similis c. datº, [multitudine vel magnitudine] par c. datº): πᾶσα σὰρξ ώς χόρτος ‘omnes homines sunt foeno similes’ 1 P. 1,24 ex Is. 40,6; ἐὰν μὴ γένησθε ώς τὰ παιδία ‘nisi evaseritis parvulis similes’ Mt. 18,3: ib. 6,5 cr. 16 cr.; 10,25; 22,30. Mr. 6,34; 12,25 (= Ισάγγελοι L. 20,36). L. 6,40; 22,26. R. 9,27,29 (Is. 10,22; 1,9). 2 P. 3,8 (Ps. 89,4). Ap. 9, 5,7 b; 10,1 al.; ποίησόν με ώς ἔνα τῶν μισθίων σου ‘fac me uni mercennariorum tuorum similem’ L. 15,19: Ap. 2,18; extra hos locos ex lingua hebr. vel aram. conversos 1 C. 4,13; 7,7 s.,29-31; 9,20-22; aut si substantivo, attributi loco, adjicitur: ἐὰν ἔχητε πίστιν ώς κόκκον σινάπεως ‘si habebitis fidem magnitudine granum sinapis aequantem’ Mt. 17,20. L. 17,6; προφήτης ώς εἰς τῶν προφητῶν ‘propheta cuipiam [veterum] prophetarum similis, aut par’ Mr. 6,15; προφήτην ώς ἐμέ ‘prophetam mihi similem’ A. 3,22; 7,37: ib. 10,11; 11,5. Ap. 5,6 (‘agnum occiso [specie] similem’); 9,2,8 a; 12,15 (‘aquam flumen [copiā] aequantem’) al. [Gen. 3,5. Ps. 1,3. Ez. 1,7 al.]; — post ώς interdum per ellipsis omittitur nomen et relinquitur genitivus ab hoc nomine pendens: ή φωνὴ κτλ. ώς [sc. φωνὴ] σάλπιγγος Ap. 4,1: ib. 1,10 (cfr. 1,15); οἱ πόδες αὐτοῦ ώς [sc. πόδες] ἄρκου Ap. 13,2: ib. 9,8 b; 14,2 c; 16,3 [πτέρυγας ώς περιστερᾶς Ps. 54,7 c&]. — NB. Pro intolerabili (cfr. Bl. § 65, 7) scriptura, per haplographiam orta, ώς ἀνθρώπος βάλη Mr. 4,26 Tdf. WH. lege cum

cod. C ώς ἀν (vel cum t. r. He. Br, ἐὰν) ἄνθρωπος βάλῃ ‘ut si homo jicit’.

III. ώς *cum annexo sibi additamento indicat aliquam personae, rei, actionis etc. qualitatem quae hic et nunc effertur ac separatim consideratur; et quidem 1) qualitatem veram, realem, revera existentem:* a) = ‘ut, utpote, quippe: als: comme, en’: ώς ἀρτιγέννητα βρέφη τὸ λογικὸν γάλα ἐπιποθήσατε ‘tamquam [per baptismum] recens geniti infantes spirituale lac concupiscite’ 1 P. 2,2, μή τις πασχέτω ώς φονεὺς κτλ. ‘ne quis patiatur ut homicida etc.’ 1 P. 4,15 s.; R. 3,7. 1 C. 3,10; 7,25. 2 C. 6,4. E. 5,1. C. 3,12. 1 Th. 2,4,7 a. 1 P. 1,14; — in casibus obliquis: τιμώ αἴματι ώς ἀμνοῦ ἀμώμου . . . Χριστοῦ ‘pretioso sanguine, utpote [sanguine] agni immaculati, Christi’ 1 P. 1,19, τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ώς μονογενοῦς παρὰ Πατρός ‘gloriam ejus, gloriam quam habet ut [= quia est] unigenitus a Patre’ J. 1,14: H. 12,27; ὑποτάγητε βασιλεῖ ώς ὑπερέχοντι 1 P. 2, 13: ib. 3,7. 1 C. 3,1; 10,15. 2 C. 6,13. H. 12,5. 2 P. 1,19; haec scribo, vos ώς τέκνα μου νοοῦθετῶν ‘tamquam filios meos monens’ 1 C. 4,14: R. 1,21. 1 C. 8,7. T. 1,7. Phm. 16. H. 6,19; 11,9. 1 P. 2,11; — eadem aut similis vis particulae ώς inest in his exemplis: uxores maritis oboediant ώς τῷ Κυρίῳ i. e. oboedientiam suam illis praestent *tamquam* oboedientiam Domino praestandam, E. 5,23; ἐργάζεσθε ώς τῷ Κυρίῳ = facite opera tanquam opera Domino (non tanquam opera hominibus) facienda C. 3,23; qui habet charisma διακονίας, ministret ώς ἐξ ισχύος ής χορηγεῖ δ Θεός = ministerium suum praestet tanquam ministerium quod obitur facultate divinitus concessâ, et qui sermonis charisma habet, verba sua proferat ώς λόγια Θεοῦ, tamquam verba Dei, 1 P. 4,11; ώς ἐξ εἰλικρινείας, ώς ἐκ Θεοῦ κατέναντι Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν verba nostra (instructiones de evangelio) proferimus tamquam verba ex sincero animo profecta et coram Deo jüssu Christi dicta 2 C. 2,17; E. 5,28; 6, 5,7 cr.: conotari videtur hīc particulâ ώς et idea vera impulsiva quae agenti praelucere debeat (ut C. 3,23 ‘operamini, hoc cogitantes: Domino operor’) et agendi modus tali actioni conveniens (‘operamini eo modo quo decet pro Domino operari’,

cfr. nr. I); item 2 C. 5,20, sive jungis ita: ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ώς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι’ ἡμῶν ‘pro Christo igitur legati [Dei] sumus, utpote Dei [homines] invitantis instrumenta’ (= utpote per quos Deus homines invitet), sive ita: ὑπέρ κτλ. πρεσβεύομεν. ώς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι’ ἡμῶν δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ· καταλλάγητε τῷ Θεῷ ‘... legati sumus; tanquam Dei [vos] invitantis instrumenta obsecramus vos pro Christo reconciliamini Deo!’ — b) ώς *praefigitur dictiōnibus participialib⁹s quae rationem ad agendum impellentem indicant* [κατεγέλων τῆς πολιορκίας, ώς ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια X. Cyr. 7, 5, 13; Kühner³ IV § 488, 1 b]: Caesarem appellavi, οὐχ ώς τοῦ ἔθνους μου ἔχων τι κατηγορεῖν ‘non ideo quod habeam de quo populares meos accusem’ A. 28,19; ante genet. abs.: ώς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ . . . δεδωρημένης ‘quoniam omnia nobis divina ejus potestas . largita est’ (syr.; vulg. mire ‘quomodo omnia nobis divinae virtutis suae donata sunt’) 2 P. 1,3. — c) *visuā propriā multum debilitatā, ώς ponitūt fere pleonastice ante accusativum vel nominativum praedicati quorundam verborum: ώς προφήτην ἔχουσιν τὸν Ἰωάννην ‘prophetam [esse] existimant Johannem’ Mt. 21,26: ita cum verbis ἡγεῖσθαι 2 Th. 3,15, λογίζεσθαι 1 C. 4,1. 2 C. 10,2 (sed R. 8,36 ώς πρόβατα ἐλογίσθημεν ‘ovium instar habiti sumus’); ἐλεγχόμενοι ώς παραβάται (= π. δῆτες) Ja. 2,9; εύρεθεὶς ώς ἄνθρωπος Ph. 2,8, διεβλήθη ώς σκορπίζων κτλ. L. 16,1. — 2) ώς *indicat ac notat saepe qualitatem tamquam fictam, ementitam, falso praetextam vel falso existimatam: τί καυχᾶσαι ώς μὴ λαβών; ‘quid gloriaris quasi non acceperis?’ 1 C. 4,7: L. 23,14. A. 3, 12; 23,15,20; 27,30; ώς μὴ ἐρχομένου μου ‘opinantes me non venturum (inflati sunt)’ 1 C. 4,18; paulo aliter: ώς παρών ‘tanquam si praesens essem’, mente praesens aderam 1 C. 5,3, τὸν ἀόρατον ώς δρῶν ‘velut si revera cerneret Invisibilem’ H. 11,27. — 3) ώς *id cui praefigitur nonnunquam notat ut alcs. ideam subjectivam (objective falsam aut improbandam), ut verba alcs. erronea vel mendacia vel modum loquendi perversum, ut rem quae solum videatur fieri aut facta esse etc. (quae nos***

notare solemus vel his signis «. .» vel brevibus parenthesisibus vel particulis latinis ‘nimirum, scilicet’): nolite terreri δι’ ἐπιστολῶν ως δι’ ήμων ως δτι ἐνέστηκεν ή ήμέρα τοῦ Κυρίου ‘per epistulas a nobis — ut mentiuntur — missas, instare (sic epistulae falso nuntiant) diem Domini’ 2 Th. 2,2 (prius ως verba δι’ ήμων ut mendacia, alterum id quod epistula continet, ut falsum notat); ως πλάνοι καὶ ἀληθεῖς, ως ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι κτλ. (= dicimur, videmur multis esse seductores, ignoti etc., sumus revera veraces, bene noti etc.) 2 C. 6,8-10; quidam Judaei veram justitiam assecuti non sunt, quia οὐχ ἔχ πίστεως, ἀλλ’ ως ἔξ ἔργων νόμου ‘non ex fide, sed (ut falso opinantur atque docent) ex operibus legis [eam obtinere conati sunt]’ R. 9,32; κατὰ ἀτιμίαν λέγω ως δτι ήμεῖς ήσθενήκαμεν ‘cum mea ignominia concedo me fuisse — ut mei adversarii loqui solent — infirmum’ 2 C. 11,21; ἵνα ήμεῖς ως ἀδόκιμοι ὥμεν ‘ut nos — sec. modum loquendi adversariorum — «ad munus inepti» simus’ 2 C. 13,7; ως δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ ‘video vos esse maxime — ut opinamini et videmini — religiosos’ (Athenienses subjective sunt et aspicienti videntur esse religiosi; objective eos religiosos esse, utpote unius veri Dei ignoros, Paulus dicere non potuit) A. 17,22; τοὺς λογιζομένους ήμας ως κατὰ σάρκα περιπατοῦντας ‘qui nos — ut dicere non verentur — «secundum carnem ambulare» opinantur’ 2 C. 10,2; δ λαλῶ, ως ἐν ἀφροσύνῃ sc. λαλῶ ‘quod dico, stulte (ut quidam existimabunt et dicent) dico’ 2 C. 11,17; salutem vestram cum timore operamini etiam me absente, οὐχ ως ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον ‘non — ut quidam agere videntur — in praesentia mea tantum’ Ph. 2,12; ἵνα μὴ ως κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου η ‘ne velut coactum beneficium tuum esset’, ne cogi a me ad hoc beneficium videreris Phm. 14.

IV. particula varii usūs derivati; 1) *conjunction temporalis*: a) *tempus eventū finiti indicat ως c. aor.* = ‘ut, quam, postquam: als: lorsque’: ως ἥλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαριταῖς ‘cum venissent ad eum Samaritani’ J. 4,40; L. 1,44; 2,39; 4,25; 5,4; 7,12; 15, 25; 19,5; 22,66; 23,26. J. 2,9; 4,1; 6,12,16;

7,10; 11,6,20,29,32,33; 18,6; 19,33; 21,9. A. 5,24; 10,7,25; 13,29; 14,5; 16,10,15; 17,13; 18,5; 19,21; 20,14 r. Br. Bl. 18; 21,1,12; 22,25; 27,1,27; 28,4. [X. Cyr. 1, 4, 8. 20 al. Hdt.] — b) *tempus eventū nondum absoluti, sed etiamtum perdurantis seu simultanei indicat ως c. prae.* (de eventu praesenti) *vel imperf.* (de praeterito) = ‘quando, quam, dum: während: lorsque (c. imperf.)’: ως ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ‘dum es in via cum adversario tuo’ L. 12,58: J. 12,35 cr. nBr. 36 cr. nBr. G. 6,10 r. He. Br.; ως ἐλάλει ήμην κτλ., ως διήγοιγεν ήμην τὰς γραφάς ‘quando nobiscum loquebatur, quando nobis scripturas explicabat’ L. 24,32: Mt. 28,9 r. J. 2,23; 8,7; 20,11. A. 1,10; 7,23; 8,36; 9,23; 10,17; 13,25; 16, 4; 19,9 (falso 20,14 v.); 21,27; 22,11; 25, 14 [X. an. 4, 3, 27 al.]; huc trahi potest Mr. 9,21 (γέγονεν = ἐστίν). — c) *tempus eventū futuri indicat ως ἀν vel ως ἐάν c. conj.*: ως ἀν (t. r. ἐάν) πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν ‘quando in Hispaniam proficiscar’ R. 15,24; ως ἀν ἔλθω ‘cum venero’ 1 C. 11,34: Ph. 2,23 [Jos. 2,14. pTebt. 26, 2. Herm. vis. 3, 8, 9]; omissio ἀν, in sententia temporalī universali ponitur ως c. conj. G. 6,10 Tdf. WH. [Hdt. 4, 172]. — 2) *particula finalis*: a) *praefigitur infinitivo finali: ως τελειώσαι τὸν δρόμον μου ‘ut cursum meum consummem’* A. 20,24 (nWH.): L. 9,52 WH. [X. Cyr. 1, 2, 8; FlJ.]; ως ἔπος εἰπεῖν ‘ut ita dicam: sozusagen: pour ainsi dire’ H. 7,9 [cl.]. — b) *ώς c. conj.*: ως τελειώσω A. 20,24 WH. [X. an. 1, 6, 9] — c) *ώς, praepositionibus εἰς, πρὸς ets. praefixum, directionem ut intentam designat* (beabsichtigte Richtung: Kühner³ III § 432, Anm. 1): πορεύεσθαι ως ἐπὶ τὴν θάλασσαν ‘proficiisci versus mare’ A. 17,14 r. Bl. [Pol. 1, 29, 1; cfr. X. an. 1, 2, 1. Thuc. 6, 61, 6] — 3) *particula consecutiva = ὅστε [fere solum c. inf. Hdt. Xen. tragg. pOx. 1040, 11; perraro c. indic.: οὕτω μοι ἐβοήθησας ως σέσωσμαι X. Cyr. 5, 4, 11]: ‘ita ut’; sic prob. H. 3,11; 4,3 (Ps. 94,11) ως ὥμοσα ἐν τῇ δργῇ μου ‘ita ut juraverim ets.’ vel ‘itaque juravi in ira mea’. — 4) *particula declarativa post verba dicendi, sciendi, cognoscendi ets. = δτι [οὖποτε ἐρεῖ οὐδεῖς ως ἐγὼ τὴν βαρβάρων φιλίαν εἰλόμην ‘nunquam dicet quisquam me barbarorum amicitiam prae-**

optasse' X. an. 1, 3, 5]; μνήσθητε ώς ἐλάλησεν ὑμῖν ἔτι δν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κτλ. 'reminiscimini eum, cum adhuc in Galilaea esset, vobis dixisse etc.' L. 24,6: ib. 22,61; in talibus sententiis saepe vis propria hujus particulae *quomodo* ita adhuc perlucet, ut fere interrogationem indirectam legere videamur (cfr. I d), ut L. 8,47. Ph. 1,8. 1 Th. 2,11 a (cfr. I d et IV 6 b: qui loci partim huc pertinere videri possunt). — 5) *particula limitativa*: a) numeris rebusve numeratis praefigitur [cl.] = 'fere, circiter': θυγατὴρ ώς ἑτῶν δώδεκα 'filia duodecim fere annorum' L. 8,42: Mr. 5,13; 8,9. L. 2,37 r. J. 6,19; 11,18; 19, 39 cr.; 21,8. A. 1,15 v.; 5,7,36 cr.; 13,20; 19,34; cum num. ord., ubi hora indicatur: ὥρα ἡν ώς δεκάτη 'hora erat circiter decima' J. 1,39: ib. 4,6 cr.; 19,14 cr.; cum adj^o composito: ώς τεσσερακονταετὴ χρόνον 'per 40 fere annorum tempus' A. 13, 18 [δρέπανα ώς διπήχη X. Cyr. 6, 1, 30]; cum subst^o composito: ώς ἡμιώριον 'circiter per semihoram' Ap. 8,1. — b) ώς ἄν vel ώσάν *velut, quodammodo*: 2 C. 10,9 hac dictione dura vox ἐκφοβεῖν mitigatur [cl. ὥσπερ ἄν]. — 6) *particula exclamativa* = 'quam!' (cum adj^{is} et adv^{is}), 'ut! quantopere!' (cum verbis): hae sententiae aut a) absolute proferuntur: ώς ὥραιοι οἱ πόδεις τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθά! 'quam gratus est adventus eorum qui bona evangelizant!' R. 10,15: ib. 11,33 [ῷ μῆτερ, ώς καλός μοι δ πάππος! X. Cyr. 1, 3, 2; Ps. 8,2; 72,1]; huc referri potest ώς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ 'quantopere interpellat Deum contra Israël!' R. 11,2 [ώς ἄρα ἐφλυαροῦμεν 'ut nugabamur!' X. Cyr. 1, 4, 11] — aut b) a verbo dicendi, reminiscendi etc., interrogationis indirectae instar, suspenduntur [ἀσθανόμενος ώς ἥδεως καθεύδεις Pl. Crito 43 b; id. Phaed. 89 a. X. Cyr. 5, 3, 46]; huc trahere possumus hos locos: μάρτυς μού ἔστιν δ Θεός, ώς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι 'testis est mihi Deus, quam assidue de vobis recorder' R. 1,9: A. 10,28 ('quam illicitum sit'). 2 C. 7,15 (ώς μετὰ φόβου καὶ τρόμος 'quam reverenter, cum quanta reverentia'). 1 Th. 2,10 ('quam sancte et juste et inculpate erga vos nos gesserimus'); μάρτυς μού ἔστιν δ Θεός, ώς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς 'testis mihi est

Deus, quanto desiderio erga vos ferar' Ph. 1,8: R. 11,2 (si habetur pro interrog. indir.). 1 Th. 2,11 a: hi loci nrⁱ b etiam partim ad I d, partim ad IV 4 referri possunt. — 7) *cum superlativo* valet i. q. 'quam (optime etc.)': *quam fieri potest (optime etc.)*: ώς τάχιστα 'quam celerrime, quam primum' A. 17,15. [cl.]

†ώσαννά *hosanna*, vox quam turbae Christo, cum sacram urbem sollemniter ingredetur, acclamarunt: Mr. 11,9. J. 12,13, cum additamento ώ. ἐν τοῖς ὑψίστοις Mt. 21,9 b. Mr. 11,10 (= δόξα ἐν ὑψίστοις L. 19,38, cfr. 2,14), ώ. τῷ σιώ Δαυεὶδ Mt. 21,9 a,15 [ώ. τῷ Θεῷ (Bryennius corrigit σιώ) Δαβὶδ Didache 10, 6 vel 12]. — NB. 1) Exsistit a) derivatum ab נִשְׁעָנָה הַזְּבָחָן (de quo v. nr. 2), nomen neohebraicum *הַזְּבָחָן*, plur. *נוֹתָן*, et aramaicum *אֲנָשָׁנָה*; hōc significantur a) *preces festi tabernaculorum*, sc. psalmus hebr. 118 aliaeque supplicationes, in quibus identidem iteratur vox נִשְׁעָנָה vel נִשְׁעָנָה הַזְּבָחָן 'salva, quaesumus!' β) *fasciculus ramorum salicium* aliarumque arborum, istis diebus gestandus et inter preces agitandus, γ) *ipsum festum tabernaculorum* [cfr. Buxtorf-Fischer, Lexicon chald. talmud. rabb. p. 327 s.; H. G. Löwe, Schulchan Aruch I 140 ss.]. — b) Apud Syros nomen לִשְׁעָנָה valet a) *fasciculus seu ramus in festivitate gestandus*, β) secundum veteres interpretes etiam *laus, gloria* [Payne-Smith, thesaur. syr. I 1639 s.]. — c) ώσαννά esse nomen, quod valeat *laus* etc., antiquitus quidam tenuerunt: v. M. gr. 8, 264 a; 129, 552 c; M. lat. 22, 376; vers. arm. Mt. 21,9, et ut videtur ipse Lucas 19,38. — d) Hanc significationem nominis hebr. vel aram. *laus, gloria* (fort. *ovatio*) si supponimus, commodissime explicantur illa additamenta (v. *textū NTⁱ supra!*). — 2) Sec. alios ώ. est verbum hebr. נִשְׁעָנָה *salva, quaesumus!*, forma brevior pro psalmi 118,25 longiore נִשְׁעָנָה הַזְּבָחָן, in precibus festi tabernaculorum iterum itemque occurrens; quae vox considerari potest ut brevis recapitulatio psalmi et precum illarum, usurpata tunc a turbis Jesum consalutantibus ut precatio pro Rege Messia, cui Deus ut auxilietur orant. In acclamatione vox substantivi vel interjectionis vices egisse videtur (ac si dice-

rent: 'ein *Salvum fac regem dem Sohn Davids!*') — Formari etiam potuisse videtur, eliso ἵ, Αγνῆγεντον (v. apud Gese-nius, hebr. Gramm.²⁷ § 53 n) *salva, quae-sumus!*, cui formae mira scriptura plero-rumque codd. gr. ωσάννα (v. Tdf. Mt. 21, 9) congruit, et de qua eadem valent. — 3) Alii denique volunt esse verbum aramaicum Αγνῆγεντον *salva nos!* et hac ratione defendant scripturam ωσάννα (Tdf.), *osanna* (codd. vulg.). Sed quoniam verbum aram. γεντον nusquam exsistit, haec sententia non videtur sustineri posse.*

ώσ-αύτως (ώς αύτως, quodammodo adv. ad ὁ αύτός) *eodem modo, itidem* Mt. 20,5; 21,30,36; 25,17. Mr. 14,31. L. 13,3 r., 5 v.; 20,31. R. 8,26. 1 T. 5,25. T. 2,6; verbum e contextu supplendum est Mr. 12,21. L. 22,20. 1 C. 11,25. 1 T. 2,9 (supple βούλομαι 8); 3,8 et 11 (δεῖ εἶναι). T. 2,3 (λάλει 1 = παραχάλει 6). [cl. LXX pap.]*

ώσ-εί (= ώς εἰ) 1) conjunctio: *ut si* [Hom.]. — 2) mera particula comparativa = ώς *ut, quasi, instar* [Hom. ss.], seq. substantivum ήσαν ἐρριμμένοι ώσει πρόβατα Mt. 9,36: Mt. 3,16. Mr. 1,10 r. A. 2,3; 9, 18. H. 1,12. Ap. 1,14 r. al.; potest talis dictio fieri enuntiati subjectum: ἐγεννήθησαν ώσει ἄμμος 'orti sunt innumera-biles' H. 11,12, vel praedicatum ἐγένετο ώσει νεκρός Mr. 9,26: L. 22,44; 24,11. A. 6,15. (cfr. ώς II 3) — 3) cum numeris et mensuris copulatum significat *fere, cir-citer* [X. Hell. 1, 2, 9; pTebt. 15, 2 al.]: ώσει πεντακισχίλιοι Mt. 14,21. L. 9,14. J. 6,10; ώσει μῆνας τρεῖς L. 1,56: L. 3,23; 9,28; 22,59. A. 1,15 v.; 2,41; 19,7: ήν ώσει ὥρα ἔκτη 'erat hora fere sexta' L. 23,44, sim. J. 4,6 r.; 19,14. A. 10,3; ώσει λίθου βολήν L. 22,41.

'Ωσῆ, δ (hebr. γεντον 'salva [Jahve]!') Osee, propheta regni septentr., sub Jero-boamo II rege Israël et Ozia, Joatham, Achaz, Ezechia regibus Juda; metony-mice *liber Osee*: ἐν τῷ Ω. R. 9,25.¹

ώσ-περ (πὲρ vim particulae ώς per se auget: *prorsus ut*; sed haec emphasis fre-quenti particulae encliticae usu rursus ita debilitata est ut ωσπερ ab ώς vix differat; v. Bäumlein, Untersuchungen ü. gr. Partikeln) *ut, sicut, quemadmodum:* Mt. 6,2; 20,28; 25,32. 1 C. 8,5 ('ut revera . . .'). H. 9,25. Ap. 10,3; correspondent

ωσπερ —, οὕτως 'ut —, ita': Mt. 12,40; 13,40; 24,27,37. L. 17,24. J. 5,21,26. R. 5, 19,21 al.; sententia in qua ωσπερ occurrit, passim decurtatur et saltem verbo caret: μὴ βατταλογήσητε ωσπερ οἱ ἐθνικοὶ sc. βατταλογοῦσιν Mt. 6,7: A. 3,17; 11,15. 1 Th. 5,3. H. 4,10; 7,27; seq. genetivus absol.: ἐγένετο ἦχος ωσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας 'factus est sonitus qualis fieri solet irruente vento valido' A. 2,2; εἰμὶ ωσπερ τις = 'sum alci. similis' Mt. 6,5. L. 18,11, = 'ita habeor, ducor, trac-tor, ut alqs.' Mt. 18,17; ad sententiam ab ωσπερ inceptam mente supplenda est apodosis omissa Mt. 25,14. R. 5,12 (2 C. 8,7 apodosis est ήνα περισσεύητε 'abun-date', v. ήνα II 3).

ώσπερ-εί (i. q. ωσ-εί, q. v.) 1) *ut si*. — 2) *ut, velut, quasi*: 1 C. 15,8 (4,13 cG ωσπερεὶ καθάρυματα). [Plat. Aristot. al.]¹

ώσ-τε (cfr. lat. 'ita-que') 1) *itaque, ideo, ergo, proinde*; inducitur sententia coordi-nata qua continetur conclusio logica, ex-hortatio ets.; seq. indic.: ωστε ἔξεστιν τοῖς σάββασιν καλῶς ποιεῖν 'ergo licet sab-batis benefacere' Mt. 12,12: Mt. 19,6; 23, 31. Mr. 2,28; 10,8. R. 7,4,12; 13,2. 1 C. 3,7; 7,38; 11,27; 14,22. 2 C. 4,12; 5,16 s. G. 3,9,24; 4,7,16 (h. l. aut assertive ironice: 'ergo nimirum inimicus vester factus sum', aut interrogative: 'ergo i. v. factus sum?').

— b) seq. imperativus [X. Cyr. 1, 3, 18] vel (1 C. 5,8) cohortativus: ωστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους 'itaque consolamini in vicem' 1 Th. 4,18: 1 C. 3,21; 4,5; 5,8; 10, 12; 11,33; 14,39; 15,58. Ph. 2,12; 4,1. Ja. 1,19 r. 1 P. 4,19. — 2) inducitur sententia subordinata: a) de eventu secuto: *ita ut: so daß: de sorte que*: seq. indicativus in NT solum J. 3,16. G. 2,13; alibi sequitur (saepius quam consuetudo classicorum exi-git, Bl. § 69, 3) accus. cum inf.: ωστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι 'ita ut navis ope-riretur' Mt. 8,24: Mt. 12,22; 13,2,32,54; 15,31; 24,24; 27,14. Mr. 2,12; 4,32,37; 9,26; 15,5. L. 5,7. A. 1,19; 14,1; 15,39. R. 7,6; 15,19. 1 C. 5,1. 2 C. 1,8; 2,7; 7,7. Ph. 1,13. 1 Th. 1,7. 2 Th. 1,4; 2,4. H. 13,6. 1 P. 1, 21 al.; ωστε μὴ seq. acc. c. inf. Mt. 8,28. Mr. 1,45; 2,2; 3,20. 1 C. 1,7. 2 C. 3,7. 1 Th. 1,8; seq. solus infinitivus Mt. 15,33; 24, 24. Mr. 3,10. L. 12,1. A. 5,15; 19,16. 1 C. 13,2. — b) de eventu spectato (beabsich-

tigte Folge), ubi ab ἵνα vix differt = *ut*, *eo consilio ut*, *ad hoc ut*: εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαριτῶν, ὡστε ἐτοιμάσαι αὐτῷ ‘intraverunt in pagum Samaritanorum, ut ei hospitium praepararent’ L. 9,52 (nWH.): Mt. 10,1; 27,1. L. 4,29; 20,20 cr. [ἐλθόντος μου ἐπὶ τὸ θρυοπωλεῖον ὡστε ὠνήσασθαι θρύα pPar. 40, 15 (orthographiam correxi); οἱ κατεσταμένοι ὡστε γράψαι κτλ. ‘constituti ad scribendum’ Syll. 653, 114; alqs. locat agrum ὡστε σπεῖραι κτλ. pOx. 501, 14; X. Cyr. 3, 2, 16]

ώτάριον, ου, τό (οὖς) «auricula», externa pars auris quae abscinditur [de aure gladiatoris abscissa, Anth. 11, 75; de animalis aure cocta, Ath. 95 c]: in t. cr. (nBr.) Mr. 14,47. J. 18,10.*

χώτιον, ου, τό (οὖς) 1) «auricula», ut ωτάριον, q. v. [de gladiatoris aure amputata, Anth. 11, 81; de animalis aure cocta vel coquenda, Ath. 95 a, 107 a, pOx. 108 II 17] Mt. 26,51. Mr. 14,47 r. Br. L. 22, 51. J. 18,10 r. Br., 26. — 2) ansa vasis. [Hero; pap.]*

ώφελεια, ας, ἡ ↓ 1) *auxilium*. [Thuc. Plat.] — 2) *emolumentum, commodum, utilitas* [opp. βλάβη X. Cyr. 6, 2, 13; Thuc. al.] R. 3,1. Ju. 16.*

ώφελέω, ft. ωφελήσω, αο. ωφέλησα, αο. P. ωφελήθην, ft. P. ωφεληθήσομαι: *jūno* alqm., *prosum* alci., *utilitatem affero*; a) seq. acc. pers.: οὐκ ωφέλησεν δ λόγος ἔκείνους ‘non profuit illis verbum’ H. 4,2; plerumque cum acc. obji int. οὐδέν vel τί, ut: τί ωφελεῖ ἀνθρωπον ἐὰν κτλ. ‘quid prodest homini, si etc.’ Mr. 8,36: 1 C. 14, 6; Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ωφελήσει ‘Christus vobis nihil proderit’ G. 5,2; — pass. ωφελοῦμαι *jūvor*, *utilitatem percipio*: τί ωφεληθήσεται ἀνθρωπος ‘quid utilitatis habebit homo’ Mt. 16,26: Mr. 5,26. L. 9,25. 1 C. 13,3. H. 13,9; δῶρον δ ἐὰν ἐξ ἔμοι ωφεληθῆς ‘corban esto quidquid a me utilitatis (auxiliī, subsidii) accipies (hic = accepturnus esses)’ Mt. 15,5. Mr. 7,11: cfr. de h. l. art. *κορβάν* 2. — b) absolute: a) aliquis οὐδὲν ωφελεῖ *nihil proficit*: *richtet nichts aus* Mt. 27,24. J. 12,19; β) res ωφελεῖ *prodest*: *περιτομὴ ωφελεῖ*, ἐὰν κτλ. R. 2,25; negative J. 6,63.*

ώφελμος 2. ↑ *utilitatem afferens, utilis* [Plat. al.]: ω. τινι ‘alci. utilis’ T. 3,8; ω. πρός τι ‘ad alqd. utilis’: ἡ εὐσέβεια πρὸς πάντα ωφέλιμός ἐστιν ‘pietas ad omnia utilis est’ 1 T. 4,8 b: ib. a. 2 T. 3,16 (cfr. θεόπνευστος).*

Corrigenda et addenda.

- | | |
|--|---|
| <p>p. 1 a, l. 19: Dalman § 40, 4.</p> <p>p. 2 b, l. 17: ungebantur.</p> <p>p. 3 b, l. ult.: ἀγαπητός.</p> <p>p. 4 a, l. 13 infra: [pTebt. 5, 182. 252, cfr. Mayser p. 42].</p> <p>p. 4 a, l. 6 infra: 1 J. 1,5.</p> <p>p. 7 b, l. 3 infra dele st.</p> <p>p. 17 b, l. 10 infra: [Pol. 8, 13; pBer. 909, 11].</p> <p>p. 18 b, l. 24 infra: ὑπάρχοντος (pro δυτος).</p> <p>p. 26 a post art. ἄλας adjice: Ἀλασσα</p> <p>A. 27,8 Br. cA <i>Allassa</i> urbs, cfr. Λασσαί, cfr. Hagen III 1152 art. Thalassa.</p> <p>p. 34 b, l. 17 infra: de nomine Christi ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ cfr. Expositor 1910 vol. II p. 173 ss., 266 ss.</p> <p>p. 58 a, l. 13 infra dele 'tantum' et l. 11 infra adde: μέχρι τοῦ τῆς λογοθεσίας ἀπαρτισμοῦ pCattaoui verso IV 25: Bibl. Zeitschr. 1910, p. 271 (Wikenhauser).</p> <p>p. 62 a, l. 6 infra: πυλῶνες τρεῖς.</p> <p>p. 74 a, l. 13 infra adde: Recherches de science religieuse 1911, n. 2, p. 190 ss.; Journal of theological Studies 1909, p. 573.</p> <p>p. 75 b, ad ἀρτος 3 adde: de Mt. 6,11. L. 11,3 cfr. Bock, die Brotbitte des Vaterunser.</p> <p>p. 76 b, l. 11 adde: — 3) *caput, summa: Summe, Inhalt: somme, résumé ets. [ita, ex versione litterali vocis hebr. שָׁנָה, λαβεῖν (τὴν) ἀρχὴν τινων 'excipere summam aliquorum', eorum numerum computare Num. 1,2; 4,22; 26,2; ἀρχὴ τῶν λόγων σου 'summa verborum tuorum' Ps. 118,160]: sic nonnulli censem explicari posse ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου 'summa evangelii' Mr. 1,1 (cfr. Bibl. Zeitschrift 1905 p. 407, Herklotz).</p> | <p>p. 88 a, lin. 2 infra lege βάθους.</p> <p>p. 110 b, l. 18 infra adde: γνωσθῆναι τινὶ 'alci. notum fieri, innotescere' A. 9,24. Ph. 4,5, ἐγνώσθη αὐτοῖς 'eis, quis esset, innotuit' L. 24,35 (de dat° cfr. Bl. § 37, 4).</p> <p>p. 124 a, l. 14, post G. 4,13 (ita interpretantur locum versiones vulg. syr. goth. arm. aeth. et unanimiter PP. Graeci; versio boheirica habet 'propter infirmitatem carnis').</p> <p>p. 135 s.: ad S. Pauli dictionem δικαιοσύνη Θεοῦ cfr. Recherches de science religieuse 1911 p. 167 ss.: Frutsaert, la «Justice de Dieu» dans saint Paul.</p> <p>p. 142 b, l. 16 infra adde: δόξας, de quibus 2 P. 2,10. Ju. 8 agitur, esse bonos angelos, defendit nuper J. Sickenberger («Engels- oder Teufelslästerer im Judasbriefe 8—10 und im 2. Petrusbriefe 2, 10—12?» in libro Festschrift zur Jahrhundertfeier der Universität zu Breslau 1911, p. 621 ss.).</p> <p>p. 162 b, l. 19 infra: διδασκάλους.</p> <p>p. 163 a, l. 18 infra: κατὰ μίαν σαββάτου.</p> <p>p. 179 a, l. 13 lege: pGrenfell-Hunt 67, 18.</p> <p>p. 193 a, l. 19 adde: cfr. Bibl. Zeitschr. 1910, p. 263 «ἐνώπιος-ἐνώπιον-κατενώπιον» (Wikenhauser), ubi usus vocabuli ex papyris demonstratur.</p> <p>p. 209 b, l. 13 infra adde: et Recherches de science religieuse 1911, p. 187 ss. (A. Durand).</p> <p>p. 210 b, l. 1 infra: cfr. Bock, die Brotbitte des Vaterunser.</p> <p>p. 243 b, l. 24 infra: gen. Ἡλεία L. 1,17 cr. nHe. sec. cNB.</p> <p>p. 288 a, l. 18 ss. infra lege: μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀλη-</p> |
|--|---|

- θείας 'nolite contra veritatem gloriari ac mentiri', nolite mendaci gloriatione veritatem laedere Ja. 3,14; κατακαυχᾶται ἔλεος χρίσεως etc. etc.
- p. 304 b, ad art. κλάσις et p. 305 a ad art. κλάω cfr. Bibl. Zeitschr. 1911 p. 33 ss. «das Brotbrechen im Urchristentum».
- p. 312 a, l. 17 infra: appellabant.
- p. 322 a, l. 16 infra lege: 2 C. 3,17, et ib. l. 14 infra insere: (de hoc loco cfr. libellum: U. Holzmeister, «Dominus autem Spiritus est»).
- p. 325 b, l. 4 lege: *arripio* (pro *accipio*).
- p. 333 a ad λόγος Ib vel p. 334 a ad λόγος III 1 adde: εἰς λόγον δόσεως καὶ λήμψεως 'ad rationem dati et accepti' Ph. 4,15, cfr. δόσις.
- p. 368 b, l. 18 insere: cfr. Zeitschr. f. neutest. Wissenschaft 1911 p. 188 «μυστήριον und sacramentum in den ersten zwei Jahrhunderten» (v. Soden).
- p. 477 b, l. 9: pAmherst, pTebt. 610, cfr. Bibl. Zeitschr. 1908 p. 171 et 1909 p. 48 (Wikenhauser).
- p. 491 b, l. 22: in inscr. Böckh CIGr. II 1005 valet i. q. templi *frequentatio*.
- p. 514 a. l. 20 adde: ad Mt. 16,23. Mr.
- 8,33 cfr. Katholik 1911, vol I, p. 300 (Hild).
- p. 567 b, l. 4 post 1 P. 2,8 adde: (Harris, Expositor 1909 I 155, conjectat 1 P. 2,8 legendum esse εἰς δὲ καὶ ἐτέθη sc. lapis, Christus).
- p. 569 a, l. 25, lege: 438 e; ἀποδώσει τίνι (= ϕ) ἐπλημμέλησεν αὐτῷ 'ei reddet quem offendit' Num. 5,7].
- p. 585 a, l. 20 s. lege: 'ad vitam mundo conciliandam'.
- p. 585 b, l. 4 infra lege: praefigitur in t. cr.
- ad appellationes munorum ecclesiastico-rum (ἀπόστολος, διάκονος, διδάσκαλος, ἐπίσκοπος etc.) et verba fungendi his muneribus (ἀποστέλλω, διακονέω, λειτουργέω, etc.) cfr. Bruders, die Verfassung der Kirche von den ersten Jahrzehnten der apostolischen Wirksamkeit bis zum Jahre 175 n. Chr.
- ad articulos θεός et κύριος cfr. Theolog. Studien u. Kritiken 1911 p. 319 ss., 503 ss.: der Gebrauch des Artikels bei den Gottesnamen (B. Weiß).
- alia nonnulla errata (ut: suffit pro sufficient, p. 73 a, l. 24) ipse lector facile corriget.

